qui in gladio occidit gla.	apo.13.c
qui cū mulie. nō sunt co.	apo.14.a
quicūq3 bapti. estis chri.	gal.3.d
quinq3 panibus satiat turba	lu.9.b
quinq3 viros habuisti.	ioh.4.c
quinquaginta an. nōdū ha.	ioh.8.g
quindecim dies mā. pau.	gal.1.d
quinq3 panes ordea.	ioh.6.a
quis est iste inuol.	ioh.18.a
quis est iste q ve. de edom	esa.63.a
Quis ex vobis hn̄s centū	lu.15.a
quis arguet me de peccato	ioh.8.f
quis nos sepa. a chari.	ro.8.f
quis infir. et ego non in.	ij.cor.11.g
quis phibet me baptizari	act.8.g
quis nō ti. te o dn̄e	apo.15.b
quodcūq3 facitis: ex aio opa.	col.3.d
quō hic lrās scit.	iohā.7.b
quō predicabūt: nisi mit.	ro.10.c
quō caute ambuletis	ephe.5.d
quorū deus venter est	philip.3.d
quos pdesti. hos et vo.	ro.8.f
quos ego amo: arg. casti.	apo.3.d

¶ De incipientibus a lra. R.

R Achel plorat filios	hie.31.c
Radix omniū ma. cu.	j.timo.6.b
Rami oliuarum portantur	mat.12.a
Ramos palma. acceperunt	ioh.21.a
Rabsaces loquitur cōtra do.	esa.36.a
Rebecca ducitur in vxorem	gen̄.24.g
Rebecca gene. iacob et esau.	gen̄.25.c
Rabece nutrix moritur	gen̄.35.b
Recedite ab idolis.	ezech.14.b
Reconciliati sumus per mortē	rom̄.5.b
Rector si positus es: noli ex.	eccli.32.a
Rectores orbis deos puta	sap.13.a
Recūbe in nouis. loco	lu.14.c
Redemisti nos deo in san.	apo.5.a
Redempti estis non au. et arg.	j.pe.1.d
Reddite que sunt cesaris cesa.	lu.20.d
Regnare facit deus hypo.	ioh.34.d
Reges quatuor vincuntur ab.	gen̄.14.c
Regem videbunt in decore	esa.33.c
Regem volebant facere xp̄m	ioh.6.d
Regnum dei intra vos est	lu.17.c
Regnum dei non in sermone	j.cor.4.d
Regina austri surget in iudi.	lu.11.d
Reguli filius infirmabatur	ioh.4.g
Regina saba venit a fini.	ij.pa.9.a
Remoue a te os prauum	pu

er.4.a |
Renouamini spū mētis vr̄e	eph.4.f
Repleti sunt oēs spiritusancto	act.2.a
Repudij libellus	deu.24.a
Reputatus est vt leprosus	esa.53.b

Respice superbos et co. eos. | heb.40.b
Resurrectio xpi | mat.28.a
Reuertere sunamitis | canti.6.d
Reuelabunt celi iniqta. eius | iob.20.d
Reuelabo pudē. tua in fa. | nau.3.b
Rex gerarie abstu. sarā ab. | ge.9.b
Rex tuus veniet tibi iustus | zach.9.b
Rex regū et dñs dñantium | apo.19.c
Rex cōstituet quē deus ele. | deu.17.c
Risit sara post ostiū taber. | gen.18.b
Risus dentiū ostendit stultū | eccli.16.d
Rixā nō facies cum iracū. | eccli.8.
Rogat tobias angelum ire | tob.9.a
Romā venit paulus cū ce. | act.28.d
Rote quatuor iuxta cherubin | eze.11.d
Ruben et manasses redeūt | iosue.22.b
Rubiginē aufer de argen. | puer.25.a
Rubus visus est cōburi | exo.3.a
Ruina sansonis per colū. | iudi.16.g
Ruit hester corā assuero | hester.15.c
Ruth sequit messores in cam. | ruth.5.a

De incipientibus a lrā. S.

Saba regi. venit in hie. | iij.re.10.a
Sacerdos summus fit | exo.28.a
Sacerdos cōsecrat aaron | leui.8.a
Sacrificium offert aaron | leui.9.a
Sacrificium p leproso | leui.14.a
Saltabat filia herodiadis | mar.6.c
Saluatorē expectamus | phil.3.d
Salutatio marie ad elizabeth | lu.1.d
Salus datur infirmis | mat.8.a
Samaritanus fecit miam | lu.10.f
Samuel nascitur de anna | j.reg.1.c
Samuel dormiebat in te. | j.reg.3.a
Sanabo ꝯtritiones tuas | osee.14.b
Sanctus: sctūs: sctūs clama. | esa.9.a
Sanctificati p oblationē iesu | heb.10.b
Sanguinis fluxus quō curat | leui.15.d
Sanguis ponat sup postes | exo.12.a
Sanguis vester sup caput vrm | act.18.b
Sanguinē nō comedetis | leui.17.c
Sanson nūciat ab ange. | iudi.13.a
Sansonis interitus per co. | iudi.16.g
Sapientia fons dñi | eccli.1.a
Sapiētia septem colūnas | puer.9.a
Sapiētia hois lucet in vul. | ecc.8.a
Sapiētia mundi stulticia est | j.cor.3.d
Sapientiā petiuit salomon | iij.re.3.a
Sapite que sursum sunt | col.3.a
Sara virgo exaudita a deo. | tob.3.b
Saul rex israel moritur | j.pa.10.d
Sathanas trāsfi. se in an. | ij.cor.11.c
Scalā vidit iacob in som. | gen.28.c
Scientia inflat: chari. edifi. | j.cor.8.a
Scribe vocantur | hester.2.c
Scabrones serpē: mittantur | deu.7.c
Sedechias rex iuda exce. | hie.39.b
Secretum meum mihi | esa.24.c
Scdm miam suā sal. | titū.3.b
Sedeo regina et vidua | apo.18.c
Sedet in throno salomon | iij.reg.2.c
Sedebit ppls in pulchri. | esa.32.d
Semen seminatur | mat.13.a.d
Senes sint sobrij et pudici | titū.2.a
Seniorē ne increpaueris | j.timo.5.a
Seon rex amorreorū percutitur | deu.2.g
Separat abrā a loth | gen.13.c
Septē annis seruiuit iacob | gen.26.
Septē boues crasse | gen.41.a
Septē filij de saul cruci | ij.reg.21.b
Septē mulieres appre | esa.4.a
Septem fratres occidunt | ij.mach.7.a
Septē sortes tribuum | iosue.19.a
Sequunt discipuli xpm | luce.5.c
Serpens erigit in deserto | nume.21.b
Sermo vester sit sale conditus | col.4.a
Seruiūt p mēses sacer. | j.para.27.a
Sermo vester sit est est: non non | iaco.5.c
Seruus est illius quis a quo su. | ij.pe.2.d
Seruus centuriōis curatur | lu.7.b
Serui obedite dominis | ephe.6.a
Seruis quō a dominis de. | exo.21.a
Sex dierū opera que deus fecit | gen.1.a
Sex odit dominus | puer.6.c
Sex hydrie in chana gal. | ioh.2.a
Sesac rex egypti ascen. hie. | ij.pa.12.a
Siba reconciliatur dauid | ij.reg.9.a
Sicelech ciuitas datur dauid | j.re.27.b
Si dixerimus qz pec. non ha. | j.ioh.1.c
Signa fiebant per manus aplorꝫ | act.5.b
Si hominibus pla. xpi seruus | gal.1.b
Si peccauerit in te fra. tuus | lu.12.a
Similitudo quasi aspectus ignis | eze.8.a
Similitudo feminis | lu.8.b
Simulator ore deci. ami | puer.11.b
Siceram nazarei non bibent | nume.6.c
Sine macula sunt ante thro. | apo.17.b
Sobrij estote et vigilate | 1.pe.5.c
Sociatur angelus tobie in vi | tobi.5.d
Socij passionum crucis et cō. | ij.cor.1.b
Socrus symonis tenebatur fe. | lu.4.f
Sodoma et go. cōburuntur | gen.19.c
Sol stetit a meri. vsqz sero. | iosue.10.c
Sol factus est niger tanqz saccus | apo.6.c

Sola sedet ciui. plena populo. threr.1.a
Soluetur sathā de car. suo apo.20.a
Soluite templum hoc ioh.2.d
Somnium vidit pharao gen.41.a
Somnia multa sequunt cu. eccle.5.a
Sors cecidit sup saulem. j.reg.10.d
Sors cecidit super ionam ione.1.c
Sors cecidit super mathiam act.1.d
Spacio centū an. fit arca noe gen.6.c
Spes vana viro insensa eccli.34.a
Spe enim saluati sumus rom.8.e
Species mulieris exhilarat eccli.36.d
Spice colliguntur ruth.2.a
Spūs dñi reple. orbē ter. sap.1.b
Spūs loqtur mysteria j.cor.14.a
Spūs dñi rapuit philippum act.8.g
Spūs vbi vult spirat. ioh.3.a
Spiritū nolite extinguere. j.tessa.5.d
Spūsctō inspirati lo. sunt ij.pe.1.d
Stabim⁹ ante tribunal christi. rom 14.b
Statue vise mysteriū aperuit dan.2.c
Statuit iesus paruulum mat. 8.c
Stella orief ex iacob nume.24.c
Stella a stella differt j.cor.15.f
Stellarū tertia ps de ce. apo.12.a
Stelle de celo ceciderunt apo.6.d
Sternuntur vestes in via mat.21.a
Stimulus mortis pctm j.cor.15.g
Stultus vt luna mutatur ecc.27.b
Succidite lucos & scul. deu.7.a
Stultus totū spm pfert puer.29.b
Stulto gloria indecēs est puer.26.a
Stulta deo est sapiētia mū. j.cor.3.d
Stultā fecit deus sa. huius mū. j.cor.1.c
Stultitia est verbū crucis j.cor 1.c
Simeon sacer. magnus eccli.50.a
Symon sacer. summus j.mach.13.f
Simon magus act.8.b
Submersus pha in mari exo.14.g
Subiecti estote oi creature j.pe.2.c
Suadeo tibi emere aurum apo.3.d
Sufficit tibi paule grā mea ij.cor.12.c
Sulphur cadit de celo gen.19.e
Surget gens contra gentem lu.21.c

De incipientibus a lra T.

Tabernaculū federis exo.26.a
Tabernaculū portatur nu.4.g
Tabernaculi ordo exo.35.b
Tabernaculo im. lu. ob iob.18.b
Tabule due itez dantur exo.34.a
Tacere feci nocte ma. tuam osee.4.b
Tacentia stulti & sapientis eccli.20.a
Teipsum castum custodi j.timo.5.b
Templum edificat salomon ij.pa.3.a
Templum completur ij.pa.7.c
Templum fundatur j.esdre.3.c
Templū dei estis vos j.cor.3.d
Templi mensuratio ezech.41.a
Tempus omnia habent eccle 3.a
Tempus meū nōdū venit ioh.7.a
tempus breue est j.cor.7.e
tempus prope est apo.1.a
tempus non erit amplius apoc.10.c
tpe accepto exaudiui te ij.cor.6.a
tentatur xps a diabo. mat.4.a
tentatio vos non appre j.cor.10.c
tentoria fiunt taber. exo.38.b
tentoria erigebantur ad im. nume.9.d
ter in anno festa cele. exo.23.b
ter virgis cesus sum. ij.cor.11.e
tertia die suscitabit nos osee.6.a
tertia die xps resurre. mat.28.a
terre pmissionis māsio nume.33.a
terminus terre pmissionis nu.34.a
terminus plagarum ezec.47.d
thamar vir opprimitur ij.reg. 13.c
thamar corrumpit a iuda gen.38.d
thecuites loquitur p salo. ij reg.14.c
thesaurū templi ondit eze. esa.39.a
timotheus fugit ad pha. j.mach.5.e
tophet nō voca. am. hiere.7.g
tollatur crux & sequat chri. lu.9.c
torta panis datur hiere. hie.37.d
timor meus vbi est dicit dñs mal.1.b
timor dñi: radix sapientie eccli.1.c
Timor dñi multa bo. facit eccli.2.b
Timete deū & date illi ho. apo.14.b
Timens deū faciet bona eccli.15.a
Timēs fili⁹ melior est mille ecc.16.a
Timēti deū nō oc. mala eccli.33.a
Tracta cū iusto de iusti. ec.37.b
Tradetur xps gentibus lu 10.f
Traduntur scripta regis esdre. iij. esd.4.f
Transfert enoc in paradi. gen.5.c
Translatio iude in babylo. iiij.reg.25.c
Transmigratio iude & isra. ij.pa.36.d
Transfiguratio xpi lu.9. mar.17.a
Tres pagi. sunt tres dies gen.40.c
Tres filios parit vxor osee osee.1.a
Tres sunt q testimo. dant j.ioh.5.b
Tria sunt insatiabilia puerb.30.c
Tribus terra israel diuidit iosue.13.a
Tribus annis roboaz am. ij.pa.11.c
tribus israel duodecim apoc.7.b

Triphon pdidit iudam j.mac.12.f
Tristicia impleuit cor vrm ioh.16.b
Thronus dauid firmatur ij.reg.7.b
Tuba sit tibi in gutture osee.8.a
Tubarū sono cōgre.ppl'i nu.10.a
Tumulos vestros apriā ezech.37.a
Turbā magnā vidi apo.7.c.
Turpe est in ecclesia mulieri j.cor.14.g
Turpia non reuelanda leui.18.b
Turris babylonis edificat gen.11.a
Turris qnquagin.cubi. ij.mach.13.b
Turmas tres chaldei fecerūt iob.1.b

¶ De incipientibus a lra.V.

Vanitati creatura subie. ro.8.b
Vas electiōis est mihi act.9.c
Vasa argentea postulantur exo.12.c
Vasa tēpli ptulit rex cyrus j.es.1.d
Vasthi regina abijcitur hester.1.d
Vaticinare de omibus istis eze.37.d
Verba tua sicut gemelli canti.2.b
Ubi thesau.tuus:ibi cor tuū lu.12.d
Ubi corpus:ibi congre.aqle lu.17.g
Ve eis qui recesserūt a me osee.7.d
Ve qui cogitatis inutile michee.2.a
Ve vo hypocritis mat.23.c
Verbū caro factum est ioh.1.b
Verbū dei nō est alliga. j.timo.2.b
Verba vite eterne habes ioh.6.g
Velox depositio tabernac. 2.pe.1.c
Venditur ioseph hismaelitis ge.37.f.
Veneratur mardocheus hester.6.c
Veniet dñs & oēs sancti cū. zach.14.a
Ventus peussit do.filios iob. iob.1.d
Ventosa verba nō hñt finē iob.16.a
Vestes purpuree exo.39.a
Vestes scinduntur a rege iiij.reg.19.a
Vestigia ei⁹ secutus est pes iob.23.c
Vestib⁹ adornat iudith iudith.10.a
Vincenti dabo edere de li. apo.2.b
Victime p delictis leui.7.a
Video aliā legē in mē.meis ro.7.b
Vidi aquam egre.de tem. eze.47.a
Vidi alterū angelū ha sig. apo.7.a
Vidua ponit duo minuta apo.12.d
Vidua colligit ligna iij.reg.17.b
Vidua postulat iudicium lu.18.a
Viduas hono.q vere vi. j.timo.5.a
Vincit sapiētia maliciā sap.7.d
Vincere in bono malū roma 12.d
Vincunt quat.reges ab abraā. gen.14.c
Vineas destruxit grando exo.9.f
Vineas plantaui & rigaui eccle.2.a
Vinū dat regi neemias neemie.2.a
Vinū fortius oibus iij.esdre.3.d
Vinū dño nō libabunt osee.9.a
Vir claudus baiulabat act.3.a
Vir vestitus lineis dan.10.a
Viri galilei qd statis aspi. act.1.b
Virga aaron floruit nume.17.c
Virgas decorticauit iacob gen.30.f
Virgo concipiat & pariet ese.7.c
Virga isrl pīecta est amos.7.a
Virgo cogitat q dei sunt j.cor.7.f
Virgines sunt & se.agnū. apo.14.a
Virginitatis signa. deu.22.c
Virtutes fiebāt p ma.pau. act.19.b
Visio arboris nabuch. dan.4.b
Visionis res aperitur dan.10.c
Visus est in ter.& con. baruch.13.d
Visum recepit tobias tobie.11.c
Vita nra vapor est ad. iacob.4.d
Vitis frondosa israel osee.10.a
vitis vera xps est ioh.15.a
vlmus in solitudine esa.41.c
vltio vxoris leuite. iudi.20.g
Unde ememus panes ioh.6.a
Ungit dauid in regem. ij.reg.5.a
vngunt salomonē in regē j.pa.29.f
vnus omnium introitus sap.7.a
vnus ex vobis me tradet. ioh.13.c
vnusqsq ppriā merce.ac. j.cor.3.b
vnus deus:vna fi.vnū bapt. ephe.4.b
vnusqsq vxorē suā dili. ephe.5.g
vocat xps petrū & an. mat.4.c
vocat xps matheum mat.9.a
vocabit iudiciū ad ignem amos.7.a
vocabit hierlm ci.veri. zach.8.a
volo aūt iuniores nu. j.timo.5.b
voluntas dei sanctifica.vra. j.tes.4.a
vos estis templum dei. ij.cor.6.b
votum est semper persoluen. leui.27.a
vox clamantis in deserto. mar.1.a
vrbs fortitudinis syon esa.26.a
vrbes refugij segregentur deut.19.a
vrbes separentur fugiti iosue.20.a
vrbes tuas demolliar ezech.26.b
vxor tobie iunioris fit sara tob.7.d
vxores alienigene di. j.esdre.10.c
vuas acerbas comedetis eze.18.a
vulpes congre.san.ad se. iudi.15.a
vulpes foueas habent. lu.9.g

¶ De incipiētibus a littera.Z.

Zabulonis appel. gen.30.c
Zabulo.sors ter. ios.19.a

zabulonis princeps . . . ps.67.f
zabulonis ex tri. duodecim. apo.7.b
zacharias regnat . iiij.reg.15.g
zacharias in du. spu sancto ij.pa.24.a
zacharie sanguis requiretur mat.23.d
zacharias pater ioanis pphetat lu.1.f
zacheus princeps publica. lu.19.a
zebedeus pater iacobi et ioanis mat.4.a
zebedei mater mat.20.c
zelus domus tue co.me. ps.68.b
zelotypa mulier fla.lig. eccl.26.b
zizania inimici mat.13.b
zizania sunt filij nequã. mat.13.e
zona circucinxit eum. eccli.45.a
zona pellicea ioanis baptiste. mat.3.a
zorobabel genitus a sala. mat.1.b

¶ Finis quarte tabule.

¶ Notãdũ q translatores et interpretes biblie multi fuerũt sicut dicit magr̃ l hystorijs qr ante incarnatiõez dñi annis.341.tẽporib⁹ ptolomei philadelphi regis egypti.70. interpretes floruerũt:qui leges et pphetas hoc mõ trãstulerũt. Ptolomeus studiosus et librorũ cupidus:percipiẽs apud iudeos legẽ eẽ ore dei editam:et digito illius scriptã missis eplis et muneribus:rogauit eleazarũ pontificẽ iudeorũ:vt sibi viros seniores hebraice et grece lingue peritos:q iterpretari et trãsferre valerẽt:dirigeret. Etenim sua desideria essent eã in greco trãslatã hr̃e et arciuis regalib⁹ interesse. Eleazarus aũt annuẽs eius petitioni: de vnaquaqz tribu sex legistros vel legiferẽtes destinauit. hi sunt.72.interpretes:q lz.72.fuerũt more sacre scripture:tñ cõiter dicũt.70.qr si duo super sunt hoc est modicũ respectũ.70. Qui venientes ad regẽ pentatheucũ et pphetas trãsferentes coram rege:disputauerũt de vno deo colẽdo:et q nulla creatura eẽt deus. Inde est:q vbicunqz occurrebat eis in trãsferendo de trinitate vel sub silentio preteribãt:vel enigmatice trãstulerũt:ne tres deos colẽdos tradidisse viderent̃:similr̃ de incarnatiõe verbi facientes. Unde translatio.72.qñqz est superflua:qñqz diminuta. Post incarnationẽ aũt dñi et passionẽ:annis.124.aquila quidã iudeus ad fidẽ cõuersus sed postea in heresim lapsus:primus interpres fecit aliã trãslationẽ de hebraico in grecũ tpe hadriani imperatoris. Deinde post annos.53.theodotio fecit tertiã trãslationẽ sub cõmodo. Deinde post annos 30.symmachus interpres claruit sub seuero. Deinde post annos.8.inuenta est quedam trãslatio hierosolymis:cuius autor ignorat̃:que dicta est vulgata trãslatio:vel qnta editio. Deinde post ãnos.18.tpe alexãdri supuenit origenes: vidẽs istas trãslationes imperfectas:incepit corrigere trãslationẽ.72.interpretũ per posteriores iã dictas translationes. Uel fm aliquos solũ trãslationẽ theodotiõis correxit et miscuit: scilicet supplens diminuta:et reiiciẽs superflua. Ubicũqz igit̃ ad trãslationẽ.72.interpretum aliqd addidit ex trãslatiõibus sequẽtibus:vel vbi addidit que deerant:ibi ponebat astericũ vel asteriscum.i.stellam vel formã astri:per qd innuit q p additionẽ illam elucescebãt que prius deerãt. Et dr̃ astericus ab aster et icon qd est imago vel signum:et producit penultimã:qr apud grecos:icon scribit̃ per ei dipthongon: et dicit̃ astericus fm modernos:vel asteriscus fm antiquos:et tũc dicit̃ ab astris.i.stellis:et icon. Ubi vero erat superfluum:ponebat obelũ. Obelus enim grece dicit̃ sagitta latine vel veru: signãs per hoc q ibi superflua erat. Deinde ipse origenes fecit aliã:trãslationẽ p se plenã sine his signis. hi oẽs transtulerũt de hebraico in grecũ. Deinde quidaz volẽtes hr̃e oẽs istas trãslationes:simul scribebant libros:sic eos ordinãtes:q in medio cuiuslibet folij ponebãt sex colũnas:a summo deorsum descendentes:ponẽtes in prima:verba trãslationis prime:in secũda secũde et sic de alijs. Et isti libri dicti sunt hexapla:ab hexa grece quod est sex l itine:quasi sex culpa:vel dr̃ hexapla:quasi liber habẽs sex translationes rectas vel rectificatas. Quidã tñ exapla exponunt simpliciter pro exemplaria. Et his tẽporibus multi vtriusqz lingue scioli fecerũt alias trãslatiões predictis grecis trãslationib⁹ in latinũ. Nouissime superueniẽs beatus hieronymus peritus in trib⁹ linguis:hebraica:greca:latina. Primo correxit trãslationẽ.72.iterpretũ in latino cũ astericis et obelis postea vero trãstulit imediate bibliã de hebreo in latinũ sine astericis et obelis.

Et hec trāslatiōe nūc vbiq3 vtit̄ tota romana ecclesia: 3 nō in oībus libris. Et ipsius
trāslatio merito ceteris antefert̄: q2 est verboꝝ tenacior: ꝗ pspicuitate sententie clarior.
Et trāslatio prima. s. 72. interpretū facta est in alexandria ciuitate: que metropolis est
egypti. Alie aūt trāslationes in diuersis partibus mūdi: vbi tūc magistri polluerūt.
¶ Nota ꝗ vbicūq3 in libris veteris testa: mēti mēdositas reperit̄: recurrēdū est ad volu-
mina hebreoꝝ q2 vetus testm̄ primo in lingua hebrea scriptū ē. Si vero in libris no-
ui testamēti: recurrēdū est ad volumina grecoꝝ: q2 nouū testm̄ primo in lingua gre-
ca scriptū est: preter euāgelium mathei: ꝗ epistolam pauli ad hebreos.
¶ Notādū ꝗ oīs sacra scriptura quadriformi rōne distinguit̄ siue exponit̄. Aut enī3
in historico vel l'rali intellectu: aut allegorico: aut anagogico: aut tropologico vl' mo-
rali solet accipi. Historia nāq3 ē: qn̄ res aliqua quō s3 l'raȝ dicta vel facta sit: plano ser-
mone refert̄: vt cū di. Ppls israel ex egypto saluat⁹: tabernaculū dn̄o fecit. Et di ab hi
steron. i. videre vel cognoscere q2 antiq̄⁹ nemo scribebat historiā: nisi q vidisset. Et sic
qn̄ dictiōes intelligunt̄ simplr̄ vt sonāt: est sensus l'ralis vel historic⁹. Allegoria autē
est: cū verbis siue rebus mysticis p̄sentia christi ꝗ eccl'ie sacramēta signant̄. Uerbis vi-
delicet: vt ait Esaias. Egredieē virga de radice iesse: qd̄ aperte ē dicere. Nasceē virgo ma-
ria de stirpe dauid: ꝗ de ea xp̄s nasceē. Rebus mysticis ē ppl's israel ab egyptiaca serui-
tute p sanguinē agni liberat⁹. Allegorice ecclesiā signat: q p passionē xp̄i a demōiaca ser
uitute liberata est. Et nota ꝗ allegoria multis modis exponit̄. Qn̄q3 a p̄sona: vt isaac
signat xp̄m. qn̄q3 a re ꝗ nō p̄sona: vt aries occisus significat xp̄i carnē passam: qn̄q3 a lo
co: vt xp̄s p̄dicatur⁹ ascēdit in mōtē: vbi eminētia loci signat ei⁹ sapiētiā: ꝗ excellētiaȝ
qn̄q3 a numero: vt apprehenderūt septē mulieres virū vnū. i. septē dona grāȝ xp̄i. qn̄
q3 a negocio vel facto vt interfectio golie ad dauid: interfectionē diaboli a xp̄o signat.
Anagogia aūt ad superiora ē ducēs, locutio: q̄ de p̄mio futuro: ꝗ de ea q̄ i celis est vita fu
tura: apertis siue mysticis sermōib⁹ disputat. Aptis vt cū di Beati mūdo corde. My
sticis: vt cū di Beati q lauāt stolas suas. vt sit illis ptās in ligno vite ꝗ p portas itrent
ciuitatē. Qd̄ sic exponit̄ analogice. Beati q mūdant cogitatiōes suas, ꝗ actus: vt sit illis
ptās vidēdi dn̄m nr̄m iesum xp̄m: q dicit. Ego sum via: vita ꝗ veritas: ꝗ p doctrinā ꝗ
exēpla precedētiū patrū intrāt in regna celoꝝ. Et sic ē differētia inter allegoriā ꝗ ana
goriā: q2 allegoria ē mysticus sensus ptinēs ad militātē ecclesiā in qua sumus: s3 ana
gogia est apertus sensus ptinens ad ecclesiā triūphātē: q est cōitas sctoꝝ iā triūphās ꝗ re
gnās. Tropologia vero est moralis locutio: q̄ ad instructionē ꝗ correctionē aioꝝ
mystice siue aperte respicit. Mystice vt ait salomon. Omni tpe sint vestimēta tua can
dida: ꝗ oleū de capite tuo nō deficiat: qd̄ est dicere. Omni tpe sint opa tua mūda: ꝗ cha
ritas de corde tuo nō deficiat. Aperte vt Joānes dicit. Filioli nō diligamus verbo neq3
lingua: sed ope ꝗ veritate. Et vt breuiter habeas. Historia docet factū: tropologia facien
dū: allegoria credēdū: anagogia appetēdū. Un̄ versus. Lra gesta docet: qd credas allego
ria. Moralis qd agas: quo tēdas anagogia. Hec patēt in hac dictione hierusalē. Histo-
rice eni3 est nomē ciuitatis. Tropologice: est typus anime fidelis. Allegorice: figura
eccl'ie militantis. Anagogice typū gerit ecclesie triumphātis. Unde versus. Sicut hie-
rusalē polis est terrena fidelis. Constans ecclesia mons fortis patria summa.

DIES PRIMVS
DIES SECVNDVS
DIES TERCIVS
DIES QVARTVS
DIES QVINTVS
DIES SEXTVS



¶ Incipit epl'a bti hieronymi ad Paulinum presbyterum de oibus diuine historie libris. ¶ Cap. j.

FRater ambrosius tua mihi munuscula perferens: detulit + simul et suauissimas litteras: que a principio amicitiarum fidem probate iam fidei et + veteris amicicie + noua preferebant. Uera enim illa necessitudo est et christi glutino copulata: quam non vtilitas rei familiaris: non presentia tantum corporum: non subdola et palpans adulatio: sed dei timor et diuinarum scripturarum studia conciliant. ¶ Legimus in veteribus historijs: quosdam lustrasse prouincias: nouos adijsse populos: maria transiisse: vt eos quos ex libris nouerant coram quoque viderent. Sic pithagoras memphiticos vates: sic plato egyptum et archytam tarentinum: eamque oram Italie que quondam magna grecia dicebatur laboriosissime peragrauit: vt qui athenis magister erat et potens: cuiusque doctrinam achademie gymnasia personabant: fieret peregrinus atque discipulus: malens aliena verecunde discere: quam sua impudenter ingerere. Denique cum litteras quasi toto orbe fugientes persequitur: captus a piratis et venundatus et etiam tyranno crudelissimo paruit: ductus captiuus: vinctus et seruus: tamen quia philosophus + maior emente se fuit. Ad Titum liuium lacteo eloquentie fonte manantem de vltimis hispanie galliarumque finibus quosdam venisse nobiles legimus: et quos ad contemplationem sui roma non traxerat: vnius hominis fama perduxit. Habuit illa etas inauditum omnibus seculis celebrandumque miraculum: vt vrbem tantam ingressi aliud extra vrbem quererent. Apollonius siue ille magus vt vulgus loquitur: siue philosophus: vt pythagorici tradunt: intrauit persas: pertransiuit caucasum: albanos: scythas: massagethas: opulentissima indie regna penetrauit: et ad extremum latissimo phison amne transmisso peruenit ad brachmanas: vt hiarcham in throno sedentem aureo et de Tantali fonte potantem: inter paucos discipulos de natura: de moribus: ac de cursu + dierum et siderum audiret docentem. Inde per elamitas: babylonios: chaldeos: medos: assyrios: parthos: syros: phenices: + arabes: palestinos: reuersus Alexandriam perrexit ethiopiam: vt gymnosophistas et famosissimam solis mensam videret in sabulo. Inuenit ille vir vbique quod disceret: et semper proficiens: semper se melior fieret. Scripsit super hoc plenissime octo voluminibus + Philostratus. Ca. ij.

QUid loquar de seculi hominibus cum apostolus Paulus vas electionis et magister gentium: qui de conscientia tanti in se hospitis loquebatur dicens: An experimentum queritis eius qui in me loquitur christus: post damascum arabiamque lustratam: ascendit hierosolymam vt videret petrum: et mansit apud eum diebus quindecim: Hoc enim mysterio hebdoadis: et ogdoadis futurus gentium predicator instruendus erat. Rursumque post annos quattuordecim assumpto barnaba et Tyto exposuit cum apostolis euangelium: ne forte in vacuum curreret aut cucurrisset. Habet nescio quid latentis energie + viua vox: et in aures discipuli de autoris ore transfusa fortius sonat. Unde et eschines cum rhodi exularet et legeretur illa demosthenis oratio quam aduersus eum habuerat: mirantibus cunctis atque laudantibus suspirans ait. Quid si ipsam audissetis bestiam: sua verba resonantem. Capitu. iij.

NEc hoc dico quod sit aliquid in me tale: quod vel possis a me audire: vel

Marginalia (left): al's + non debet esse simul — al's + veteri — al's + nouam — pithagoras — Plato — Archytas — al's + maiore mente.

Marginalia (right): Titus liuius — Appolonius — Bragmane — hyarcas — Hera. li. i. ser. — al's + dierum su. peresit. — al's + arabis — Tale. li. 4 — Laerti' i vita talesis. — heredot' libro. 3. — Pōponius mella lib. 3. — Philostratus — al's + philostrat'. — Act. 9. c. — 2. cor. 13. — a. Gal. j. d — Ibidē. 2. a. — Gal. j. d. — Ibidē. 2. a. — al's + viue vocis actus — Eschines — Demosthenes

telis disceres: sed quo ardor tuus et discendi studium etiam absque nobis per se probari debeat. Ingenium docile et sine doctore laudabile est. Non quid invenias, sed quid queras consideramus. Mollis cera et ad formandum facilis: etiam si artificis et plaste cessent manus: tamen virtutis totum est quicquid esse potest. Paulus apostolus ad pedes gamalielis legem moysi et prophetas didicisse se gloriatur: ut armatus spiritualibus telis: postea doceret confidenter. Arma enim nostre militie nō carnalia sunt: sed potentia deo: ad destructionem munitionum et cogitationes destruentes: et omnem altitudinem extollentem se aduersus sententiam dei et captiuantes omnem intellectū ad obediendū christo: et parati subiugare omnē inobedientiā. Timotheū scribit ab infantia sacris litteris eruditū: et hortatur ad studiū lectionis ne negligat gratiā que data sit ei per impositionē manus presbyterij. Tito precipit ut inter ceteras virtutes epi quas breui sermone depinxit: scientiam quoque non negligat scripturarum: obtinentē inquit eū qui sm doctrinā est fidelem sermonē: ut potens sit exhortari in doctrina sana: et contradicētes reuincere.

Paulus apostolus Act. 22. a. 2. cor. 10. b.

2. Thi. 3. d.

Titū. j. b

Capitulum quartum.

Sancta quippe rusticitas solū sibi prodest: et quātum edificat ex vite merito ecclesiā christi: tātum nocet si destruentibus non resistat. Malachias propheta: imo per Malachiā dñs interrogauit sacerdotes legem. Intantum sacerdotis officium est: interrogatum respondere de lege. Et in Deuteronomio legimus. Interroga patrē tuum et annūciabit tibi: seniores tuos et dicēt tibi. In psalmo quoque centesimo decimooctauo: Cātabiles mihi erāt iustificationes tue: in loco peregrinationis mee. Et in descriptione iusti viri cum eū arbori vite dauid que est in paradiso compararet: inter ceteras virtutes hoc etiam intulit. In lege dñi voluntas eius: et in lege eius meditabitur die ac nocte. Daniel in fine sacratissime visionis ait iustos fulgere quasi stellas: et intelligentes, idest doctos quasi firmamentū. Uides quantum inter se distent iusta rusticitas et docta iustitia. Alij stellis alij celo comparantur. Quamquam iuxta hebraicam veritatē vtrumque de eruditis possit intelligi. Ita eni apud eos legimus. Qui aūt docti fuerint fulgebunt quasi splendor firmamēti: et qui ad iustitiā erudiunt multos: quasi stelle in perpetuas eternitates. Cur paulus apostolus vas electionis? Nempe quia vas legis et scripturarum sanctarum erat armariū. Pharisei stupent in doctrina dñi: et mirantur in Petro et Joāne quōmodo legē sciant cum litteras nō didicerint. Quicquid eniz alijs exercitatio et quotidiana in lege meditatio tribuere solet: illis hoc spūssanctus suggerebat. Et erāt iuxta quod scriptū est docibiles deo. Duodecim annos saluator impleuerat: et in templo sedens de questionibus legis interrogans: magis docet dum prudenter interrogat. Nisi forte rusticum petrum rusticū Joannē dicimus: quorum vterque dicere poterat. Et si imperitus sermone non tamen scientia. Joānes rusticus: piscator indoctus: et vnde illa vox obsecro. In principio erat verbum: et verbū erat apud deum: et deus erat verbum? Logos grece multa significat. Nam et verbū est: et ratio et supputatio: et causa vniuscuiusque rei per quam sunt singula que subsistūt: que vniuersa recte intelligimus in christo. Cap. 5.

Malach. j. et ij. ca. Moysi Deut. 32. a. Dauid Psal. 118

Psal. 1.

Dan. 12. b

Ibidem

Act. 9. c Mat. 7. d Act. 4.

Jo. 6. e. Luc. 2. f.

2. cor. 11. b

Hoc doctus plato nesciuit, hoc demosthenes eloquēs ignorauit. Perdam inquit sapientiā sapientium: et prudentiam prudentiū reprobabo. Uera sapientia perdet falsam sapientiam. Et quamquam stultitia predicationis in cruce sit: tamen Paulus sapientiā loquitur inter perfectos. Sapientiam aūt non seculi huius: nec principum seculi istius qui destruuntur: sed loquitur dei sapientiā in mysterio absconditam: quam predestinauit deus ante secula. Dei sapientia christus est. Christus enim dei virtus et dei sapientia. Hec sapientia in mysterio abscondita est: de qua et noni psalmi titulus prenotatur pro occultis filij. In quo sunt omnes thesauri sapientie et scientie dei absconditi. Et qui in mysterio absconditus erat predestinatus est ante secula: predestinatus autem et prefiguratus in lege et prophetis. Unde et prophete appellabantur videntes: quia videbāt

Abdie. j. a. Esa. 29. e. j. cor. j. c. j. cor. ij. b j. cor. j. d.

Col. 2. a.

eum quem ceteri non videbant. Abraam vidit diem eius: et letatus est. Aperiebantur celi Ezechieli: que populo peccatori clausi erant. Reuela inquit dauid oculos meos: et considerabo mirabilia de lege tua. Lex enim spiritalis est: et reuelatione opus est vt intelligatur: ac reuelata facie dei gloriam contemplemur. Liber in apocalypsi septem sigillis signatus ostenditur: quem si dederis homini scienti litteras vt legat: respondebit tibi: Non possum. Signatus est enim. Quanti hodie putant se nosse litteras: tenent signatum librum nec aperire possunt: nisi ille reseruauerit qui habet clauem dauid qui aperit et nemo claudit: claudit et nemo aperit. In actibus apostolorum sanctus eunuchus immo vir (sic enim eum scriptura cognominat) cum legeret Esaiam prophetam: interrogatus a Philippo. Putas ne intelligis que legis respondit + que. Quomodo possum nisi aliquis me docuerit? Ego vt de me loquar interim nec sanctior sum hoc eunucho: nec studiosior qui de ethyopia id est de extremis finibus mundi venit ad templum: reliquit aulam regiam: et tantus amator + legis diuine + que scientie fuit: vt etiam in vehiculo litteras legeret sacras. Et tamen cum librum teneret et verba domini cogitatione conciperet: lingua volueret: labiis personaret: ignorabat eum quem in libro nesciens venerabatur. Venit philippus ostendit ei Jesum qui clausus latebat in littera. O mira doctoris virtus. Eadem hora credidit eunuchus: baptizatur: fidelis et sanctus est ac magister de discipulo: + plus in deserto fonte ecclesie quam in aurato synagoge templo repperit. Hec a me perstricta sunt breuiter. Neque enim epistolaris angustia euagari longius patiebatur: vt intelligeres te in scripturis sacris sine preuio et monstrante semitam non posse ingredi. Cap. 6.

Re.j.a. j. Re.g.b. Joa.8.g. Eze.j.a. psal.118. Ro.7.c. 2.cor.3.d Apoc.5.a Esa.29.b. Apo.3.b. — Act.8.e. — als super est + que — al non habet + legis — als non habet + que — al + sacer

Taceo de grammaticis: + rhetoribus: philosophis: geometris: dyalecticis: musicis: astronomis: astrologis: medicis: quorum scientia mortalibus saltis vel vtilissima est: et in tres partes scinditur: in doctrinam: rationem et vsum. Ad minores artes veniam: et que non tam + lingua quam manu administrantur. Agricole: cementarij: fabri metallorum lignorumque cesores: lanarij quoque et fullones et ceteri qui varias supellectilem et vilia opuscula fabricant: absque doctore esse non possunt quod cupiunt. Quod medicorum est promittunt medici: tractant fabrilia fabri. Sola scripturarum ars est: quam sibi passim omnes vendicant. Scribimus indocti doctique poemata passim. Hanc garrula anus: hanc delirus senex: hanc sophista verbosus: hanc vniuersi presumunt: lacerant: docent: antequam discant. Alij + abducto supercilio grandia verba trutinantes: inter mulierculas de sacris litteris philosophantur. Alij discunt proh pudor: a feminis quod viros doceant. Et ne parum hoc sit: quadam facilitate verborum: immo audacia edisserunt alijs: quod ipsi non intelligunt. Taceo de meis similibus: qui si forte ad scripturas sanctas post seculares litteras venerint: et sermone composito aures populi mulserint: quicquid dixerint: hoc legem dei putant. Nec scire dignantur quid prophete quid apostoli senserint: sed ad sensum suum incongrua aptant testimonia. quasi grande sit et non viciosissimum dicendi genus deprauare sententias: et ad voluntatem suam sacram scripturam trahere repugnantem. Quasi non legerimus homerocentonas Virgilio centonas: ac non sic etiam et maronem sine christo possimus dicere christianum: quia scripserit: Iam redit et virgo redeunt saturnia regna. Iam noua progenies celo demittitur alto. Et patrem loquentem ad filium. Nate mee vires mea magna potentia solus. Et post verba saluatoris in cruce. Talia perstabat memorans: fixusque manebat. Puerilia sunt hec et circulatorum ludo similia: docere quod ignores: immo (vt cum stomacho loquar) ne hoc quidem scire quod nescias.

als + rhetoricis. — al + logo — Horati. li.2.epla — als + ad ducto — Isidorus ethycorum li.1.ca.38 — Vir in bucolico.4. — Eneid.1. — Eneid.2.

Capitulum septimum.

Videlicet manifestissima est genesis in qua de creatura mundi: de exordio generis humani: de diuisione terre: de confusione linguarum: de descensione vsque ad egyptium scribi

Gen.j.et ij. — Gen.x.et xj. Gen.45.

tur hebreorum. ¶ Patet exodus cuȝ decem plagis: cum decalogo: cum mysticis diuinisq; preceptis. ¶ In promptu est leuiticus liber in quo singula sacrificia: immo singule pene syllabe ⁊ vestes aaron: ⁊ totus ordo leuiticus spirant celestia sacramenta. ¶ Numeri vero nonne totius arithmethice: ⁊ prophetie balaam: et quadragintaduaruȝ mansionum per heremum mysteria continent. ¶ Deuteronomium vero secunda lex: ⁊ euangelice legis prefiguratio: nonne sic ea habet que priora sunt: vt tamen noua sint omnia de veteribus? hucusq; Moyses: hucusque pentateucus: quibus quinq; verbis loqui se velle apostolus in ecclesia gloriat. ¶ Job exemplar patientie: que non misteria suo sermone complectitur? Prosa incipit: versu labitur: pedestri sermone finitur: omnesq; leges dyaletice: propositione assumptione: confirmatione: conclusione determinat. Singula in eo verba plena sunt sensibus. Et vt de ceteris sileam: resurrectionem corporum sic prophetat: vt nullus de ea manifestius ⁊ cautius scripserit. Scio inquit quod redemptor meus viuit: ⁊ in nouissimo die de terra surrecturus ✠ sum ⁊ rursum circundabor pelle mea: ⁊ in carne mea videbo deum: quem visurus sum egoipse: et oculi mei conspecturi sunt ⁊ non alius. Reposita est hec spes mea in sinu meo.

¶ Ueniam ad iesum nauem: qui typus domini non solum in gestis: verumetiam in nomine prefert. Transit iordanē: hostium regna subuertit: diuidit terram victori populo: ⁊ per singulas vrbes: viculos: montes: flumina: torrentes atq; confinia ecclesie: celestisq; hierusalem spiritualia regna describit. ¶ In iudicum libro quot principes populi tot figure sūt. ¶ Ruth moabitis Esaie explet vaticinium dicentis. Emitte agnum domine dominatorem terre: de petra deserti ad montem filie syō. ¶ Samuel in heli mortuo ⁊ in occisione Saul veterem legem abolitam monstrat: porro in sadoch atq; dauid noui sacerdotij nouiq; imperij sacramenta testatur. ¶ Malachim idest tertius ⁊ quartus regum liber a salomone

Exo.9.10 11.12.20. — Nu.22.23 — Nu.33. — j.cor.14.d. — vsq; ad. 3.ca.⁊.3. vsq; ad. 42.⁊.43. vsq; ad finem. — Job.19.d — Esa.✠fim — Josue.3.d — Jos.7 vsq; 11. — Jos.14. vsq; 23. — j.re.4.c. — ibi.31.d. — 2.Re.8.d — 2.Re.2.a.

vsq; ad iechoniam: ⁊ a hieroboam filio nabath vsq; ad osee ductus est in assyrios regnum iudam ⁊ regnum describit israel. Si hystoriam respicias: verba simplicia sunt: si in litteris sensum latentem inspexeris: ecclesie paucitas ⁊ hereticorū contra ecclesiam bella narrantur. ¶ Duodecim prophete in vnius voluminis angustias coartati: multo aliud quam sonant in littera prefigurant. ¶ Osee crebro nominat effraim: samariam: ioseph: iezrael: ⁊ vxorem fornicariam ⁊ fornicationis filios: ⁊ adulteram cubiculo clausam mariti: multo tempore sedere viduam: ⁊ sub veste lugubri viri ad se reditum prestolari. ¶ Johel filius fatuel describit terram ✠ duodecim tribuum: eruca: bruco: locusta rubigine vastante consumptā: ⁊ post euersionem prioris populi effusum iri spiritum sanctum super seruos dei ⁊ ancillas idest super centum viginti credētium nomina: ⁊ effusum iri in cenaculo syon Qui centum viginti ab vno vsq; ad quindecim paulatim ⁊ per incrementa surgentes: quindecim graduum numerum efficiunt qui in psalterio mistice continentur. ¶ Amos pastor ⁊ rusticus ⁊ ruborum mora distringens paucis verbis explicari non potest. Quis enī digne exprimat tria ⁊ quatuor scelera damasci ⁊ gaze: ⁊ tyri ⁊ idumee: ⁊ filiorum ammon ⁊ moab: ⁊ in septimo ⁊ octauo gradu iude ⁊ israel. hic loquitur ad vaccas pingues que sunt in samarie monte: ⁊ ruituram domum maiorem minoremq; testatur. Ipse cernit fictorem locuste: ⁊ stantem dominum super murum litum vel adamantinum ⁊ vncinum pomorum attrahentem supplicia peccatoribus: ⁊ famem in terra: non fameȝ panis nec sitim aque sed audiendi verbū dei. ¶ Abdias qui interpretatur seruus domini personat contra edom: ⁊ sanguineum terrenumq; fratrem: fratris quoq; iacob semper emulum hasta percutit spiritali. ¶ Jonas pulcherrima columba naufragio suo passionem domini prefigurans: mundum ad penitentiam reuocat: ⁊ sub nomine niniue gentibus salutem nunciat. ¶ Micheas demorasthi co

4.Re.24. — 3.Re.17. — 4.Re.17. — Osee.1. — Osee.2. — Osee.3. — Joelis.j. — al✠deest — Joelis.2. — ephe.j.c. — Amos.j. ⁊.ij. — ibi.4. — ibi.6.d. — ibi.7. — ibi.8. — Abdie capi. vnico — Jone.1.

heres christi vastationem annunciat filie latronis: et obsidionem ponit contra eam: quia maxillas percusserit iudicis israel. ¶ Naum cōsolator orbis increpat ciuitatem sanguinum: et post euersionem illius loquitur. Ecce super mōtes pedes euangelizantis et annunciantis pacem.

¶ Abacuc luctator fortis et rigidus stat super custodiam suam: et figit gradum super munitionem vt christum in cruce cōtempletur: et dicat. Operuit celos gloria eius: et laudis eius plena est terra. Splendor eius vt lux erit: cornua in manibus eius. Ibi abscondita est fortitudo eius.

¶ Sophonias speculator et arcanorum dei cognitor audit clamorem a porta piscium: et eiulatum a secunda: et contritionem a collibus. Indicit quoque vlulatum habitatoribus pile: quia conticuit omnis populus chanaam: disperii sunt vniuersi qui inuoluti erant argento. ¶ Aggeus festiuus et letus qui seminauit in lachrymis vt in gaudio meteret: destructum templum edificat: deumque patrem inducit loquentem. Adhuc vnum modicumque et ego cōmouebo celum et terrā et mare et aridam: et mouebo omnes gentes et veniet desideratus cunctis gētibus. ¶ Zacharias memor domini sui multiplex in prophetia iesum vestibus sordidis indutum: et lampadem oculorum septē: candelabrumque aureum cum totidem lucernis quot oculis: duas quoque oliuas a sinistris lampadis cernit et a dextris: vt post equos nigros rufos varios et albos: et dissipatas quadrigas ex effraim et equum de hierusalem pauperem regem vaticinetur: et predicet sedentem sup pullum filium asine subiugalis. ¶ Malachias aperte et in fine omnium prophetarum de abiectione israel et vocatione gentium. Non est mihi ait voluntas in vobis: dicit dominus exercituum: et munus non suscipiam de manu vestra. Ab ortu enim solis vsque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus: et in omni loco sacrificatur et offertur nomini meo oblatio munda. ¶ Esaiam: hieremiam: ezechiel et daniel: quis potest vel intelligere vel exponere. Quorum primus non prophetiam videtur mihi texere sed euangelium. ¶ Secundus virgam nuceam et ollam succensam a facie aquilonis: et pardum spoliatum suis coloribus et quadrupes diuersis metris nectit alphabetum. ¶ Tertius principia et finem tantis habet obscuritatibus inuoluta: vt apud hebreos ipse partes cum exordio geneseos ante annos triginta non legantur.

¶ Quartus vero qui et extremus inter quatuor prophetas temporum conscius: et totius mundi philohistoricus lapidem precisum de monte sine manibus et regna omnia subuertentem claro sermone pronunciat. ¶ Dauid simonides noster pindarus et alcheus flaccus quoque catulus atque serenus christum lyra personat: et in decachordo psalterio ab inferis excitat resurgentem. Salomon pacificus et amabilis domini: mores corrigit: naturam docet: ecclesiam iungit et christum: sanctarumque nuptiarum dulce canit epithalamium. ¶ Hester in ecclesie typo populum liberat de periculo: et interfecto aman qui interpretatur iniquitas: partes conuiuij et diem celebrem mittit in posteros. ¶ Paralipomenon liber .i. instrumenti veteris epitome: tantus ac talis est: vt absque illo si quis scientiam scripturarum sibi voluerit arrogare seipsum irrideat. Per singula quippe nomina iūcturasque verborum et pretermisse in regū libris tanguntur historie: et innumerabiles explicantur euangelij questiones.

¶ Esdras et Neemias: adiutor vicz et consolator a domino: in vno volumine artantur: instaurant templum: muros extruunt ciuitatis: omnisque illa turba populi redeuntis in patriam: et descriptio sacerdotum leuitarum. israel: proselitorum: ac per singulas familias murorum ac turrium: opera diuisa: aliud in cortice preferunt: aliud in medulla retinent. Cernis me scripturarum amore raptum: excessisse modum epistole: et tamen non impleuisse quod volui. Audiuimus tantum quid nosse quid cupere debeamus: vt et nos quoque possimus dicere. Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore. Ceterum illud so-

Jone.1. Michee.5. Naum.3 Naū.1.d Abacuc.1 Abac.2.a. Ibidē.3.b. hypallage est So.125. Aggei.1. aggei.2.b zach.3.b. 4.d. zach.4.a. zach.6. zach.9.b. als super est + a Mala.1. hier.1.c. hiere.13. a.ca.40. vsque in finem. Danie.9. Ibidē.10 xi.xij. ibidē.2.e In puerbijs In ecclesiaste. In cantiscis. Hester.2. 1.esdre.7. Nee.3. vsque ad.7.

traliculum impletur in nobis. Hoc tantum scio quod nescio. ¶ Tangam et nouum breuiter testamentum. [Cant.6.a] ¶ Matheus: Marcus: Lucas et Joannes: quadriga domini et verum cherub quod interpretatur scientie plenitudo per totum corpus oculati sunt: scintille emicant: discurrunt fulgura: pedes habent rectos: et in sublime tendentes: [Eze.1.b.] terga pennata et vbique volantia tenent se mutuo: sibique perplexi sunt: et quasi rota in rotam voluuntur et pergunt: quocunque eos flatus spiritussancti perduxerit. ¶ Paulus apostolus ad septem scribit ecclesias: octaua enim ad hebreos a plerisque extra numerum ponitur. Tymotheum instruit ac Tytum et Philemonem pro fugitiuo famulo deprecatur: super quo melius tacere puto: quam pauca scribere. [Col.4.] [2.Cor.3.] ¶ Actus apostolorum nudam quidem videntur sonare historiam: et nascentis ecclesie infantiam texere: sed si nouerimus scriptorem eorum lucam esse medicum cuius laus est in euangelio: animaduertimus pariter omnia verba illius anime languentis esse medicinam. ¶ Jacobus: petrus ioannes iudas septem epistolas ediderunt: tam mysticas quam succinctas et breues pariter ac longas: breues in verbis longas in sententijs: vt rarus sit qui non in earum cecutiat lectione. ¶ Apocalypsis ioannis tot habet sacramenta quot verba. Parum dixi: et pro merito voluminis laus omnis inferior est. In verbis singulis multiplices latent intelligentie. [Eccl. 50.i fine.] Oro te frater charissime inter hec viuere: ista meditari: nihil aliud nosse: nihil aliud querere. Nonne videtur tibi iam hic in terris regni celestis habitaculum? Nolo vt offendaris in scripturis sanctis simplicitate et quasi vilitate verborum que vel vitio interpretum vel de industria sic prolate sunt: vt rusticam contionem facilius instruerent: et in vna eademque sententia aliter doctus: aliter sentiret indoctus. Non sum tam petulans et hebes vt hec me nosse pollicear: et eorum fructus capere in terra quorum radices in celo fixe sunt: sed velle fateor: sedenti me prefero: magistrum renuens comitem spondeo. Petenti datur: pulsanti aperitur: querens inuenit. Discamus in terris: quorum scientia nobis perseueret in celo. Obuijs te manibus excipiam: et vt inepte aliquid ac de hermagore tumiditate effundam quicquid quesieris tecum scire conabor. [al's ⁊ Vide me fateor sz. tunc profiteor.] [Mat.7.b] [Luc.11.b.] [hermagoras.] Habes hic amantissimum tui fratrem eusebium qui litterarum tuarum mihi gratiam duplicauit referens honestatem morum tuorum: contemptum seculi: fidem amicicie: amorem christi. Nam prudentiam et eloquij venustatem: etiam absque illo ipsa epistola preferebat. Festina queso te: et herenti in salo nauicule funem magis prescinde quam solue.

Capitu. viij.

Nemo renunciaturus seculo bene potest vendere: que contempsit vt venderet. Quicquid in sumptus de tuo tuleris pro lucro computa. Antiquum dictum est. Auaro deest tam quod habet quam quod non habet. Credenti totus mundus diuitiarum est. Infidelis autem etiam obolo indiget. Sic viuamus quasi nil habentes: et omnia possidentes. Victus atque vestitus diuitie christianorum sunt. [2.cor.6.] Si habes in potestate rem, tuam vende: si non habes proijce. Tollenti tunicam: et pallium relinquendum est. Scilicet nisi tu semper recrastinans: et diem de die trahens caute et pedetentim tuam possessiunculas vendideris non habet christus vnde alat pauperes suos. [Mat.5.g] Totum deo dedit qui se obtulit. Apostoli tantum nauem et rhetia reliquerunt. Vidua duo era misit in gazophylatium: et prefertur cresi diuitijs. [Ibidē.4.v.] [Mar.12.v.] [Luc.21.a.] Facile contemnit omnia qui se semper cogitat esse moriturum.

¶ Explicit epistola beati hieronymi presbyteri ad Paulinum presbyterum.

¶ Incipit prefatio sancti hieronymi presbyteri in Pentateuchum moysi.

Desiderij mei desideratas accepi epistolas: qui quodam presagio futurorum cum daniele sortitus est nomen: obsecrantis vt translatum in latinam linguam de hebreo sermone penthateucum nostrorum auribus traderem. Pericu-

Iosum opus certe & obtrectatorum meorum latratibus pateus: qui me asserunt in septuaginta interpretum sugillationē noua pro veteribus cudere: & ita ingenium quasi vinum probantes: cum ego se pissime testatus sum me pro ✠ virili portione in tabernaculo dei offerre que possum: nec opes alterius aliorum paupertate fedari. Quod vt auderem origenis me studium prouocauit qui editioni antique translationem theodotionis miscuit asterico & obelo idest stella & veru omne opus distinguens: dum aut illucescere facit que minus ante fuerant: aut superflua queq3 iugulat & confodit: & maxime que euangelistarum & apostolorum auctoritas promulgauit. In quibus multa de veteri testamēto legimus que in nostris codicibus non habentur. Ut est illud. Ex egypto vocaui filium meum. Et quoniam nazareus vocabitur: & videbunt in quem compunxerunt: & flumina de vētre eius fluent aque viue: & que nec oculus vidit nec auris audiuit nec in cor hois ascendit que preparauit deus diligētibus se: & multa alia que proprium syntagma desiderāt. Interrogemus ergo eos vbi hec scripta sunt: & cum dicere non potuerint de libris hebraycis proferamus. Primū testimonium est in Osee: secundū in Esaya: tertium in zacharia: quartum i Prouerbijs: quintum eque in Esaya: qd multi ignorantes apocriphorum deliramenta sectantur: & hiberas nenias libris autenticis preferunt. Causas erroris non ē meum exponere Iudei prudenti factum dicunt esse consilio: ne ptolemeus vnius dei cultor etiam apud hebreos duplicem diuinitatem deprehenderet. Quod maxime idcirco faciebant: quia in platonis dogma cadere videbat. Deniq3 vbicū q3 sacratum aliquid scriptura testatur de patre & filio & spiritusancto: aut aliter interpretati sunt: aut omnino tacuerunt: vt & regi satisfacerent & arcanum fidei nō vulgarent. Et nescio quis primus autor septuaginta cellulas alexandrie mendacio suo extruxerit: quibus diuisi: eadem scriptitarint: cum aristeas eiusdem ptolemei hiperaspistes ✠ non multo post tempore Josephus nihil tale retulerint: sed in vna basilica congregatos contulisse scribant: non prophetasse. Aliud est eni3 esse vatem: aliud est esse interpretem. Ibi spiritus vētura predicit: hic eruditio & verborum copia ea que intelligit transfert. Nisi forte putandus est tullius economicum xenofontis: & platonis pythagoram: & demosthenis pro ctesifonte afflatus rethorico spiritu transtulisse. Aut aliter de eisdem libris per septuaginta iterpretes: aliter per apostolos spiritussanctus testimonia texuit: vt quod illi tacuerunt: hij scriptum esse mentiti sunt. Quid igitur? Damnamus veteres? Minime. Sed post priorum studia in domo domini quod possumus laboramus. Illi interpretati sunt ante aduentum christi: & quod nesciebāt dubijs ꝓtulere sententijs: nos post passionem & resurrectionem eius: non tam prophetiam q3 historiam scribimus. Aliter enim audita: aliter visa narrantur. Quod melius intelligimus: melius & proferimus. Audi igitur emule: obtrectator ausculta. Non damno: non reprehendo septuaginta: sed confidenter cunctis illis apostolos prefero. Per istorum os mihi christus sonat: quos ante prophetas inter spiritalia charismata positos lego: in quibus vltimum pene gradum interpretes tenent. Quid liuore torqueris? Quid imperitorum animos contra me concitas? Sicubi in translatione tibi videor errare: interroga hebreos: diuersarum vrbium magistros consule. Quod illi habent de christo: tui codices non habent. Aliud est si contra se postea ab apostolis vsurpata testimonia probauerunt & emendatiora sunt exemplaria latina q3 greca: greca q3 hebrayca. Uerum hec contra inuidos. Nunc te deprecor desideri charissime vt quia me tantum opus subire fecisti & a genesi exordium capere orationibus iuues: quo possim eodem spiritu quo scripti sunt libri in latinum eos transferre sermonem.

¶ Explicit Prefatio.

DIES PRIMVS
DIES SECVNDVS
DIES TERCIVS
DIES QVARTVS
DIES QVINTVS
DIES SEXTVS

¶ Incipit liber Genesis qui dicitur hebraice bresith.

¶ Capituli summariū. ¶ Die primo facta est lux: die secundo factum est celum die tertio factū est mare et terra: die quarto sol et luna et stelle: quinto reptantia maris et volatilia: sexto iumenta: serpentes: bestie et homo. ¶ Capitulum .j.

Que concepit & peperit filium dicens. Abstulit deus opprobrium meum. Et vocauit nomen illius ioseph: dicens. Addat mihi dominus filium alterum. Nato autem ioseph: dixit iacob socero suo. // Dimitte me vt reuertar in patriam meam & ad terram meam. Da mihi vxores & liberos meos pro quibus seruiui tibi: vt abeam. Tu vero nosti seruitutez qua seruiui tibi. Ait illi laban. Inueniam gratiam in conspectu tuo. Experimento didici: quia benedixerit mihi deus propter te. Constitue mercedem tuam: quã dem tibi. At ille respondit. Tu nosti quõ seruierim tibi: & quãta in manibus meis fuerit possessio tua. Modicum habuisti anteq̃ venirem ad te: & nunc diues effectus es: benedixitq; tibi deus ad introitum meum. Iustuz est igit: vt aliquãdo prouideam domui mee. Dixitq; laban. Quid tibi dabo? At ille ait. Nihil volo. Sed si feceris qđ postulo: iterum pascam & custodiam pecora tua. Gira omnes greges tuos: & separa cunctas oues varias & sparso vellere: & quodcũq; + fuluuz & maculosum variumq; fuerit: taz in ouibus q̃ in capris: erit merces mea. Respondebitq; mihi cras iustitia mea: quãdo placiti tempus aduenerit coraz te: & omnia que non fuerint varia & maculosa & + fulua tam in ouibus q̃ in capris furti me argues. Dixitq; laban. Gratum habeo qđ petis. Et separauit in die illa capras & oues & hyrcos & arietes varios & maculosos. Cunctum autem gregem vni coloris. i. albi & nigri velleris tradidit in manu filioꝝ suoꝝ: & posuit spatiũ itineris triuz dierum inter se & generum: qui pascebat reliquos greges eius. Tollẽs ergo iacob virgas populeas virides & amigdalinas & ex platanis ex parte decorticauit eas. Detractisq; corticibus in his que spoliata fuerant candor apparuit: illa vero que integra fuerant viridia permanserunt: atq; in hunc modum color effectus est varius. Posuitq; eas in canalibus vbi effundebatur aqua: vt cum venissent greges ad bibendum: ante oculos haberent virgas: & in aspectu earum conciperent. Factumq; ẽ vt in ipso calore coit' oues intuerentur virgas: & parerent maculosa & varia & diuerso colore respersa. Diuisitq; gregem iacob & posuit virgas in canalibus ante oculos arietum. Erant autem alba & nigra queq; laban: cetera vero iacob: separatis inter se gregibus. Igitur quando primo tempore ascendebantur oues ponebat iacob virgas in canalibus aquarum ante oculos arietum & ouium: vt in earum contemplatione conciperent. Quando vero serotina admissura erat & conceptus extremus: non ponebat eas. Factaq; sunt ea que erãt serotina laban: & que primi temporis iacob. Ditatusq; est homo vltra moduz: & habuit greges multos ancillas & seruos: camelos & asinos.

[Margin: 3.re.11.b — Alias + rufum. — Alias + rufa.]

¶ Ca. xxxi. ¶ Fugit iacob cuz suis: laban insequitur: rachel abscondit idola: iacob & laban fedus ineunt. Ca. xxxi.

Postquam autem audiuit verba filiorum laban dicentium: tulit iacob omnia que fuerant patris nostri: & de illius facultate ditatus fact' est inclytus: animaduertit quoq; faciem laban q non esset erga se sicut heri & nudiustertius: maxime dicente sibi domino reuertere in terram patrum tuoꝝ: & ad generationem tuam: eroq; tecum: misit & vocauit rachel & lyam in agrum vbi pascebat greges: dixitq; eis. Uideo faciez patris vestri: q non sit erga me sicut heri & nudiustertius. Deus autez patris mei fuit mecuz & ipse nostis q totis viribus meis seruierim patri vestro. Sed & pater vester circũuenit me: & mutauit mercedem meam decem vicibus: & tñ nõ dimisit eũ deus vt noceret mihi. Si quando dixit: varie erunt mercedes tue: pariebãt omnes oues varios fetus: qñ vero econtrario ait: alba queq; accipies pro mercede oẽs greges alba pepererunt. Tulitq; + de' substantiã patris vestri: & dedit mihi. Postq̃ eniz concepi' ouiũ tẽpus aduenerat: leuaui oculos meos & vidi in somnis ascendẽtes mares super feminas varios & maculosos & diuersoꝝ coloꝝ. Dixitq; angelus dei ad me in somnis. Iacob. Et ego respondi. Adsum. Qui ait. Leua oculos tuos & vide vniuersos masculos ascẽdẽtes sup feminas varios maculosos atq; respersos. Uidi. n. oĩa que fecit tibi laban. // Ego sum deus bethel vbi vnxisti lapidem & votum vouisti mi-

[Margin: Als sup. est + de'. — sup. 28. d.]

Infra.32.c.

bi. Nunc ergo surge et egredere de terra hac reuertens in terrã natiuitatis tue. Rñderuntq3 rachel et lya. Nũqd habem⁹ residui qcq3 in facultatibus et hereditate domus patris nostri? Nonne quasi alienas reputauit nos: et vendidit: comeditq3 C preciũ nostrum? Sed deus tulit opes patris nostri: et eas tradidit nobis ac filijs nostris. Unde oia que pcepit tibi dominus fac. Surrexit aũt iacob et impositis liberis ac cõiugibus suis sup camelos abijt. Tulitq3 oẽm substantiã suam et greges et qcquid in mesopotamia acquisierat: pergẽs ad isaac patrem suum in terrã chanaan. Eo tẽpore ierat laban ad tondẽdas oues: et rachel furata est idola patris sui. Noluitq3 iacob confiteri socero suo q fugeret. Cũq3 abisset tam ipse q3 oia que iuris sui erant et amne transmisso pergeret contra montẽ galaad: nunciatum est laban die tertio q fugeret iacob. Qui assumptis fratribus suis: persecutus est eum dieb⁹ septem: et cõprehendit eũ in monte galaad. D Viditq3 in somnis dicentẽ sibi dominũ. Caue ne quicq3 asperè loquaris contra iacob. Jamq3 iacob extenderat in monte tabernaculum. Cũq3 + ille cõsecutus + fuisset eum cum fratribus suis in eodem monte galaad fixit tentoriũ. Et dixit ad iacob. Quare ita egisti: vt clam me abigeres filias meas quasi captiuas gladio? Cur ignorante me fugere voluisti: nec indicare mihi vt prosequerer te cum gaudio et canticis et tympanis et citharis? Non es passus vt oscularer filios meos et filias. Stulte operatus es. Et nunc qdem valet manus mea reddere tibi malũ. Sed de⁹ patris tui heri dixit mihi. Caue ne loqris + contra iacob quicq3 durius. + Et si ad tuos ire cupiebas et desiderio erat tibi domus patris tui: cur furatus es deos meos? Rñdit iacob. Quod inscio te pfectus sum: timui ne violenter auferres filias tuas. Quod autem furti me arguis: apud quemcũq3 inueneris deos tuos: necetur corã fratribus nris. Scrutare: qcquid tuoꝝ apd me inueneris auffer. E Hec dicens ignorabat q rachel furata esset idola. Ingressus itaq3 laban tabernaculum iacob et lye et vtriusq3 famule: nõ inuenit. Cũq3 intrasset tentorium rachelis: illa festinans abscondit idola subter stramẽta

Als sup-rest + q3

Als sup rest + fuisset.

i.re.13.c.
2.pa.16.ca.

Als sup rest + cõtra.

Als + E sto. Ad.

cameli et sedit + desuper: Scrutantiq3 omne tentorium et nihil inuenienti: ait. Ne irascatur dominus meus q corã te assurgere nequeo: q2 iuxta consuetudinem feminarũ nũc accidit mihi. Sic delusa sollicitudo querentis est. Tumensq3 iacob cum iurgio ait. Qua ob culpam meam et ob quod peccatum meũ sic exarsisti post me: et scrutatus es oẽs supellectilẽ meã. Quid inuenisti de cuncta substantia domus tue? Pone hic corã fratrib⁹ meis et fratrib⁹ tuis: et iudicent inter me et te. Idcirco viginti ãnis fui tecũ. Oues tue et capre steriles nõ fuerunt: arietes gregis tui nõ comedi: nec captũ a bestia ostendi tibi. Ego dãnum oẽ reddebã. Quicqd furtim peribat a me exigebas: F die noctuq3 estu vrgebar et gelu: fugiebatq3 somn⁹ ab oculis meis. Sicq3 per viginti annos in domo tua seruiui tibi: quattuordecim pro filiab⁹: sex pro gregib⁹ tuis. Immutasti quoq3 mercedẽ meam decẽ vicibus. Nisi de⁹ pris mei habraam et timor isaac affuisset mihi: forsitan modo nudũ me dimisisses. Afflictionẽ meã et laborem manuũ meaꝝ respexit deus: et arguit te heri. Rñdit ei laban. Filie mee et filij et greges tui et oia que cernis mea sunt. Quid possum facere filijs et nepotib⁹ meis. Ueni ergo et ineam⁹ fedus: vt sit testimoniũ inter me et te. Tulit itaq3 iacob lapidẽ: et erexit illũ in titulũ. Dixitq3 fratrib⁹ suis. Afferte lapides. Qui cõgregantes fecerũt tumulum: comederũtq3 sup eũ. Quẽ vocauit laban tumulũ testis: et iacob aceruum testimonij: vterq3 iuxta pprietatẽ lingue sue. Dixitq3 laban. Tumul⁹ iste testis erit inter me et te hodie. Et idcirco appellatũ est nomẽ ei⁹ galaad: idest tumulus testis. G Et adiecit laban. Intueat et iudicet de⁹ inter nos qn recesserim⁹ a nobis si afflixeris filias meas: et si introduxeris alias vxores sup eas. Nullus smõis nri testis ẽ: absq3 deo q pñs respicit. Dixitq3 rursus ad iacob. En tumulus hic et lapis quẽ erexi inter me et te testis erit. Tumulus inqm iste et lapis sint in testimoniũ: si aut ego transiero illũ pergẽs ad te: aut tu pterieris malũ mihi cogitãs. Deus habraã et deus nachor iudicet inter nos: de⁹ pris eoꝝ. Jurauit ergo iacob p timorẽ patris sui isaac. Immolatisq3 victimis in mõte:

Als + superest.

Exo.22.b

sup.29.

22.q.i.ca. Mouet.

tenit fr̄es suos vt ederent panē. Qui cum comedissent mãserūt ibi. Laban vō de nocte cōsurgēs osculatus est filios ꝛ filias suas ꝛ bn̄dixit illis reuersusq̇ē i locū suū.

¶ Ca. Sū. ¶ Jacob angelos obuiam videt: ad esau nuncios mittit: ꝛ cum angelo luctatur. Ca. xxxij.

A Jacob autē abijt itinere quo ceperat: fueruntq̇ ei obuiā angeli dei. Quos cum vidisset ait. Castra dei sunt hec. Et appellauit nomen loci illius manaim idest castra. Misit aūt ꝛ nūcios ante se ad esau fratrem suum in terra seyr ✝ in regione edom p̄cepitq̇ eis dicēs. Sic l: qmini dn̄o meo esau. hec dicit frater tuus iacob. Apud laban peregrinatꝰ sū: ꝛ fui vsq̇ in p̄ntē diem. habeo boues ꝛ asinos ꝛ B oues ꝛ seruos ꝛ ancillas mittoq̇ nūc legationē ad dominū meū vt inueniā gratiam in cōspectu tuo. Reuersiq̇ sunt nūcij ad iacob dicētes. Uenimus ad esau fratrem tuū: ꝛ ecce ꝓperat in occursum tuū cū quadringētis viris. Timuit iacob valde: ꝛ pterritus diuisit populū q̄ secū erat greges quoq̇ ꝛ oues ꝛ boues ꝛ camelos i duas turmas dicens. Si venerit esau ad vnā turmā ꝛ pcusserit eam: alia turma q̄ C reliqua est saluabit̄. Dixitq̇ iacob. Deus p̄ris mei habraam ꝛ deus p̄ris mei isaac: domine q̄ dixisti mihi // reuertere in terrā tuā ꝛ in locū natiuitatis tue ꝛ benefaciā tibi: minor sum cunctis miserationibꝰ tuis: ꝛ veritate tua quā expleſti seruo tuo. Jn baculo meo transiui iordanē istū ꝛ nunc cū duabus turmis regredior: erue me de manu fratris mei esau: quia valde eū timeo: ne forte veniens pcutiat ✝ matrem cū filijs. Tu locutus es ✝ q̄ benefaceres mihi: ꝛ dilatares semē meum sicut arenā maris: q̄ pre multitudine numerari nō pōt. D Cūq̇ dormisset ibi nocte illa se parauit de his que habebat munera esau fratri suo: capras ducentas: hyrcos viginti: oues ducentas: ꝛ arietes viginti: camelos fetas cum pullis suis triginta: vaccas quadraginta: ꝛ tauros viginti: asinas viginti ꝛ pullos earum decem. Et misit per manus seruorū suorū singulos seorsum greges: dixitq̇ pueris suis. Anteceditē me: ꝛ sit spatium inter gregem ꝛ gregē. Et p̄cepit priori dicens. Si obuiū habueris fratrem meū esau: ꝛ interrogauerit te: cuius es aut quo vadis: aut cuius sunt ista que sequeris: respondebis. Serui tui iacob. Munera misit domino suo esau: ipse quoq̇ post nos venit. Similiter dedit manda: a secundo ꝛ tertio: ꝛ cunctis q̄ sequebant̄ greges: dicens. hisdē verbis loquimini ad esau cū inueneritis eū. Et addetis. Jpse quoq̇ seruus tuus iacob: iter nostrū insequit̄. Dixit enim. Placabo illum muneribꝰ que p̄cedūt: ꝛ postea videbo illum. Forsitan ꝓpitiabit̄ mihi. Precesserunt itaq̇ munera ante eū: ipse vero mansit nocte illa in castris. Cūq̇ mature surrexisset tulit duas vxores suas ꝛ totidem famulas cū vndecim filijs: ꝛ trāsiuit vadum iaboch. Trāsductisq̇ omnibus que ad se pertinebant: mãsit solus. // Et ecce vir luctabatur cū eo vsq̇ mane. Qui cum videret q̄ eum superare nō posset tetigit neruum femoris eiꝰ ꝛ statim emarcuit. Dixitq̇ ad eum. Dimitte me. Jam enim ascēdit aurora. Respondit. Nō dimittam te: nisi benedixeris mihi. Ait ergo Q̄d est nomen tibi? Respondit. Jacob. At ille. Nequaq̄ inquit iacob appellabitur nomē tuū: sed israel. Quoniā si cōtra deū fortis fuisti: quãtomagis cōtra homines preualebis? Jnterrogauit eū Jacob. Dic mihi: quo appellaris nomie. Respondit. // Cur queris nomen meum qd̄ est mirabile. Et benedixit ei in eodē loco. Uocauitq̇ iacob nomen loci illius phanuel dicens. Uidi dominū facie ad faciē: ꝛ salua facta est anima mea. Ortusq̇ est ei statī sol postq̄ transgressus est phanuel. Jpse vero claudicabat pede. Quam ob causam non comedunt neruum filij israel q̄ emarcuit in femore iacob: vsq̇ in presentem diem eo q̄ tetigerit neruum femoris eius ꝛ obstupuerit.

Margin: Al. ✝ prod. — Al. ✝ regionis. — F — Sup. — Sup. 31. b — Alias ✝ matrem — Al. ✝ vt — G

¶ Ca. Sū. ¶ Esau ad iacob puenit: osculat̄: mūera vix accipit: Esau coactꝰ a iacob p̄cedit: ꝛ sic tādē diuidunt̄. Ca. xxxiij.

Eleuans autē iacob oculos: vidit venientē esau: ꝛ cū eo quadringentos viros. Diuisitq̇ filios lye ꝛ rachel ambarūq̇ famularū: ꝛ posuit vtrãq̇ ancillam ꝛ liberos earū in principio: lyam vero ꝛ ✝ filios eius in secundo loco. Rachel autem ꝛ ioseph nouissimos. Et ipse progrediēs adorauit pronus in terram septies: donec appropinquaret frater eius. Currēs

itaqȝ esau obuiam fratri suo: amplexatus est eum: stringensqȝ collum eius et osculans fleuit. Leuatisqȝ oculis vidit mulieres et paruulos eaȝ: et ait. Quid sibi volūt isti: et si ad te ptinēt? Rñdit paruuli sunt quos donauit mihi deus seruo tuo. Et appropinquantes ancille et filij earū incuruati sunt. Accessit + ꝗqȝ lya cuȝ + pueris suis. Et cuȝ similiter adorassent: extremi ioseph et rachel adorauerūt. Dixitqȝ esau Quenā sunt iste turme: quas obuiaȝ habui? Rñdit. Ut inuenirem grām coram dño meo. At ille ait. habeo plurima frater mi: sint tua tibi. Dixitqȝ iacob. noli ita obsecro: sed si inueni grām in oculis tuis: accipe munusculū de manibus meis. Sic enim vidi faciem tuam quasi viderim vultum dei. Esto mihi propitius et suscipe benedictionem quam attuli tibi: et quā donauit mihi deus tribuēs omnia. Uix fratre cōpellente suscipiens ait. Gradiamur simul: eroqȝ socius itineris tui. Dixitqȝ iacob. Nosti dñe mi ꝙ paruulos habeaȝ teneros et oues et boues fetas mecum quas si plus in ambulando fecero laborare: morient vna die cuncti greges. Precedat dñs meus ante seruū suum: et ego sequar paulatim vestigia eius: sicut videro paruulos meos posse: donec veniā ad dñm meum in seyr. Respondit esau. Oro te vt de populo q mecum est: saltem socij remaneant vie tue. Non est inquit necesse. hoc vno + tm̄ indigeo vt inueniam grām in cōspectu + tuo domine mi. Reuersus est itaqȝ illo die esau itinere ꝗ venerat in seyr: et iacob venit in socoth: vbi edificata domo et fixis tentorijs appellauit nomen loci illius socoth idest tabernacula. Transiuitqȝ in salem vrbē sichimorū que est in terra chanaam: postꝗ̄ reuersus est de mesopotamia syrie: et habitauit iuxta oppidū. Emitqȝ partē agri in ꝗ fixerat tabernacula a filijs emor patris sichem centū agnis. Et erecto ibi altari inuocauit sup illud fortissimū deū israel.

Ca. Sū. Dyna ad vidēdū mulieres egressa opprimit. Sychimite circūcidūtur et occiduntur: pro quoruȝ occisione iacob arguit filios. Ca. xxxiiij.

Egressa est autem dyna filia lye vt videret mulieres regionis illius. Quā cum vidisset sichem filius emor euei princeps terre: + filius adamauit + eam: et rapuit et dormiuit cum illa: vi opprimens virginem. Et conglutinata est anima eius cum ea: tristemqȝ deliniuit blandicijs Et pergens ad emor patrem suū ȝ: accipe inquit mihi puellam hanc coniugem. Quod cum audisset iacob absentibus filijs et in pastu pecorum occupatis: siluit donec rediret. Egresso autem emor patre sichem vt loqueretur ad iacob: ecce filij eius veniebant de agro. Auditoqȝ ꝙ acciderat irati sunt valde: eo ꝙ fedam rem operatus esset in israel: et violata filia iacob rem illicitam perpetrasset. Locutus ē itaqȝ emor ad eos. Sichem filij mei adhesit anima filie vestre. Date eam illi vxorem et iungamus vicissim connubia. Filias vestras tradite nobis: et filias nostras accipite et habitate nobiscum. Terra in potestate vestra est: exercete negociamini et possidete eam. Sed et sichem ad patrem: et ad fratres eius ait. Inueniam gratiam coram vobis: et quecunqȝ statueritis dabo. Augete dotem et munera postulare: et libēter tribuam quod petieritis: tantum date mihi puellam hanc vxorem. Responderunt filij iacob sichem et patri eius in dolo seuientes ob stuprum sororis. Nō possumus facere qđ petitis: nec dare sororem nostram homini incircunciso: qđ illicitum et nefariuȝ est apud nos. Sed in hoc valebimus federari si volueritis esse similes nostri: et circuncidatur in vobis omnis masculini sexus: tūc dabimus et accipiemus mutuo filias vestras ac nr̄as: et habitabimus vobiscum: erimusqȝ vnus populus. Si autem circūcidi nolueritis tollemus filiam nostram et recedemus. Placuit oblatio eorum emor: et sichem filio eius. Nec distulit adolescens quin statim quod petebatur expleret. Amabat. n. puellam valde: et erat inclitus in omni domo patris sui. Ingressiqȝ portam vrbis locuti sunt ad populum. Uiri isti pacifici sunt: et volunt habitare nobiscum. Negocientur in terra et exerceant eam: ꝗ spaciosa et lata culto: ibus indiget. Filias eorum accipiemus vxores: et nostras illis dabimus. Unum est quo differt tantum bonum. Si circuncidamus masculos nostros ritus gētis imitantes: et substantia eorum et pecora et cuncta que possi

Margin: B; Alias + qȝ; Alias + liberis. 2.re.19.c. 1.re.25.c. hest.15.d; C; D; Alias sup. est + tm̄. Al + dñi mei. A; Ue pr. di. 5 e. i. an si. Uel sup. est + eam. 2.re.13.c. B; C

sient nostra erunt. Tantum in hoc oce-
scamus: et habitantes simul: unum effi-
ciamus populum. Assensiq; sunt omnes
circuncisis cunctis maribus. Et ecce die
D tertio quando grauissimus vulnerum
dolor est: arreptis duo filii iacob symeon
et leui fratres dyne gladiis: ingressi sunt
urbem confidenter. Interfectisq; omni-
bus masculis emor et sichem pariter ne-
cauerunt: tollentes dynam de domo sichem
sororem suam. Quibus egressis irruerunt
super occisos ceteri filii iacob: et depopula
E ti sunt urbem in ultionem stupri: oues eo-
rum et armenta et asinos: cunctaq; vasta-
tes que in domibus et in agris erant: par
uulos quoq; eorum et uxores duxerunt
F captiuas. Quibus perpetratis audacter:
iacob dixit ad symeon et leui. Turbastis
me: et odiosum fecistis me chananeis et
pherezeis habitatoribus terre huius.
Nos pauci sumus: illi congregati percu
tient me: et delebor ego et domus mea. Re
sponderunt. Nunquid ut scorto abuti de-
buere sorore nostra?

¶ Ca. Sũma. ¶ Jacob idola infodit sub
terebinthum. Rachel moritur. Jacob is-
rael vocatur: nascit beniamin: ruben cum
bala in lectum patris dormit: filii iacob
numerantur. Ca.xxxv.

A Interea locutus est deus iacob. Sur-
ge et ascende bethel et habita ibi. Fac-
q; altare domino qui apparuit tibi quan-
do fugiebas esau fratrem tuum. Jacob ve-
ro conuocata omni domo sua ait. Abii-
cite deos alienos qui in medio vestri sunt
et mundamini: ac mutate vestimenta ve-
stra. Surgite et ascendamus in bethel: ut
faciamus ibi altare domino qui exaudi-
uit me in die tribulationis mee: et soci'
B fuit itineris mei. Dederunt ergo ei om-
nes deos alienos quos habebant: et inau-
res que erant in auribus eorum. At ille
infodit + eas subter terebinthum que est
post urbem sichem. Cumq; profecti essent
terror + dei inuasit omnes per circui-
tum ciuitates: et non sunt ausi persequi
recedentes. Uenit igitur iacob luzan que
est in terra chanaam cognomento bethel
ipse et omnis populus cum eo. Edificauit
q; ibi altare: et appellauit nomen loci +
illius domus dei. Ibi enim apparuit ei de-
us cum fugeret fratrem suum. Eodem au-
tem tempore mortua est + debora nutrix
rebecce: et sepulta est ad radices bethel sub-
ter quercum vocatumq; est nomen loci
illius quercus fletus. Apparuit autem ite-
rum deus iacob postquam reuersus est de me-
sopotamia syrie: + et venit in bethel: bene
dixitq; ei dicens. Nō vocaberis vltra ia-
cob: sed israel erit nomen tuum. Et appel
lauit eum israel. Dixitq; ei. Ego de' om-
nipotens. Cresce et multiplicare: gentes et
populi nationum ex te erunt. Reges de
lumbis tuis egredientur: terramq; quam
dedi habraam et isaac: dabo tibi et semini
tuo post te. Et recessit ab eo. Ille vero ere-
xit titulum lapideum in loco quo locu
tus fuerat ei deus: libans super eum liba-
mina: et effundens oleum vocansq; no-
men loci illius bethel. Egressus autem in-
de venit verno tempore ad terram que du
cit effratam. In qua cum parturiret, ra-
chel ob difficultatem partus periclitari ce-
pit. Dixitq; ei obstetrix Noli timere: quia
et hunc habebis filium. Egrediente autem
anima pre dolore et imminente iam mor-
te: vocauit nomen filii sui benoni id est
filius doloris mei. Pater vero appella-
uit eum beniamin id est filius dextre.
Mortua est ergo rachel: et sepulta est in
via que ducit effratam: hec est bethleem. Ere-
xitq; Jacob titulum super sepulchrum
eius. Hic est titulus monumenti rachel
usq; in presentem diem. Egressus inde
fixit tabernaculum trans turrem gregis
Cumq; habitaret in illa regione: abiit
ruben: et dormiuit cum bala concubi-
na patris sui. Quod illum minime la-
tuit. Erant autem filii iacob duodecim.
Filii lye primogenitus ruben et symeon
et leui: iudas et isachar et zabulon. Filii
rachel ioseph et beniamin. Filii bale an-
cille rachelis: dan et neptalim. Filii zel-
phe ancille lye gad et aser. Hi sunt filii ia-
cob qui nati sunt ei in mesopotamia sy-
rie. Uenit etiam ad isaac patrem suum
in mambre ciuitatem arbee: hec est he-
bron in qua peregrinatus est habraam et
isaac. Et completi sunt dies isaac centum
octoginta annorum: consumptusq; eta-
te mortuus est: et appositus est populo suo
senex et plenus dierum. Et sepelierunt eum
esau et iacob filii sui.

¶ Ca. Sũ. ¶ Eſau a fratre ſeparatur: Generationis Eſau diuerſi duces numerantur. Ca. xxxvj.

Hẽ autẽ ſunt gnãtiones eſau: ipſe eſt edom: Eſau accepit vxores de filiab⁹ chanaan: adã filiã elon ethei ⁊ oolibama filiam + ane filij ſebeon euei. Baſemath quoqꝫ filiã hiſmael ſororem nabaioth. Peperit aũt ada eliphaz. Baſemath gẽuit + rahuel. Oolibama genuit iehus ⁊ iblon ⁊ chore. Hi filij eſau q nati ſunt ei in terra chanaan. Tulit aũt eſau vxores ſuas ⁊ filios ⁊ filias ⁊ oẽm animã dom⁹ ſue ⁊ ſubſtantiam ⁊ pecora ⁊ cũcta q̃ habere poterat in terra chanaan: ⁊ abijt in alterã regionem: receſſitqꝫ a fratre ſuo iacob. Diuites enim erãt valde: ⁊ ſimul habitare nõ poterant nec ſuſtinebat eos terra peregrinationis eorꝫ pre multitudine gregum. Habitauitqꝫ eſau in monte ſeyr ipſe eſt edom. He aũt ſunt gnãtiões eſau patris edom in monte ſeyr: ⁊ hec nomina filiorum eius. Eliphaz filius ada vxoris eſau + rahuel quoqꝫ filius baſemath vxoris eius. Fueruntqꝫ eliphaz filij theman: omar + ſephua: ⁊ gatham: ⁊ chenez ⁊ chore. Erat aũt thamna cõcubina ⁊ eliphaz filij eſau: q̃ peperit ei amalech. Hi ſunt filij ada vxoris eſau. Filij aũt + rahuel: naat ⁊ zara: zemma ⁊ meza. Hi filij baſemath vxoris eſau. Iſti quoqꝫ erant filij oolibama filie anne filij + ſebeon vxoris eſau: quos gẽuit ei: iehus ⁊ ihelon ⁊ chore. Hi duces filiorũ eſau. Filij eliphaz pmogeniti eſau dux themã: dux omar: dux + ſephua dux chenez: dux chore: dux gathan: dux amalech. Hi filij eliphaz in terra edom ⁊ hi filij ada. Hi quoqꝫ filij + rahuel filij Eſau dux naath: dux zara: dux zemma: dux meza. Hi aũt duces + rahuel: i terra edom. Iſti filij baſemath vxoris eſau. Hi aũt filij oolibama vxoris eſau: dux ihe⁹: dux ihelon: dux chore. Hi duces oolibama filie ane vxoris eſau. Iſti ſunt filij eſau: ⁊ hi duces eorum: ipſe edom. Iſti ſunt filij ſeyr horrei habitatoris terre: iothan ⁊ ſobal ⁊ ſebeõ ⁊ anan ⁊ diſon ⁊ eſer ⁊ diſan. Hi duces horrei filij ſeyr: in terra edom. Facti ſunt aũt filij lothan: horrei + ⁊ eman. Erat aũt ſoror lothan thamna. Et iſti filie ſobal: aluhan ⁊ maneeth: ⁊ ebal ⁊ ſephi ⁊ onan. Et hi filij ſebeon achia ⁊ + anan. Iſte eſt + anan q inuenit aquas calidas in ſolitudine: cũ paſceret aſinas ſebeon patris ſui. Habuitqꝫ filium diſan ⁊ filiã oolibama. Et iſti filij diſan: abdam ⁊ ieſban ⁊ iethran ⁊ charan. Hi quoqꝫ filij eſer: + balaannan ⁊ + zeuan ⁊ achan. Habuit autẽ filios diſan: hus ⁊ aran. Hi duces horreorum. Dux lothan: dux ſobal: dux ſebeon: dux ana: dux diſon: dux eſer: dux diſan. Iſti duces horreorũ q imperauerunt in terra ſeyr. Reges aũt q regnauerunt in terra edom: anteq̃ haberent regem filij iſrael: fuerunt hi: Balach filius beor: nomenqꝫ vrbis eius denaba. Mortuus eſt aũt balach ⁊ regnauit pro eo iobab filius zare de boſra. Cũqꝫ mortuus eſſet iobab: regnauit ꝓ eo huſan de terra themanorꝫ. Hoc quoqꝫ mortuo regnauit ꝓ eo adad filius badadi q pcuſſit madian in regiõe moab ⁊ nomen vrbis eius auith. Cũqꝫ mortuus eſſet adad: regnauit ꝓ eo ſemla de maſerecha. Hoc quoqꝫ mortuo regnauit pro eo ſaul de fluuio roboth. Cũqꝫ ⁊ hic obiſſet: ſucceſſit i regnũ balanan filius achobor. Iſto quoqꝫ mortuo: regnauit pro eo adad: nomẽqꝫ vrbis ei⁹ phou. Et appellabatur vxor eius meezabel filia matreth filie mizaab. Hec ergo nomina ducum eſau in cognationibus ⁊ locis ⁊ vocabulis ſuis. Dux thamna: dux aluha: dux ietheth: dux oolibama: dux ela: dux phinõ: dux cenez: dux theman: dux mabſar: dux madiel: dux hyram. Hi duces edom habitãtes in terra imperij ſui: ipſe eſt eſau pater idumeorum. Habitauit aũt iacob in terra chanan in qua pr̃ ſuus peregrinatus eſt ⁊ he ſunt gnãtiones ei⁹.

¶ Ca. Sũ. ¶ Ioſeph frẽs ſuos apud prẽz accuſat: inuidẽt ioſeph. ſomnia videt fra-

Alias + ana.

Al's + balan.

Al. + quan.

D

trib⁹ narrat: iſmaelitis vēdit. Ca. xxxvij.

A IOſeph cum ſedecim eſſet annorum paſcebat gregem cū fratrib⁹ ſuis adhuc puer: ⁊ erat cum filijs bale ⁊ zelphe vxorum patris ſui. Accuſauitq; fratres ſuos apud patrē crimine peſſimo. Iſrael aūt diligebat ioſeph ſup oēs filios ſuos: eo q; in ſenectute genuiſſet eū. Fecitq; ei tunicā polymitā. Uidentes aūt frēs ei⁹ q; a prē plus cunctis filijs amaretur: oderāt eum nec poterant ei q̄cq̄ ✝ pacifice loqui. Accidit quoq; vt viſum ſomniū referret fratribus ſuis: que cauſa maioris odij ſeminarium fuit. B Dixitq; ioſeph fratribus ſuis. Audite ſomniū meū qḋ vidi. Putabā ✝ nos ligare manipulos in agro: ⁊ q̄ſi ꝯſurgere manipulū meū ✝ ⁊ ſtare: veſtroſq; manipulos circūſtantes adorare manipulū meū. Rńderunt fratres eius. Nunqd rex nr̄ eris aut ſubijciemur dicioni tue? hec ergo cā ſomniorū atq; ſermonū inuidie ⁊ odij fomitē miniſtrauit. C Aliud quoq; vidit ſomniū: qḋ narrans fratribus ait. Uidi p ſomniū quaſi ſolem ⁊ lunā ⁊ ſtellas vndecim adorare me. Quod cū patri meo ⁊ fratrib⁹ retuliſſet increpauit eū pr̄ ✝ ſuus: ⁊ dixit. Quid ſibi vult hoc ſomniū quod vidiſti. Num ego ⁊ mr̄ tua ⁊ fratres tui adorabim⁹ te ſup terrā? Inuidebāt igit ei fratres ſui: pr̄ vero rem tacitus ꝯſiderabat. Cūq; fratres illius in paſcēdis gregib⁹ pr̄is morarent in ſichem: dixit ad eū iſrael. Frēs tui paſcunt oues in ſichimis: veni mittā te ad eos. Quo rńdente ꝓ̄ſto ſum: ait. Uade ⁊ vide ſi cūcta ꝓſpera ſint erga frēs tuos ⁊ pecora: ⁊ renūcia mihi qd agat. Miſſus de valle hebron venit in ſichem. Inuenitq; eū vir errante in agro: ⁊ interrogauit qd quereret. At ille rńdit. Frēs meos quero. D Indica mihi vbi paſcāt greges. Dixitq; ei vir. Receſſerūt de loco iſto. Audiui aūt eos dicentes. Eamus in dothaim. Perrexit itaq; ioſeph poſt frēs ſuos: ⁊ inuenit eos in dothaim. Qui cū vidiſſent eū procul: anteq̄ʒ a cederet ad eos cogitauerūt illum occidere: ⁊ mutuo loquebant. Ecce ſomniator venit. Uenite occidamus eū: ⁊ mittam⁹ in ciſternā veterē: dicemuſq;: fera peſſima deuorauit eū? Et tūc appa rebit qd illi ꝓſint ſomnia ſua. Audiēs aūt hec ruben: nitebat liberare eū de manibus eoꝝ: ⁊ dicebat. Nō ✝ interficiam⁹ aiām eius: nec ✝ effundamus ſanguinē ei⁹: ſʒ ꝓijcite eū in ciſternā ✝ veterē que eſt in ſolitudine: manuſq; veſtras ſeruate inno xias. Hoc aūt dicebat volēs eripe eū de manibus eoꝝ: ⁊ reddere patri ſuo. Cōfeſtim igit vt puenit ad fratres ſuos: nudauerūt eū tunica talari ⁊ polymita: miſeruntq; eū in ciſternā veterē q̄ nō hēbat aquā. Et ſedentes vt ↄ̄ mederent panem viderūt hiſmahelitas viatores venire de galaad et camelos eoꝝ portātes aromata ⁊ reſinā ⁊ ſtacten in egyptū. Dixit ergo iudas fratribus ſuis. Quid nobis ꝓdeſt ſi occiderim⁹ fratrē nr̄m: ⁊ celauerimus ſanguinem ipſius? Melius eſt vt venundet l; iſmaelitis: ⁊ manus nr̄e non polluantur. Frater enim ⁊ caro nr̄a eſt. Acquieuerūt frēs ſermonibus illius: ⁊ ptereuntibus madianitis negociatorib⁹ extrahentes eū de ciſterna vendiderūt eū hiſmaelitis viginti argēteis. Qui duxerunt eū in egyptum. Reuerſuſq; ruben ad ciſternā non inuenit puerū: ⁊ ſciſſis veſtibus pergēs ad fratres ſuos: ait. Puer non comparet: ⁊ ego quo ibo? Tulerunt aūt tunicā ei⁹ ⁊ in ſanguinem hedi quē occiderant tinxerunt: mittentes qui ferrent ad patrem ⁊ dicerent. Hanc inuenimus: vide vtrū tunica filij tui ſit an non? Quā cum cognouiſſet pater: ait. Tunica filij mei ē. Fera peſſima comedit eum: beſtia deuorauit ioſeph. Sciſſiſq; veſtibus: indutus eſt cilitio: lugens filium ſuum multo tempore. Congregatis aūt cunctis liberis eius vt lenirent dolorem patris: noluit conſolationem accipere: ſed ait. Deſcendam ad filium meū lugens in infernū. Et illo pſeuerāte in fletu: madianite vendiderūt ioſeph in egypto phutiſari eunucho pharaonis magiſtro militum.

¶ Ca. Sūma. ¶ De iuda ⁊ fratrib⁹ eius ⁊ Thamar nuru ſua. Ca. xxxviij.

EOdem tempore deſcendens iudas a fratribus ſuis: diuertit ad virum odollamitem nomine hyram. Viditq; ibi filiam hominis chananei vocat ulo ſue. Et accepta vxore ingreſſus eſt ad eā. Que cōcepit ⁊ peperit filium: ⁊ vocauit nomē ei⁹ her. Ruſumq; concepto fetu natū filiū vocauit onam. Tertiū quoq; peperit quē appellauit ſela. Quo nato: parere vltra ceſ-

Alias ✝ pacifice
Alias ✝ colligar.
Alias ✝ ſtare.
Alias ✝ ſuper ſu⁹.
2. reg. 3. c
Ex. 21. b
Nū. 12. b
Au. 20. a
infra eo.

fauit. Dedit aūt iudas vxorē primogeni
to suo her nomine thamar. Fuit quoq
her primogenitus iude neq̄ in cōspectu
dñi: et ideo ab eo occisus est. Dixit ergo iu
das ad onam filium suum: Ingredere ad
vxorem fratris tui: et sociare illi vt susci-
tes semen fratri tuo. Ille sciens nō nasci
sibi filios introitus ad vxorem fratris sui
semen fundebat in terrā: ne liberi fratris
nomine nascerentur. Et idcirco percussit
eum dñs: eo q rē detestabilē faceret. Quā-
obrē dixit iudas thamar nurui sue. Esto
vidua in domo prīs tui: donec crescat sela
filius meus. Timebat eniz ne et ipse mo
reretur sicut + fratres eius. Que abijt: et ha-
bitauit in domo patris sui. Euolutis aūt
multis annis mortua est sue vxor iude.
Qui post luctū cōsolatione + suscepta ascē
debat ad tonsores ouium suarū ipse et hy
ras opilio gregis odolamita in thānas.
Nunciatūq est thamar q socer illi9 ascen
deret in thamnas ad tondendas oues.
Que depositis viduitatis vestibus: assum
psit teristrum: et mutato habitu sedit in
biuio itineris quod ducit thamnā: eo q
creuisset sela: et nō eum accepisset maritū.
Quam cū vidisset iudas: suspicatus ē eā
meretricem. Operuerat enim vultuz suū
ne agnosceretur. Ingrediensq ad eam
ait. Dimitte me vt coeam tecū. Nesciebat
enim q nurus sua esset. Qua rñdente: qd
dabis mihi vt fruaris cōcubitu meo di-
xit. Mittā tibi edū de gregib9. Rursum-
q illa dicēte: patiar quod vis: si dederis
mihi arrabonē donec mittas qd polliceris
Ait iudas. Quid tibi vis pro arrabone da
ri: Respondit. Annulum tuū et armillas
et baculuz quē manu tenes. Ad vnū igit
coitum mulier concepit. Et surgēs abijt.
Depositoq habitu quē sumpserat: indu-
ta est viduitatis vestibus. Misit aūt iu-
das hedum per pastorē suum odolamitē
vt reciperet pignus qd dederat mulieri.
Qui cū non inuenisset eaz: interrogauit
homines loci illi9. Ubi est mulier que se
debat in biuio: Rñdentibus cunctis: nō
fuit in loco isto meretrix reuersus est ad
iudam: et dixit ei. Non inueni eam. Sed
et homines loci illius dixerunt mihi: nū
q sedisse ibi scortum. Ait iudas. habeat
sibi. Certe mēdacij arguere nos non pōt.
Ego misi hedū quem promiseraz: et tu nō
inuenisti eam. Ecce aūt post tres menses
nunciauerunt iude: dicentes. Fornicata
est thamar nurus tua: et videt vter9 illi9
intumescere. Dixitq iudas. Producite
eam vt cōburatur. Que cū duceret ad pe-
nam: misit ad socerū suuz: dicens. De vi-
ro cuius hec sunt: concepi. Cognosce cu-
ius sit ānulus et armilla et baculus. Qui
agnitis muneribus: ait. Iustior me est:
quia non tradidi eam sela filio meo. At-
tamen vltra non cognouit eam. Instāte
autem partu: apparuerūt gemini in vte-
ro: atq in ipsa effusione infantium vn9
protulit manuz: in qua obstetrix ligauit
coccinum dicens. Iste egredietur prior.
Illo vero retrahente manū: egressus ē al-
ter. Dixitq mulier. Quare diuisa est pro
pter te maceria. Et ob hanc causam voca-
uit nomē eius phares. Postea egressus
est frater eius in cuius manu erat cocci-
num: quem appellauit zaram.

¶ Ca. Sūma. ¶ De ioseph et phutifare
domino suo eunucho pharaonis: ioseph
tentatur a domina sua per dies plurimos
nec consentit: reliquit pallium: tandem
incarceratur. Ca. xxxix.

Igitur ioseph ductus est in egyptuz:
emitq eum phutifar eunuch9 pha-
raonis princeps exercitus sui: vir egyp-
tius de manu hismaelitarum: a quibus
perductus erat. Fuitq dominus cuz eo:
et erat vir in cunctis prospere agens. ha-
bitauitq in domo domini sui. q optime
nouerat dñm esse cum eo: et omnia que
gereret ab eo dirigi in manu illius. In-
uenitq ioseph gratiaz coram dño suo: et
ministrabat ei. A quo ppositus omnib9
gubernabat creditas sibi domū et vniuer
sa que ei + tradita fuerant. Benedixitq
dñs domui egyptij ppter ioseph et mul-
tiplicauit taz in edibus q in agris cū-
ctam eius substātiā. Nec quicq aliud no
uerat: nisi panes quo vescebatur. Erat au
tez ioseph pulchra facie et decor9 aspectu.
Post multos itaq dies: iniecit domina
sua oculos suos in ioseph et ait. Dormi
mecū. Qui nequaq acquiescēs opri nephā
rio: dixit ad eā. Ecce dñs meus omnib9
mihi traditis ignorat qd hēat in domo
sua: nec qcq est quod non in mea sit pote
state: vel non tradiderit mihi pter te que
vxor eius es. Quomodo ergo possum hoc

so. vi. c. domin9. de gse. di. 3. c. aqua. in glo.
B
Apollo medic9 flores. Chiron medic9 claret.
1. par. 2. a
Mat. 1. a
Uen9 impudicissima orbē fedauit.

A
m. q. i. sicut eunuchus.

Mo + cte
B

1. Reguz 16. b. infra eo.

malū facere: & peccare in dñm meū? Hu iuscemodi verbis p singulos dies + loq̄bantur: & mulier molesta erat adolescenti: & ille recusabat stuprū. Accidit autem (C) quadā die vt intraret ioseph domū: & operis q̄ppiā absq̄ arbitris faceret: & illa apprehensa lacinia vestimenti eius diceret. Dormi mecū. Qui relicto in manu eius pallio fugit: & egressus est foras. Cūq̄ vidisset mulier vestē in manib⁹ suis & se eē cōtemptam: vocauit ad se homines dom⁹ sue: & ait ad eos. En introduxit viꝝ hebreum: vt illuderet nobis. Ingressus est ad me vt + coiret mecū. Cumq̄ ego succlamassem & audisset vocē meā: reliquit palliū q̄d tenebā: & fugit foras. In argumē (D) tum ergo fidei retentū palliū ostendit marito reuertēti domū: & ait. Ingressus est ad me seruus hebreus quē adduxisti: vt illuderet mihi. Cūq̄ audisset me clamare reliquit pallium q̄d tenebam & fugit foras. His auditis dñs & + nimium credulus verbis coniugis iratus est valde: tradiditq̄ ioseph in carcerē vbi vincti regis custodiebant: & erat ibi clausus. Fuit aūt dñs cū ioseph & misertus est illius: & dedit ei gratiam in conspectu principis carceris. Qui tradidit in manu illius vniuersos vinctos q in custodia tenebātur: & quicquid fiebat sub ipso erat: nec nouerat aliquid cunctis ei creditis. Dominus enim erat cum illo: & omnia opera eius dirigebat.

¶ Cap. Sūma. ¶ De duobus eunuchis pharaonis & somnijs eorum: & natalitio die pharaonis. Ca. xl.

(A) His itaq̄ gestis accidit vt peccarent duo eunuchi: pincerna regis egypti & pistor domino suo. Iratusq̄ contra eos pharao: nam alter pincernis preerat: alter pistoribus: misit eos in carcerē principis militum in quo erat vinctus & ioseph. At custos carceris tradidit eos ioseph: qui & ministrabat eis. Aliquantulum tp̄is fluxerat: & illi in custodia tenebantur. Videruntq̄ ambo somniū nocte vna: iuxta interpretationē congruam sibi. Ad quos cū introisset ioseph mane & vidisset eos tristes sciscitatus est eos di(B)cens. Cur tristior est hodie solito facies vestra? Qui responderunt. Somnium vidimus: & non est qui interpretetur nobis. Dixitq̄ ad eos ioseph. Numquid nō dei est interpretatio? Referte mihi q̄d vidertis. Narrauit prior prepositꝰ pincernarum somnium suum. Videbam coram me vitē in qua erant tres propagines crescere paulatim in gemmas: & post flores vuas maturescere calicēq̄ pharaonis in manu mea. Tuli ergo vuas & expressi in calicem quem tenebam: & tradidi poculū pharaoni. Respondit ioseph. Hec est interpretatio somnij. Tres propagines tres adhuc dies sunt: post quos recordabit̄ pharao + ministerij tui: & restituet te in gradum pristinum: dabisq̄ ei calicem iuxta officium tuum sicut ante facere consueueras. Tm̄ memento mei (C) cum tibi bene fuerit: & facies mecū misericordiam vt suggeras pharaoni vt educat me de isto carcere: q: furtim sublatus sum de terra hebreoꝝ & hic innocēs in lacū missus sum. Videns pistorum magister q̄ prudēter somniū dissoluisset: ait. Et ego vidi somniū q̄ tria canistra farine haberē sup caput meū: & in vno canistro q̄ erat excelsius portare me putabam oēs cibos q fiunt arte pistoria auesq̄ comedere ex eo. Rn̄dit ioseph. Hec est interp̄tatio somnij. Tria canistra tres adhuc dies sunt: post quos auferet pharao caput tuū: ac suspendet te in cruce & lacerabunt volucres carnes tuas. Exinde dies tertiꝰ + natalitius pharaonis erat. Qui faciēs grande cōuiuiū pueris suis recordatꝰ est inter epulas magistri pincernaꝝ & pistorū principis: restituitq̄ alteꝝ in locum suū vt porrigeret ei poculū: alterū suspendit in patibulo: vt coniectoris veritas (D) p̄baret. Et tm̄ succedētibus p̄speris: p̄positꝰ pincernaꝝ oblitus est interpretis.

Alias + magisterij.

Alias + natalis

¶ Ca. Sū. ¶ Pharao somniat: Joseph
somniū exponit: egypto pponit: filij sibi
nascunt: anni sterilitatis veniūt. Ca. xlj.

POst duos annos vidit pharao som-
nium. Putabat se stare super fluuiū
de quo ascendebant septe; boues pulchre
et crasse nimis: et pascebant in locis palu-
stribus. Alie quoq; septē emergebant de
flumine fede confecteq; macie et pascebā
tur in ipsa amnis ripa in locis virenti-
bus: deuorauerūtq; eas quarum mira
spēs et habitudo corporum erat. Experge-
factus pharao rursum + dormiuit: et vi-
dit alterū somnium. Septem spice pul-
lulabāt in culmo vno plene atq; formo-
se: alie quoq; totidem spice tenues: et per
cusse vredine oriebantur deuorantes oēs
priorū pulchritudinē. Euigilās pharao
post quietem: et facto mane pauore pterri-
tus: misit ad oēs coniectores egypti cun-
ctosq; sapiētes. Et accersitis narrauit sō-
nium: nec erat q interpretaret. Tunc de-
mū reminiscēs magister pincernaꝝ ait.
Confiteor peccatū meū. Iratus rex seruis
suis me et magistrū pistorū retrudi ius-
sit in carcerem principis militū vbi vna
nocte vterq; vidimus somniū: presagiū
futuroꝝ. Erat ibi puer hebreus eiusdem
ducis militum famulus: cui narrantes
somnia: audiuimus quicqd postea rei p
bauit euētus. Ego enim redditus sum
officio meo: et ille suspensus est in cruce.
Protinus ad regis imperiū eductuz de
carcere ioseph totonderunt: ac veste mu-
tata obtulerunt ei. Cui ille ait. Uidi som
nia nec est q edisserat que audiui te sapiē-
tissime coniicere. Respondit ioseph. Absq;
me deus respondebit pspera pharaoni. Nar-
rauit ergo pharao que viderat. Putabaz
me stare super ripā fluminis: et septē bo-
ues de amne cōscendere pulchras nimis
et obesis carnib⁹: que in pastu paludis vi
recta carpebant. Et ecce assequebant alie se
ptem boues intantū deformes et macilēte
vt nunq̄ tales in terra egypti viderim.
Que deuoratis et cōsumptis priorib⁹ nul
lum saturitatis dedere vestigiuz: sed simi
li macie et squalore torpebant. Euigilans
rursus sopore depssus: vidi somniū. Se-
ptem spice pullulabāt in culmo vno ple
ne atq; pulcherrime. Alie quoq; septē te
nues et pcusse vredine oriebant e stipula
que priorū pulchritudinē deuorauerūt.
Narraui cōiectoribus somniū et nemo ē
qui edisserat. Respōdit ioseph. Somniū
regis vnū est. Que facturus est deus ostē-
dit pharaoni. Septē boues pulchre: et se-
ptē spice plene: septē vbertatis anni sunt
eādemq; vim somnij + cōprehēdūt. Se-
ptem quoq; boues tenues atq; macilen
te que ascenderunt post eas: et septē spice
tenues et vento vrente pcusse: septez anni
venture sunt famis q hoc ordine cōplebū
tur. Ecce septem anni venient fertilitatis
magne in vniuersa terra egypti quos se-
quent septem anni alij tante sterilitatis
vt obliuioni tradat cūcta retro abundā-
tia. Consumptura est enim fames oēm
terram: et vbertatis magnitudinē pditu
ra est inopie magnitudo. Quod aūt vidi-
sti secundo: ad eandem rē ptinens som-
niū firmitatis indicium est eo q fiat ser-
mo dei: et velocius impleat. Nunc ergo p
uideat rex virū sapientē et industriū et pfi
ciat eum terre egypti: q constituat ppositos
p cūctas regiones et qntam partē fru
ctuum per septē annos fertilitatis q iam
nunc futuri sunt: cōgreget in horrea et oē
frumentū sub pharaonis potestate cōdat: et
seruetur q; in vrbibus et preparet future
septem annoꝝ fami q oppressura est egy-
ptum: et non consumetur terra inopia.
Placuit pharaoni consiliū et cunctis mi-
nistris eius. Locutusq; ē ad eos. Num in
uenire poterimus talē virū qui spū dei
plenus sit. Dixit ergo ad ioseph. Qr ostē-
dit tibi deus omnia que locutus es: nū-
qd sapientiorem et consimilem tui inueni-
re potero? Tu eris super domū meā: et ad
tui oris imperium cunctus populus obe
diet. Uno tm̄ regni solio pcedā te. + Di-
xitq; rursus pharao ad ioseph. Ecce cōsti-
tui te sup vniuersaz terrā egypti. Tulit-
q; + ānulū de manu sua et dedit eū in ma
nu eius: vestiuitq; eū stola bissina: et col
lo torquem auream circūposuit. Fecitq;
eum ascendere sup currū suū scdm: cla-
mante pcone: vt oēs coraz eo genuflecte-
rent: et ppositum esse scirent vniuerse ter-
re egypti. Dixit quoq; rex egypti ad ioseph.
Ego sum pharao. Absq; tuo imperio nō
mouebit quisq̄ manū aut pedez in om-
ni terra egypti. Uertitq; nomē eius: et vo
cauit eum lingua egyptiaca saluatorem
mundi.

D
Al's + c[...] prehēd[...] rant.
E
Al's + [...] cēs q[...] Dan. [...] Al's sup[...] est + q[...]
F

mundi. Deditque illi uxorem asseneth filiam phutifaris sacerdotis eliopoleos. Egressus est itaque ioseph ad terram egypti. Triginta annorum erat quando stetit in conspectu regis pharaonis et circuiuit omnes regiones egypti. Uenitque fertilitas septem annorum et in manipulos redacte segetes congregate sunt in horrea egypti. Omnis etiam frugum abundantia in singulis urbibus condita est. Tantaque fuit abundantia tritici: ut arene maris coequaretur et copia mensuram excederet. Natique sunt ioseph filij duo antequam ueniret fames: quos peperit ei asseneth filia phutifaris sacerdotis eliopoleos. Uocauitque nomen primogeniti manasses dicens. Obliuisci me fecit deus omnium laborum meorum: et domus patris mei. Nomen quoque secundi appellauit effraim: dicens. Crescere me fecit deus in terra paupertatis mee. Igitur transactis septem ubertatis annis qui fuerant in egypto: ceperunt uenire septem anni inopie: quos predixerat ioseph et in uniuerso orbe fames preualuit. In cuncta etiam terra egypti fames erat. Qua esuriente: clamauit populus ad pharaonem: alimenta petens. Quibus ille respondit. Ite ad ioseph: et quicquid ipse uobis dixerit: facite. Crescebat autem quotidie fames in omni terra. Aperuitque ioseph uniuersa horrea et uendebat egyptijs. Nam et illos oppresserat fames. Omnesque prouincie ueniebant in egyptum ut emerent escas et malum inopie temperarent.

¶ Ca. Sum. ¶ Fratres ioseph pro frumento ueniunt ioseph dura loquitur. Symeon religatur: ceteri redeunt: in ore saccorum pecuniam reperiunt: Beniamin petitur: pater denegat. Ca. xlij.

Audiens autem iacob quod alimenta uenderentur in egypto dixit filijs suis. Quare negligitis? Audiui quod triticum uenundetur in egypto. Descendite et emite nobis necessaria: ut possimus uiuere et non consumamur inopia. Descendentes igitur fratres ioseph decem ut emerent frumenta in egypto: beniamin domi retento a iacob qui dixerat fratribus eius ne forte in itinere quicquam patiatur mali: ingressi sunt terram egypti cum alijs qui pergebant ad emendum. Erat autem fames in terra chanaan: et ioseph erat princeps in terra egypti: atque ad eius nutum frumenta populis uendebantur. Cumque adorassent eum fratres sui et agnouisset eos: quasi ad alienos durius loquebatur: interrogans eos. Unde uenistis? Qui responderunt. De terra chanaan: ut emamus uictui necessaria. Et tamen fratres ipse cognoscens non est cognitus ab eis. Recordatusque somniorum que aliquando uiderat ait ad eos. Exploratores estis: ut uideatis infirmiora terre uenistis. Qui dixerunt. Non est ita domine: sed serui tui uenerunt ut emerent cibos. Omnes filij unius uiri sumus. Pacifici uenimus: nec quicquam famuli tui machinantur mali. Quibus ille respondit. Aliter est. Immunita terre huius considerare uenistis. At illi dixerunt. Duodecim inquiunt fratres serui tui sumus filij uiri unius in terra chanaan. Minimus cum patre nostro est: alius non est super. Hoc est ait quod locutus sum. Exploratores estis. Iam nunc experimentum uestri capiam. Per salutem pharaonis non egrediemini hinc: donec ueniat frater uester minimus. Mittite ex uobis unum et adducat eum: uos autem eritis in uinculis donec probentur que dixistis: utrum uera an falsa sint. Alioquin per salutem pharaonis exploratores estis. Tradidit ergo illos custodie tribus diebus. Die autem tertio eductis de carcere ait. Facite que dixi: et uiuetis. Deum enim timeo. Si pacifici estis frater uester unus ligetur in carcere: uos autem abite: et ferte frumenta que emistis in domos uestras: et fratrem uestrum minimum ad me adducite: ut possim uestros probare sermones: et non moriamini. Fecerunt ut dixerat: et locuti sunt adinuicem. Merito hec patimur: quia peccauimus in fratrem nostrum: uidentes angustiam anime illius dum deprecaretur nos et non audiuimus. Idcirco uenit super nos ista tribulatio. E quibus unus ruben ait. Nunquid non dixi uobis: nolite peccare in puerum: et non audistis me? En sanguis eius exquiritur. Nesciebant enim quod intelligeret ioseph: eo quod per interpretem loqueretur ad eos. Auertitque se parumper et fleuit: et reuersus locutus est ad eos. Tollensque symeon: et ligans illis presentibus: iussit ministris ut implerent eorum saccos tritico: et reponerent pecunias singulorum in sacculis suis: datis supra cibarijs in via. Qui fecerunt ita. At illi portantes frumenta in asinis suis profecti sunt.

Marginalia: Als. + Asseneth. / 23. q. 8. § Quis in prin. / B / Infra. 46. c. / 5. q. 5. ca. non ois ibi exercet fame patriarchas. / A / Al. + fratribus. / 5. q. 5. ca. non ois ibi exercet fame. / B / Als. + uilias molimur insidias. / C / Als. non hz + fres infra eo. / 22. q. j. c. mouet. § sicut etiam. / D / E / Infra. 43. B

Aperto qʒ vnᵒ sacco vt daret iumēto pabulū in diuersorio contemplatus pecuniam in ore sacculi dixit fratribᵒ suis. Reddita est mihi pecunia. En habetur in sacco. Et obstupefacti turbatiqʒ mutuo dixerūt. Quidnam est hoc qđ fecit nobis

F

deus? Veneruntqʒ ad iacob patrem suum in terra chanaan: ⁊ narrauerunt ei omnia que accidissent sibi dicētes. Locutus est nobis dominus terre dure: ⁊ putauit nos exploratores esse prouincie. Cui respondimus. Pacifici sumus nec vllas molimur insidias. Duodecim frēs vno patre geniti sumus: vnus non est super: minimus cum patre nostro est in terra chanaan. Qui ait nobis. Sic pbabo φ pacifici sitis. Fratrē vestrum vnum dimittite apud me: ⁊ cibaria domibᵒ vestris necessaria sumite ⁊ abite. Fratremqʒ vestrum minimū adducite ad me: vt sciam φ nō sitis exploratores: ⁊ istū qui tenet̄ in vinculis recipere possitis: ac deinceps q̄ vultis emēdi habeatis licētiā. His dictis cū frumēta effunderēt: singuli repperunt in ore saccoꝝ ligatas pecunias. Exterritisqʒ simul omnibus dixit pr̄ iacob. Absqʒ liberis me esse fecistis. Joseph nō est super: symeon tenetur in vinculis: ⁊ beniamin auferetis. In me hec oīa mala reciderūt. Cui rn̄dit ruben. Duos filios meos interfice si nō reduxero illū tibi. Trade + illū in manu mea: ego eū tibi restituam. At ille. Non descēdet inquit filius meus vobiscū: frater eius mortuᵒ est ⁊ ipse solus remansit. Si qđ ei aduersitatis acciderit in terra ad quā pergitis: deducetis canos meos cū dolore ad inferos.

Supra eo. — Al's sup. est + illū — Al's + cū

¶ Ca. Sū. ¶ Fratres redeūt in egyptū cū beniamin simul epulabant̄. Ca. xliij.

Interim fames oēm terram vehemēter premebat. Consumptisqʒ cibis quos ex egypto detulerant: dixit iacob ad filios suos. Reuertimini ⁊ emite nobis pauxillū escaꝝ. Rn̄dit iudas. Denunciauit nobis vir ille sub + attestatione iurisiurandi dicēs. Non videbitis faciē meam: nisi fratrem vestrum minimum adduxeritis vobiscum. Si ergo vis eū mittere nobiscum: pergemus pariter ⁊ ememus tibi necessaria: si autē non vis nō ibimus. Vir enim vt sepe diximᵒ: denūciauit nobis: dicens. Non videbitis faciem meam absqʒ fratre vestro minimo. Dixit eis israel. In meam hoc fecistis miseriam: vt indicaretis ei ⁊ aliū habere vos fratrē? At illi responderunt. Interrogauit nos homo per ordinem nostram progeniem: si pater viueret: si haberemus fratrem. Et nos respondimus ei consequēter iuxta id quod fuerat sciscitatus. Nunquid scire poteramus φ dicturus esset: adducite fratrē vestrum vobiscū. Judas quoqʒ dixit patri suo. Mitte puerū mecū vt proficiscamur ⁊ possimus viuere: ne moriamur nos ⁊ paruuli nostri. Ego suscipio puerum: de manu mea require illū. Nisi reduxero ⁊ + reddidero eum tibi: ero peccati reus in te omni tēpore. Si non intercessisset dilatio iā vice altera venissemus. Igit̄ israel pater eoꝝ dixit ad eos. Si sic necesse est: facite qđ vultis. Sumite de optimis terre + frugibᵒ in vasis vris ⁊ deferte viro munera modicū resine ⁊ mellis ⁊ + storacis stacten ⁊ terebinthi ⁊ amigdalaꝝ. Pecuniāqʒ duplicem ferte vobiscū ⁊ illam quā inuenistis in sacculis reportate ne forte errore factum sit. Sed ⁊ fratrē vestrū tollite ⁊ ite ad viꝝ. Deus autem meus omnipotens faciat vobis eum placabilē: ⁊ remittat vobiscū fratrē vestrum quē tenet + in vinculis ⁊ hunc beniamin. Ego aūt quasi orbatus absqʒ liberis ero. Tulerunt ergo viri munera ⁊ pecuniam duplicē ⁊ beniamin. Descēderuntqʒ in egyptum: ⁊ steterūt coraꝫ ioseph. Quos cū ille vidisset ⁊ beniamin simul: precepit dispensatori domus sue dicēs. Introduc viros domum: ⁊ occide victimas ⁊ instrue conuiuiū: quoniā hoc sic mecū sunt comesturi meridie. Fecit ille qđ sibi fuerat imperatū: ⁊ introduxit viros domum. Ibiqʒ exterriti dixerunt mutuo. Propter pecuniam quā retulimus prius in saccis nostris introducti sumus vt deuoluat in nos calumniam: ⁊ violēter subijciat seruituti ⁊ nos ⁊ asinos nostros. Quāobrē in ipsis foribus accedētes ad dispensatorē locuti sunt. Oramus domine vt audias nos. Jam ante descendimus vt emeremus escas. Quibus emptis cum venissemᵒ ad diuersoriū aperuimus + saccos nostros: ⁊ inuenimus pecuniam in ore saccoꝝ: quā nunc eodē pondere reportauimus,

Al's + testificatōe iurādi. — Infra 44.c

Sparta seu lacedemonia. cōdit in grecia.

Infra 44.f — Al's + tradidero.

Al's + fructibus. — Al's + stacte.

Al's sup. est + in vinculis

Arg' ret sapiētissimus na[illegible] cōdidit.

sup. 47.a. — Al's + saccos.

Sed ⁊ aliud attulimus argentũ: vt emamus que nobis necessaria sunt. Non est in nostra conscientia: qs posuerit eam in marsupijs nostris. At ille respõdit. Pax vobiscũ: nolite timere. Deus vester ⁊ deus patris vestri: dedit vobis thesauros in sac- cis + vestris. Nam pecuniam quã dedistis mihi probatã ego habeo. Eduxitq; ad eos symeon. Et introductis domum: attulit aquã ⁊ lauerunt pedes suos: deditq; + pabulum asinis eorũ. Illi vero parabãt munera donec ingrederet̃ ioseph meridie. Audierant enĩ q ibi comesturi essent panes. Igit̃ ingressus est ioseph domũ suã: obtulerũtq; ei munera tenentes in manibus suis: ⁊ adorauerũt + proni in terram. At ille clemẽter resalutatis eis interrogauit + eos dicẽs. + Sanus ne est pater vester senex: de quo dixeratis mihi? Adhuc viuit? Qui responderũt. Sospes est seruus tuus pater noster. Adhuc viuit. Et incuruati adorauerunt eũ. Attollens autẽ ioseph oculos vidit beniamin fratrem suũ vterinuz: ⁊ ait. Iste est frater vester paruulus: de quo dixeratis mihi? Et rursum. Deus inquit misereatur tui fili mi. Festinauitq; + in domũ qz commota fuerãt viscera eius super fratre suo: ⁊ erumpebant lachrymes introiens cubiculũ fleuit. Rursumq; lota facie egressus: cõtinuit se ⁊ ait. Ponite panes. Quibus appositis seorsum ioseph: ⁊ seorsum fratribus: egyptijs quoq; qui vescebant̃ simul seorsum. Illicitũ est enim egyptijs comedere cum hebreis: ⁊ prophanũ putant huiuscemodi conuiuiũ. Sederunt + corã eo primogenitus iuxta primogenita sua: ⁊ minimus iuxta etatem suã. Et mirabant̃ nimis sumptis partibus quas ab eo acceperãt. Maiorq; pars venit beniamin: ita vt quinq; ptib⁹ excederet. Biberuntq;: ⁊ inebriati sunt cum eo.

Al's + saccis.

Al's + pabula.

Al's + est.

Al's sup. est + eos sup. 29. a.

Al's + saluus.

Al's sup. est + in domum sup. 42. c. ⁊ infra. 45. a

Al's + ergo.

¶ Ca. Sũ. ¶ De sciph͛o reposito ⁊ inuẽto in sacco beniamin: regressis fratribus iudas loqtur ad ioseph. Ca. xliiij.

A Precepit aũt ioseph dispensatori domus sue dicens. Imple saccos eorũ frumento quantuz possunt capere ⁊ pone pecuniam singulorũ in summitate sacci. Sciphum aũt meũ argẽteum: ⁊ pciũ qđ dedit tritici: pone in ore sacci iunioris. Factũq; est ita. Et orto mane dimissi sunt cum asinis suis. Iamq; vrbem exierant ⁊ processerant paululũ. + Tunc ioseph accersito dispensatore dom⁹ ait. Surge inquit ⁊ persequere viros: ⁊ apprehensis dicito. Quare reddidistis malum pro bono? Sciphus quem furati estis: ipse est in quo bibit dominus meus: ⁊ in quo + augurari solet. Pessimã rem fecistis. Fecit ille vt iusserat: ⁊ + apprehensis per ordinem locutus est. Qui responderũt. Quare sic loquitur dominus noster: vt serui tui tantum flagitij commiserint? Pecuniam quã inuenimus in summitate saccorum reportauimus ad te de terra chanaan. Et quomodo consequẽs est: vt furati simus de domo domini tui aurum vel argentum? Apud quemcunq; fuerit inuentum seruorum tuorum qđ queris moriatur: ⁊ nos erimus serui + domini nostri. Qui dixit eis. Fiat iuxta vestram sententiam. Apud quemcũq; fuerit inuentum ipse sit seruus meus: vos autem eritis innoxij. Itaq; festinato deponentes in terram saccos: aperuerunt singuli. Quos scrutatus incipiens a maiore vsq; ad minimum: inuenit scyphũ in sacco beniamin. At illi scissis vestibus oneratisq; rursum asinis: reuersi sunt in oppidum. Primusq; iudas cum fratribus ingressus est ad ioseph. Necdum enim de loco abierat. Omnesq; ante eũ pariter in terram corruerunt. Quibus ille ait. Cur sic agere voluistis? An ignoratis q non sit similis mei in + augurandi scientia? Cui iudas. Quid respondebimus inquit domino meo vel quid loqmur: aut qđ iuste poterimus obtẽdere? Deus inuenit iniquitatẽ seruorum tuorũ. En oẽs serui sumus domini mei ⁊ nos ⁊ apud quẽ inuẽtus est scyphus. Rñdit ioseph. Absit a me: vt sic agã. Qui furatus est scyphum ipse sit seruus me⁹: vos aũt abite liberi ad patrẽ vestruz. Accedẽs autẽ propius iudas: confidẽter ait. Oro dñe audi me: vt loquat̃ seruus tu⁹ verbum in aurib⁹ tuis: ⁊ ne irascaris famulo tuo. Tu es enim post pharaonem dñs me⁹. Interrogasti prius seruos tuos habetis patrem aut fratrem: ⁊ nos respõdimus tibi domino meo. Est nobis pater senex: ⁊ puer paruulus q in senectute illius natus est: cui⁹ vterin⁹ frater est

Al's + tũc. B

Al's + augurari. + Al. apprehensis q;.

Al. + tui. C

D 22. q. 2. ca. qz ait. Al's + augurandi. de homi. ca. lator ꝑ glo.

E

mortuus: et ipsm solū habet mater sua: pater vero tenere diligit eum. Dixistiq3 seruis tuis. Adducite eum ad me: et ponam oculos meos super illum. Suggessimus tibi domino meo: non potest puer relinquere patrem suum. Si enim illum dimiserit morietur. Et dixisti seruis tuis. (Sup. 43. a) Nisi venerit frater vester minimus vobiscum: non videbitis amplius faciem meā. F Cum ergo ascendissemus ad famulum tuū patrē nostrum: narrauimus ei omnia que locutus est dn̄s meus. Et dixit pater nr̄. Reuertimini: et emite nobis paruum tritici. Cui diximus. Non possumus ire. Si frater noster minimus descenderit nobiscum pficiscemur simul: alioquin illo absente non audemus videre faciem viri. Ad ille rn̄dit. Vos scitis q duos genuerit mihi vxor mea. Egressus est vnus: et dixistis (Sup. 37. d) bestia deuorauit eum: et hucusq3 nō cōparet. Si tuleritis et istum: et aliqd ei in via cōtigerit: deducetis canos meos cū merore ad inferos. G Igitur (Sup. 43. b) si intrauero ad seruū tuū patrē nostrum et puer defuerit: cū anima illius ex huius anima dependeat: videritq3 eum non ee nobiscum morietur: et deducēt famuli tui canos eius cum dolore ad inferos. Ego pprie seruus tuus sim: qui in meā hūc recepi fidem: et spopōdi dicēs. Nisi reduxero eum peccati reus ero in patrem omni tēpore. Manebo itaq3 seruus tu9 pro puero in ministerio domini mei: et puer ascendat cum fratribus suis. Non enim possum redire ad patrē absente puero: ne calamitatis que oppressura est patrē meum testis assistam.

¶ Cap. xlv. ¶ Joseph se fratrib9 manifestat: mādat p p̄re mūera mittit. Ca. xlv.

A Non se poterat vltra cohibere ioseph multis corā astātib9. Unde precepit vt egrederent cuncti foras: et nullus interesset alienus agnitiōi mutue. Eleuauitq3 vocē cum fletu quam audierūt egyptij: omnisq3 dom9 pharaonis: et dixit fratrib9 suis. Ego sum ioseph. Adhuc pater meus viuit. Non poterant respondere fratres nimio terrore perterriti. Ad quos ille clemēter: accedite inquit ad me. Et cum accessissent ppe: ego sum ait ioseph frater vester quē vēdidistis in egyptum. B Nolite pauere: neq3 vobis durum esse videatur: q vēdidistis me in his regionibus. (Infra. 50. c) Pro salute enim vestra misit me deus ante vos in egyptum. Biennium est enim q cepit fames in terra esse: et adhuc quinq3 anni restāt quibus nec arari poterit nec meti. C Premisitq3 me deus vt reseruemini super terram: et escas ad viuendum habere possitis. Non vestro consilio: sed dei voluntate huc missus sum: q fecit me quasi patrem pharaonis et dominum vniuerse domus eius: ac principem in omni terra egypti. Festinate et ascendite ad patrem meum: et dicetis ei. Hec mādat filius tuus ioseph. Deus fecit me dominum vniuerse terre egypti. Descende ad me ne moreris: et habitabis in terra gessen. Erisq3 iuxta me tu et filij tui et filij filiorum tuorum: oues tue et armēta tua et vniuersa que possides: ibiq3 te pascam. Adhuc enim quinq3 anni residui sunt famis: ne et tu pereas et omnis domus tua: et oia que possides. En oculi vestri et oculi fratris mei beniamin vident q os meum loquat ad vos. D Nunciate patri meo vniuersam gloriā meam: et cuncta que vidistis in egypto. Festinate et adducite eum ad me. Cūq3 amplexatus cecidisset in collum beniamin fratris sui fleuit: illo quoq3 similiter flente sup collum eius. Osculatusq3 est ioseph oēs fratres suos: et plorauit super singulos. Post que ausi sunt loqui ad eum. Auditumq3 est: et celebri sermone vulgatū in aula regis: venerunt fratres ioseph. Et gauisus est pharao atq3 omnis familia eius. E Dixitq3 ad ioseph vt imperaret fratrib9 suis dicens. Onerantes iumenta: ite in terrā chanaan: et tollite inde patrem vestrum et cognationē et venite ad me: et ego dabo vobis omnia bōa egypti vt comedatis medullam terre. Precipe etiam vt tollāt plaustra de terra egypti: ad subuectionē paruulorum suorum ac coniugum. Et dicito. tollite patrem vestrum et pperate q̄tocius venientes: nec dimittatis quicq3 de supellectili vestra: quia omnes opes egypti vestre erunt. F Feceruntq3 filij israel vt eis mandatum fuerat. Quibus dedit ioseph plaustra: sm pharaonis imperium: et cibaria in itinere. Singulis quoq3 pferri iussit binas stolas: beniamin vero dedit trecentos argenteos cum quinq3

Alias + cognitiōis: Sup. 42. c & 43. 8. 22. q. 2. ca. q au. ibi exit9 docuit. Alias + timore.

Alias + moreris. Al. + iessen. Al. + igessem.

Nollte optimis: tantūdē; pecunie & vestiū mittēs patri suo: addens, eis asinos, decem: qui subueherent ex omnibus diuitijs egypti: & totidem asinas triticum in itinere: panesq; portantes. Dimisit ergo fratres suos: & proficiscētibus ait. Ne irascamini in via. Qui ascēdentes ex egypto venerunt in terram chanaan ad patrem suum iacob & nunciauerunt ei dicētes Ioseph filius tuus viuit: & ipse dominatur in omni terra egypti. Quo audito iacob: quasi de graui somno euigilans: tamen non credebat eis. Illi + econtrare referebant omnē ordinē rei. Cumq; vidisset plaustra & vniuersa que miserat: reuixit spiritus eius: & ait. Sufficit mihi si adhuc ioseph filius meus viuit: vadam & videbo illum antequā moriar.

22. q. i. ca. mouet. §. sicut. ē. v. posi tus erat in ifimis & iudeis ca. penul. in glo. Als + contra.

¶ Ca. Sum ¶ Iacob cum filijs & nepotibus in egyptum descēdit: ioseph patri occurrit. Ca. xlvi.

Profectusq; israel cū omnibus que habebat venit ad puteum iuramenti. Et mactatis ibi victimis deo patris sui isaac: audiuit eum per visionem nocte vocantem se & dicentem sibi. Iacob iacob. Cui respondit. Ecce adsum. Ait illi deus. Ego sum fortissimus deus patris tui. Noli timere: sed descende in egyptum: quia in gētem magnam faciam te ibi. Ego descendam tecum illuc: & ego inde adducā te reuertētem. Ioseph quoq; ponet manus suas super oculos tuos. Surrexit iacob in me a puteo iuramenti: tulerūtq; eum filij cum paruulis & vxoribus suis in plaustris que miserat pharao ad portandum senem: & omnia que possederat in terra chanaan. Ueneritq; in egyptū cū omni semine suo: filij eius & nepotes: filie & cuncta simul progenies. Hec sunt aūt nomina filiorū isrl qui ingressi sunt in egyptū ipse cum liberis suis. Primogenitus ruben. Filij ruben enoch & phallu & esrom & charmi. Filij symeon iamuel & + iamin & āmi & ahod & iachin & saher & saul filius chananitidis. Filij leui gerson & caath & merari. Filij iuda her & onan & sela & phares & zara. Mortui sūt autem her & onan in terra chanaan. Natiq; sunt filij phares & esrom & amul. Filij isachar thola & phua & + iacob & semron. Filij zabulon sareth & + elon &

Exo. i. a. & 6. b. Nu. 26. a i. pal. 5. a.

Als + iamul.

Al. + iob Als + belon.

+ iahlel. hij filij lye quos genuit in mesopotamia syrie cum dyna filia sua. Oēs anime filiorum eius & filiarum triginta tres. Filij gad: + sephon & + aggi & esebon & suni & heri & arodi & areli. Filij aser: iemna & iesua & iesui & beria: sara quoq; soror eorū. Filij beria heber & melchiel. Hi filij zelphe quā dedit laban lye filie sue & hos genuit iacob sedecim animas. Filij rachel vxoris iacob. Ioseph & beniamin. Natiq; sunt ioseph filij in terra egypti quos genuit ei + asenech filia phutiphare sacerdotis elyopoleos: manasses & ephraim. Filij beniamin: bela & + bechor & asbel & gera naaman & + iechi & ros & mophin & ophin & ared. hi. Filij rachel quos genuit iacob. Omnes anime quatuordecim. Filij dan + vsan. Filij neptalim iasiel & guni & ieser & + sallem. Hi filij bale: quam dedit laban rachel filie sue & hos genuit iacob: omnes anime septem. Cūcteq; anime que ingresse sunt cum iacob in egyptū: & egresse sunt de femore illius absq; vxoribus filiorū eius sexagintasex. Filij autē ioseph qui nati sunt ei in terra egypti anime due. Omnes anime domus iacob que ingresse sunt egyptum fuere septuaginta. Misit autem iacob iudam ante se ad ioseph in egyptum: vt nūciaret ei: & ille occurreret in gessen. Quo cū peruenisset: iuncto ioseph curru suo ascendit obuiā patri ad eundem locū. Uidensq; eum irruit super collum eius: & inter amplexus fleuit. Dixitq; pater ad ioseph. Iam letus moriar quia vidi faciem tuam: & superstitem te relinquo. Et ille locutus est ad fratres suos: & ad oēm domum patris sui. Ascendam & nunciabo pharaoni: dicamq; ei. Fratres mei & domus patris mei q erant in terra chanaan venerunt ad me: & sunt viri pastores ouiū curamq; habent alendorum gregum. Pecora sua & armenta & omnia que habere potuerunt adduxerunt secum. Cumq; vocauerit vos & dixerit: qd est opus vestrum: respondebitis. Uiri pastores sumus serui tui ab infantia nostra vsq; in presens: & nos & patres nostri. Hec autē dicetis vt habitare possitis in terra gessen: qz detestant egyptij omnes pastores ouium.

¶ Ca. Sū. ¶ Ioseph patrē & fratres ad

Als + iahel. Als + sephion. Al. + aggi. Al. + sune.

Sup. 41. g. Als + asenech. Als + bochor. Alias + ichi. Als + resim. Alias + vsim. Als + sillem.

deu. 10. d

pharaonem introducit: et dat eis terram gessen: egyptij cibos petunt et pecora et terram vendunt: quinta pars fructuum fit regis: israel adiurat ioseph de sua sepultura. Ca. xlvij.

A Ingressus ergo ioseph nunciauit pharaoni dicens. Pater meus et fratres oues eorum et armenta et cuncta que possident venerunt de terra chanaan: et ecce consistunt in terra gessen. Extremos quoque fratrum suorum quinque viros constituit coram rege Quos ille interrogauit. Quid habetis operis? Responderunt. Pastores ouium sumus serui tui: et nos et patres nostri. Ad peregrinandum in terram tuam venimus: quoniam non est herba gregibus seruorum tuorum: ingrauescente fame + in terra chanaan. Petimusque vt esse nos iubeas seruos tuos in terra gessen. Dixit itaque rex ad ioseph. Pater tuus et fratres tui venerunt ad te. Terra egypti in conspectu tuo est: in optimo loco fac eos habitare: et trade eis terram gessen. Quod si nosti in eis esse viros industrios: constitue illos magistros pecorum meorum.

Als + regione.

B Terra gessen est thebaida

Post hec introduxit ioseph patrem suum ad regem: et statuit eum coram eo. Qui benedicens illi: et interrogatus ab eo quot sunt dies annorum vite tue: respondit. Dies peregrinationis vite mee centum triginta annorum sunt parui et mali: et non peruenerunt vsque ad dies patrum meorum quibus peregrinati sunt. Et benedicto rege egressus est foras. Joseph vero patri et fratribus suis dedit possessionem in egypto in optimo terre loco ramesses: vt preceperat pharao: et alebat eos omnemque domum patris sui: prebens cibaria singulis. In toto enim orbe panis deerat: et oppresserat fames terram: maxime egypti et chanaan. E quibus omnem pecuniam congregauit pro venditione frumenti: et intulit eam in erarium regis. Cumque defecisset + emptoribus precium: venit cuncta egyptus ad ioseph dicens. Da nobis panes. Quare morimur coram te: deficiente pecunia? Quibus ille respondit. Adducite pecora vestra: et dabo vobis pro eis cibos: si precium non habetis. Que cum adduxissent: dedit eis alimenta pro equis et ouibus et bobus et asinis: sustentauitque eos illo anno pro commutatione pecorum

C

Al. + emptoris.

D

Venerunt quoque anno secundo: et dixerunt ei. Non celamus + domino nostro quod deficiente pecunia pecora simul defecerunt: nec clam te est: quod absque corporibus et terra nihil habeamus. Cur ergo moriemur te vidente? Et nos et terra nostra tui erimus. Eme nos in seruitutem regiam: et prebe semina: ne pereunte cultore redigatur terra in solitudinem. Emit igitur ioseph omnem terram egypti vendentibus singulis possessiones suas pre magnitudine famis. Subiecitque eam pharaoni: et cunctos populos eius a nouissimis terminis egypti vsque ad extremos fines eius: preter terram sacerdotum que a rege tradita fuerat eis. Quibus et statuta cibaria ex horreis publicis prebebantur: et idcirco non sunt compulsi vendere possessiones suas. Dixit ergo ioseph ad populos. En vt cernitis et vos et terram vestram pharao possidet: accipite semina et serite agros: vt fruges habere possitis. Quintam partem regi dabitis: quattuor reliquas permitto vobis in sementem: et in cibum familijs et liberis vestris. Qui responderunt. Salus nostra in manu tua est. Respiciat nos tantum dominus noster: et leti seruiemus regi. Ex eo tempore vsque in presentem diem in vniuersa terra egypti regibus quinta pars soluitur. Et factum est quasi in legem: absque terra sacerdotali: que libera ab hac conditione fuit. Habitauit ergo israel in egypto: idest in terra gessen: et possedit eam: auctusque est et multiplicatus nimis: et vixit in ea decem et septem annis. Factique sunt omnes dies vite illius centum quadraginta septem annorum. Cumque appropinquare cerneret diem mortis: vocauit filium suum ioseph: et dixit ad eum. Si inueni gratiam in conspectu tuo // pone manum tuam sub femore meo: et facies mihi misericordiam et veritatem: vt non sepelias me in egypto: sed dormiam cum patribus meis: et auferas me de terra hac: condasque in sepulchro maiorum + meorum. Cui respondit ioseph. Ego faciam quod iussisti. Et ille. // Jura ergo inquit mihi. Quo iurante adorauit israel dominum conuersus ad lectuli caput.

Als + dominum nostrum.

E 23. q. 8. c. tributum. §. quamuis de im munitate non min. per arcidi. de cens. c. quoque li. v. 2. esdre 5

F

G

Sup. 24. a

Als + sepelies + meorum. Sup. 25. d.

℄ Capituli Sūmarium. ℄ Jacob egrotat: filijs ioseph benedicit: ephraim manasse preponit: v. bē sichem ioseph filio spāliter donat. Ca.xlviij.

A His itaq3 transactis nunciatum est ioseph q egrotaret pater suus. Qui assumptis duob' filijs manasse & effraim ire pperauit. Dictumq3 est seni. Ecce filius tuus ioseph venit ad te. Qui confortatus sedit in lectulo. Et ingresso ad se ioseph ait. Deus omnipotens apparuit mihi in luza: q est in terra chanaan: benedixitq3 mihi: & ait. Ego te augebo & multiplicabo & faciā te in turbas populoꝝ. Daboq3 tibi terraz hanc: & semini tuo post te in possessionē sempiternā. Duo ergo filij tui q nati sunt tibi in terra egypti anteq̄ huc venirē ad te mei erunt effraiz & manasses: sicut ruben & symeon reputabunt mihi. Reliquos aūt quos genueris post eos: tui erunt: & nomine fratruz suoꝝ vocabunt in possessionib' suis. Mihi. n. quando veniebā de mesopotamia: mortua est rachel in terra chanaan in ipso itinere. Eratq3 vernum tempus. Et ingrediebar effrataz: B & sepeliui eam iuxta viaz effrate: que alio nomine appellatur bethleem. Vidēs aūt filios eius. Dixit ad eum. Qui sunt isti? Respondit. Filij mei sunt quos donauit mihi domin' in hoc loco. Adhuc inquit eos ad me: vt benedicaz illis. Oculi enim israel caligabāt pre nimia senectute: & clare videre non poterat. Applicitosq3 ad se deosculatus & circūplexus eos: dixit ad filium suum. Non sum fraudatus aspectu tuo: insuper ostendit mihi de' semen tuum. Cūq3 tulisset eos ioseph de gremio patris. adorauit pronus in terram: & posuit effraim ad dexteram suam: id est ad sinistraz israel: manassen vero in sinistra sua ad dexteram: scilicet patris: applicuitq3 ambos ad eum. Qui extendens manum dexteram posuit super caput effraim iunioris fratris: sinistram autem super caput manasse qui maior natu erat commutans manus. Benedixitq3 iacob filios ioseph: & ait. Deus in cuius conspectu ambulauerunt patres mei habraam & isaac: deus q pascit me ab adolescentia mea vsq3 in presentem diem: angelus qui eruit me de cunctis malis: benedicat pueris istis: & inuocetur super eos nomen meum: nomina quoq3 patrum meorum habraam & isaac: & crescant in multitudine super terram. Videns autem Joseph q posuisset pater suus dexteram manum super caput effraim: grauiter accepit. Et apprehensam manum patris leuare conatus est de capite effraim et transferre super caput manasse. Dixitq3 ad patrem. Non ita conuenit pater: quia hic est primogenitus. Pone dexteram tuam super caput eius. Qui renuens ait. Scio fili mi scio: & iste quippe erit in populos & multiplicabitur. Sed frater eius iunior maior erit illo: & semen illius crescet in gētes. Benedixitq3 eis in tempore illo: dicens. In te benedicetur israel atq3 dicetur. Faciat tibi deus sicut effraim & sicut manasse. Constituitq3 effraim ante manassen. Et ait ad ioseph filium suum. En ego morior: erit deus vobiscum: reducetq3 vos ad terram patruz vestrorū. Do tibi partem vnam extra fratres tuos quam tuli de manu amorrei in gladio & arcu meo.

C 13. vf. ca. ecclesiasti. cap in q. scriptura i glo.

D

℄ Ca. Sū. ℄ Israel filios bñdicit: de sepultura mandat: & morit. Ca.xlix.

A Benedictio de filiorum iacob.

Uocauit autem iacob filios suos: & ait eis. Congregamini vt annunciem que ventura sunt vobis in diebus nouissimis. Congregamini & audite filij iacob: audite israel patrem vestrum. Ruben primogenitus meus. Tu fortitudo mea: & principium doloris mei. Prior in donis: maior in imperio. Effusus es sicut aqua. Nō crescas: q: ascēdisti cubile patris tui: & maculasti stratū ei'. Symeon & leui fratres vasa iniquitatis

Ruben. 24. q. 3. c. si igitur. Simeon leui.

bellantia. In consilium eorum non veniat anima mea: et in cetu illorum non sit gloria mea. Quia in furore suo occiderunt virum: et in voluntate sua suffoderunt murum. Maledictus furor eorum quia pertinax: et indignatio eorum quia dura. Diuidam eos in iacob: et dispergam eos in israel. Juda te laudabunt fratres tui.

B Manus tue in ceruicibus inimicorum tuorum: adorabunt te filii patris tui. Catulus leonis iuda. Ad predam fili mi ascendisti: requiescens accubuisti vt leo et quasi leena. Quis suscitabit eum? Non auferetur sceptrum de iuda: et dux de + femore eius: donec veniat qui mittendus est: et ipse erit expectatio gentium. Ligans ad vineam pullum suum: et ad vitem o fili mi asinam suam. Lauabit in vino stolam suam: et in sanguine vue pallium suum. Pulchriores sunt oculi eius vino: et dentes eius lacte candidiores. Zabulon in littore maris habitabit: et in statione nauium pertingens vsque ad sydonem. Issachar asinus fortis: accubans inter terminos. Uidit requiem quod esset bona: et terram quod optima: et supposuit humerum suum ad portandum: factusque est tributis seruiens. Dan

C iudicabit populum suum: sicut et alia tribus in israel. Fiat dan coluber in via: cerastes in semita mordens vngulas equi: vt cadat ascensor eius retro. Salutare tuum expectabo domine. Gad accinctus preliabitur ante eum: et ipse accingetur retrorsum. Aser pinguis panis eius: et prebebit delitias regibus. Neptalim ceruus emissus: et dans eloquia pulchritudinis. Filius accrescens ioseph: filius accrescens et decorus aspectu. Filie discurrerunt super murum: sed exasperauerunt eum: et iurgati sunt: inuideruntque illi habentes iacula. Sedit in forti arcus eius: et dissoluta sunt vincula brachiorum et manuum illius per manus potentis iacob. Inde pastor egressus est lapis israel. Deus patris tui erit adiutor tuus: et omnipotens benedicet tibi, benedictionibus celi desuper: benedictionibus abyssi iacentis deorsum: benedictionibus vberum et vulue. Benedictiones patris tui confortate sunt benedictionibus patrum eius: donec veniret desiderium collium eternorum.

D Fiant in capite ioseph: et in + vertice nazarei: inter fratres suos. Beniamin lupus rapax: mane comedet predam: et vespere diuidet spolia. Omnes hi in tribubus israel duodecim. Hec locutus est eis pater suus: benedixitque singulis benedictionibus propriis:

et precepit eis dicens. Ego congregor ad populum meum. Sepelite me cum patribus meis in spelunca duplici que est in agro ephron ethei contra mambre in terra chanaan: quam emit habraam cum agro ab ephron etheo in possessionem sepulcri. Ibi sepelierunt eum: et saram vxorem eius. Ibi sepultus est isaac cum rebecca coniuge + sua: Ibi et lya condita iacet. Finitisque mandatis quibus filios instruebat: collegit pedes suos super lectulum et obiit appositusque est ad populum suum.

¶ Ca. Sum. ¶ Joseph parentem sepelit in Ebron. Joseph moritur in egypto: adiuratis fratres de ossibus asportandis. Ca. l.

A Quod cernens ioseph: ruit super faciem patris: flens et deosculans eum. Precepitque seruis suis medicis vt aromatibus condirent patrem. Quibus iussa explentibus: transierunt quadraginta dies. Iste quippe mos erat cadauerum conditorum. Fleuitque eum egyptus septuaginta diebus. Et expleto planctus tempore. Locutus est ioseph ad familiam pharaonis. Si inueni gratiam in conspectu vestro: loquimini in auribus pharaonis: eo quod pater meus adiurauerit me dicens. En morior: in sepulchro meo quod fodi mihi in terra chanaan sepelies me. Ascendam igitur et sepeliam patrem meum: ac reuertar. Dixitque ei pharao. Ascende et sepeli patrem tuum sicut adiuratus es. Quo

B ascendente ierunt cum eo omnes senes domus pharaonis: cunctique maiores natu terre egypti: domus ioseph cum fratribus suis: absque paruulis et gregibus absque armentis: que dereliquerunt in terra gessen. Habuit quoque in comitatu currus et equites: et facta est turba non modica. Ueneruntque ad aream + achad: que sita est trans iordanem. Ubi celebrantes exequias planctu magno atque vehementi impleuerunt septem dies. Quod cum vidissent habitatores terre chanaan: dixerunt. Planctus magnus est iste egyptiis. Et idcirco vocatum est nomen loci illius planctus egypti. Fecerunt ergo filii iacob sicut preceperat eis: et portantes eum in terram chanaan: sepelierunt eum in spelunca duplici quam emerat habraam cum agro in possessionem sepulchri ab ephron etheo contra faciem mambre. Reuersusque est ioseph in egyptum cum fratribus suis et omni comi-

C tatu: sepulto patre. Quo mortuo timentes fratres eius et mutuo colloquentes ne for-

Alias + stemoribus.

Alias + tace.

Al. q. 2. hebron. de sepul. ca. j.

sup. c. 25.

Alias sup. est + sua.

13. q. 2. c. qa alij.

sup. 47. f

Alias + azad.

Alias + aphad.

Alias + adad.

13. q. 2. c. qa alij.

te memores sit iniurie quã passus ē: ⁊ reddat nobis omne malum quod fecimus: mandauerunt ei dicentes. Pater tuus precepit nobis anteq̃ moreretur: vt hec tibi verbis illius diceremus. Obsecro vt obliuiscaris sceleris fratrum tuorum: ⁊ peccati atq̃ malitie quã exercuerunt in te. Nos quoq̃ oramus vt seruis dei patris tui dimittas iniquitatē hanc. Quibus auditis fleuit ioseph. Veneruntq̃ ad eum fratres sui: ⁊ proni adorantes in terram dixerunt. Serui tui sumus. Quibus ille respondit. Nolite timere. Num dei possumus resistere volūtati? Vos cogitastis de me malum: sed deus vertit illud in bonū: vt exaltaret me sicut in presentiarū cernitis ⁊ saluos faceret multos populos. Nolite timere. Ego pascam vos ⁊ paruulos vestros. Consolatusq̃ est eos ⁊ blande ⁊ leniter ē locutus: ⁊ habitauit in egypto cū omni domo patris sui. Vixitq̃ centūdecē annis ⁊ vidit effraim filios vsq̃ ad tertiam generationē. Filii quoq̃ machir filii manasse nati sunt in genibus ioseph. Quibus transactis: locutus ē fratribus suis. Post mortē meam deus visitabit vos ⁊ ascendere vos faciet de terra ista ad terrā quam iurauit habraā: isaac: ⁊ iacob. Cūq̃ adiurasset eos atq̃ dixisset deus visitabit vos: asportate ossa mea vobiscū de loco isto: mortuus ē expletis centum decem vite sue annis. Et conditus aromatibus: repositus est in loculo in egypto.

D — Also ✠ renuere. sup.45.b

3.q.2.c. decorpore. a.hebrō. Exod.13. 3.q.2.ca. hebron. — E

Explicit liber Genesis.

De decem plagis egypti. &.

Sanguis: rana: culex: musce: pecus: vlcera: grando.
Bruchus: caligo: mors: pignora prima necando.
Prima rubens vnda: ranarum plaga secunda.
Inde culex tristis: post musca nocentior istis.
Quinta pecus strauit: vesicas sexta creauit.
Inde subit grando: post bruchus dente nefando.
Nona tegit solem: primam necat vltima prolem.

Incipit liber hellesmoth quē nos Exodi dicimus.

Capituli Summarium. Nomina filiorum israel qui ingressi sunt egyptum. Cap. j.

Hec sunt nomina filiorum israel qui ingressi sunt in egyptū cū iacob. Singuli cū domibus suis introierūt: Ruben: symeō leui: iudas: isachar: zabulō ⁊ beniamin: dan ⁊ neptalim: gad aser. Erāt igitur oēs anime eorum q egressi sunt de femore iacob septuaginta. Joseph autē in egypto erat. Quo mortuo ⁊ vniuersis fratribus eius omniq̃ cognatione sua: filii israel creuerūt ⁊ quasi germinātes multiplicati sunt ac roborati nimis impleuerunt terram. Surrexit interea rex nouus super egyptum: qui ignorabat ioseph. Et ait ad populum suum. Ecce populus filiorum israel multus ⁊ fortior nobis est. Venite sapienter opprimamus eum: ne forte multiplicetur: ⁊ si ingruerit contra nos bellum addatur inimicis nostris: ⁊ expugnatisq̃ nobis egrediatur de terra. Preposuit itaq̃ eis magistros operū vt affligerent eos oneribus. Edificaueruntq̃ vrbes tabernaculorum pharaoni, phiton ⁊ ✠ ramesses. Quātoq̃ opprimebant eos: tantomagis multiplicabantur ⁊ crescebant. Oderantq̃ filios israel egyptii: ⁊ affligebant illudentes ⁊ inuidentes eis: atq̃ ad amaritudinē perducebant vitā eorū operibus duris luti ⁊ lateris: omniq̃ famulatu quo in terre operibus premebantur. Dixit autem rex egypti obstetri-

A — gen.46.b — B — Act.7.c. — Also ✠ ramesse. — C — Vsala e- ebla tio fi lia q̃ ma io mensi nomē de dit flores

Mercurius primus vir doctissimus claret. Mercurius trimegistus egypcius vir maximus et potentissimus claret.

cibus hebreorum: quarum vna vocabatur sephora altera phua precipiens eis. Quando obstetricabitis hebreas et partus tempus aduenerit: si masculus fuerit interficite eum: si femina reseruate. Timuerũt autẽ obstetrices deũ: et nõ fecerũt iuxta preceptũ regis egypti: sed cõseruabãt mares. Quibus accersitis ad se rex ait. Quidnã est hoc quod facere voluistis: vt pueros seruaretis? Que rñderũt. Non sunt hebree sicut egyptie mulieres. Ipse enim obstetricãdi hñt sciam: et priusquam veniamus ad eas pariũt. Bene ergo fecit deus obstetricibus: et creuit

D Mercurius hermes italus modulantie inuẽtor. 22. q. 1. ca. si quis.

populus cõfortatusque est nimis. Et quia timuerunt obstetrices deũ: edificauit ei domos. Precepit ergo pharao omni populo suo dicens. Quicquid masculini sexus natũ fuerit in flumen proiicite: quicquid feminei reseruate.

¶ Ca. Sũ. ¶ Moyses nascitur: occultatur: in aquã proiicitur. A filia pharaonis adoptatur: percusso egyptio fugit ad terrã madian: filij israel ad dñm clamant. Ca. ij.

A

Act. 7. c.

Egressus est post hec vir de domo leui et accepit vxorẽ stirpis sue. Que concepit et peperit filiũ. Et vidẽs eũ elegantem abscondit tribus mẽsibus. Cũque iam celare nõ posset: sumpsit fiscellam scirpeam: et liniuit eam bitumine ac pice posuitque intus infantulũ et exposuit eum in carecto ripe fluminis stãte procul sorore eius et cõsiderãte euentũ rei. Ecce autẽ descẽdebat filia pharaonis vt lauaretur in flumine: et puelle eius gradiebant per crepidinem aluei. Que cum vidisset fiscellam in papirione misit vnã e famulabus suis: et allatam apriẽs cernensque in ea paruulum vagiẽtẽ miserta eius ait. De infantibus hebreorum est hic. Cui

Asia nimpha vnde nomẽ sibi pars et nomẽ dedit

B

soror pueri. Uis inquit vt vadam et vocem tibi mulierẽ hebream: que nutrire possit infantulum? Rñdit. Uade. Perrexit puella: et vocauit matrẽ suam. Ad quam locuta filia pharaonis: accipe ait puerum istum: et nutri mihi: ego dabo tibi mercedem tuam. Suscepit mulier et nutriuit puerũ: adultũque tradidit filie pharaonis. Quem illa adoptauit in locum filij vocauitque nomen eius moyses dicẽs: quia de aqua tuli eum. In diebus illis postquam creuerat moyses: egressus est ad fratres suos viditque afflictionẽ eorum: et virum egyptium percutiẽtem quẽdam de hebreis fratribus suis. Cũ-

De pe. di. 2. c. vt cognouerũt. Hap ponit in prin. in glo. 22. q. 2. ca. non inste renda.

que circũspexisset huc atque illuc: et nullum adesse vidisset: percussum egyptiũ abscondit sabulo. Et egressus die altero conspexit duos hebreos rixantes: dixitque ei qui faciebat iniuriã. Quare percutis proximum tuũ? Qui rñdit. Quis cõstituit te principẽ et iudicẽ super nos? Num occidere me tu vis: sicut heri occidisti egyptium? Timuit moyses et ait. Quo palam factum est verbũ istud. Audiuitque pharao sermonem hũc: et querebat occidere moysen. Qui fugiens de cõspectu eius: moratus est in terra madian. et sedit iuxta puteũ. Erant autẽ sacerdoti madian septẽ filie: que venerant ad auriẽdam aquam: et impletis canalibus adaquare cupiebant greges patris sui. Superuenere pastores et eiecerũt eas. Surrexitque moyses: et defensis puellis adaquauit ✠ oues earum. Que cum reuertissent ad raguel patrẽ suũ: dixit ad eas. Cur velocius venistis solito? Rñderunt. Uir egyptius liberauit nos de manu pastorum. Insuper et hausit aquã nobiscũ: potũque dedit ouibus. At ille. Ubi est inquit? Quare dimisistis virum. Uocate eũ vt comedat panẽ. Jurauit ergo moyses quod habitaret cũ eo. Accepitque sephoram filiam eius vxorẽ. Que peperit ei filium quẽ vocauit gersan dicẽs. Aduena fui in terra aliena. Alterum vero peperit: quem vocaui eliezer: dicens. Deus. n. patris mei adiutor meus: et eripuit me de manu pharaonis. Post multum vero temporis mortuus est rex egypti. Et ingemiscentes filij israel propter opera vociferati sunt. Ascenditque clamor eorum ad deum ab operibus: et audiuit gemitum eorum: ac recordatus est federis quod pepigit cum habraam: isaac et iacob. Et respexit dominus filios israel: et liberauit eos

De pe. di. 2. c. vt cognouerunt. Hap. Ité oppo nitur. C. 32. q. 4. c. nimium. De cõse. di. j. ca. Act. 7. b.

M. ✠ greges.

De pe. di. 2. c. vt cognouerunt. Hap. Ité oppo nit in glo. infra. 18. a.

Appollo delphy[cus] phitõice inuẽtor claret. Diana [...] go claret. Esculapi[us] medi[cus] claret. Pluto et neptun[us] reges claret.

¶ Ca. iii. ¶ Dñs moysi de rubo loquit: & in egyptum mittit. Ca. iii.

Moyses aũt pascebat oues ietro soceri sui sacerdotis madian. Cũqꝫ minasset gregẽ ad interiora deserti: venit ad montẽ dei oreb. Apparuitqꝫ ei dominus in flamma ignis de medio rubi: & videbat ꝙ rubus arderet & non combureretur. Dixit ergo moyses. Vadam & videbo visionem hanc magnam: quare nõ comburatur rubus. Cernens autem dominus ꝙ pergeret ad videndum: vocauit eũ de medio rubi: & ait. Moyses moyses? Qui respondit. Adsum. At ille. Ne appropies inquit huc. Solue calciamentum de pedibus tuis. Locus enim in quo stas terra sancta est. Et ait. Ego sum deus pris tui: deus habraã: deus isaac: & deus iacob. Abscondit moyses faciez suam. Nõ eniz audebat aspicere contra deuz. Cui ait dominus. Vidi afflictionez populi mei in egypto: & clamorem eius audiui ꝓpter duritiam eorum qui prefunt operibus. Et sciens dolorem eius: descendi vt liberẽ eum de manibus egyptiorũ: & educaz de terra illa in terram bonam & spaciosam: in terram que fluit lacte & melle: ad loca chananei & ethei & amorrei & pherezei & euei & iebusei. Clamor ergo filiorũ israel venit ad me: vidiqꝫ afflictionem eorũ qua ab egyptijs opprimũtur. Sed veni & mittam te ad pharaonez: vt educas populum meum filios israel de egypto. Dixitqꝫ moyses ad deum. Quis sum ego vt vadam ad pharaonez: & educã filios israel de egypto? Qui dixit ei. Ego ero tecuz. Et hoc habebis signum ꝙ miserim te. Cũ eduxeris populum meum de egypto: immolabis deo super montem istum. Ait moyses ad deum. Ecce ego vadaz ad filios israel: & dicam eis. Deus patrũ vestrorum misit me ad vos. Si dixerint mihi qđ est nomen eius quid dicaz eis? Dixit dñs ad moysen. Ego sum qui sum. Ait. Sic dices filijs israel. Qui est: misit me ad vos. Dixitqꝫ iterum deus ad moysen. Hec dices filijs israel. Dñs deus patrum vestrorum deus habraaz & deus isaac deus iacob: misit me ad vos. Hoc nomen mihi est in eternum: & hoc memoriale meum in generatione & generationem. Vade cõgrega seniores israel: & dices ad eos. Dominus deus patrum vestrorũ apparuit mihi: deus habraam & deus isaac: & deus iacob dicens. Visitans visitaui vos: & vidi omnia que acciderunt vobis in egypto: & dixi vt educam vos de afflictione egypti in terram chananei: & ethei: & amorrei & pherezei & euei & iebusei: ad terram fluẽtem lacte & melle: & audient vocem tuaz. Ingredierisqꝫ tu & seniores israel ad regem egypti: & dices ad eum. Dñs deus hebreorum vocauit nos. Ibimus viam triũ dierum in solitudinem: vt immolemus dño deo nostro. Sz ego scio ꝙ nõ dimittet vos rex egypti vt eatis: nisi per manũ validaz. Extẽdamqꝫ manum meam: & percutiam egyptum in cunctis mirabilibus meis que facturus suz in medio eorũ. Post hec dimittet vos. Daboqꝫ graz ꝑplo huic corã egyptijs. Et cũ egrediemini: nõ exibitis vacui: sz postulabit mulier a vicina sua: & ab hospita sua vasa argẽtea & aurea: ac vestes: ponetisqꝫ eas sup filios & filias vr̃as: & spoliabitis egyptũ.

¶ Capituli Sũmariũ. ¶ Dat deus moysi signa: & de locutione aaron: & dimittit retro moyses vxorem: aaron occurrit: loquitur ad filios israel. Ca. iiij.

Respondẽs moyses ait. Non credent mihi: neqꝫ audient vocem meam: sed dicent. Non apparuit tibi dominus. Dixit ergo ad eum. Quid est quod tenes in manu tua? Respondit. Virga. Dixitqꝫ dñs. Projice eam in terraz. Projecit: & versa est in colubruz: ita vt fugeret moyses. Dixitqꝫ dominus. Extende manũ tuam: & apprehende caudaz eius. Extendit & tenuit: versaqꝫ est in virgam. Vt credãt inquit ꝙ apparuerit tibi dñs deus patrum suorum deus habraaz & deus isaac & deus iacob. Dixitqꝫ dominus rursuz. Mitte manum tuam in sinum tuum. Quam cũ misisset in sinũ protulit leprosam instar niuis. Retrahe ait manũ tuã in sinũ tuum. Retraxit & protulit iterũ: & erat similis carni relique. Si nõ crediderint inqt tibi neqꝫ audierint sermonem signi prioris: credent verbo signi sequentis. Qđ si nec duobus quidẽ his signis crediderint neqꝫ audierint vocẽ tuam: sume aquã fluminis & effunde eam sup aridã & qcqd hauseris de fluuio: vertetur in sanguinẽ. Ait moyses obsecro dñe: nõ sũ elo

F infra S. g

G infra. 11. a. & infra. 12. c. 37. di. c. legimus. 14 q. 5. c. scripti. 9. contra in exodo. Itẽ ca. dixit dñs. de diuortii. c. Gaudemus.

A Alias hec + deus. Al. + illã de ꝯse. di. 2. c. recta. De heret. c. cũ ex iniuncto.

B Alias sup. est + G

C quenoab heri et nudiustertius:et ex quo locutus es ad seruũ tuũ:impeditioris et tardioris lingue sum Dixit dñs ad eum. Quis fecit os hois? Aut qs fabricatus est mutũ et surdũ videtẽ et cecũ? Nõne ego? Perge igit: et ego ero in ore tuo:docebo-

D qz qd loquaris. At ille. Obsecro dñe inqt mitte quẽ missurus es. Iratus dñs in moysen ait. Aaron frater tu9 leuites:scio q eloquẽs sit. Ecce ipse egredief in occursum tuũ:vidẽsqz te:letabif corde. Loquere ad eum:et pone verba mea in ore eius: et ego ero in ore tuo et in ore illi9:et ostẽdam vobis qd agere debeatis. Et ipse loquetur pro te ad ppl'm et erit os tuũ:tu aũt eris ei in his que ad deũ ptinẽt. Uirgã quoqz hãc sume in manu tua in qua facturus es signa. Abijt moyses:et reuersus ẽ ad ietro socerum suũ. Dixitqz ei. Uadã et

E reuertar ad frẽs meos in egyptum:vt videã si adhuc viuãt. Cui ait ietro. Uade in pace. Dixit ergo dñs ad moysen in madian. Uade et reuertere in egyptum. Mortui sunt enim oẽs q querebãt aĩam tuã. Tulit ergo moyses vxorẽ suã et filios suos et imposuit eos sup asinũ:reuersusqz ẽ in egyptũ portãs vĩgã dei in mãu sua Dixitqz ei dñs reuertẽti in egyptũ. Uide vt oĩa ostenta q̃ posui in manu tua facias corã pharaone. Ego indurabo cor ei9 et nõ

F dimittet ppl'm. Dicesqz ad eũ. hec dicit dñs. Filius meus primogenitus israel. Dixit ibi. Dimitte filiũ meum vt seruiat mihi:et noluisti dimittere eũ. Ecce ego interficiã filiũ tuũ pmogenitũ. Cũqz esset in itinere in diuersorio occurrit ei dñs: et volebat occidere eũ. Tulit illico sephora acutissimã petrã et circũcidit pputiũ filij sui. Tetigitqz pedes ei9 et ait. Spõsus sanguinũ tu mihi es. Et dimisit eũ postq̃ dixerat spõsus sanguinũ tu mihi es:ob circũcisionẽ. Dixitqz dñs ad aarõ. Uade in

G occursũ moysi in desertũ. Qui pexit obuiã ei in mõtẽ dei:et osculat9 ẽ eũ. Narrauitqz moyses aaron oĩa vba dñi p q̃bus miserat eũ:et signa q̃ mãdauerat. Ueneruntqz simul et congregauerũt cũctos seniores filiorũ israel. Locutusqz est aaron oĩa vba q̃ dixerat dñs ad moysen:et fecit signa corã ppl'o:et credidit ppl's. Audierũtqz q visitasset dñs filios israel:et q respexisset afflictionẽ illorũ:et proni adorauerunt.

Deu. xv. vi. z. c. vt cognouerit. §. itẽ opponitur.

S. q. i. ca. l. scriptu ris.

Mat. z. b

Deucaliõ pmetbei filius ola ret i thessalia.

¶ Ca. Sm. ¶ Moyses et aarõ itrãt ad pharaonẽ. Pharao irat9 phibet paleas:affligunt. Rogat moyses dñz p pplo. Ca. v.

A Post hec ingressi sunt moyses et aaron:et dixerunt pharaoni. hec dicit dominus deus israel. Dimitte populum meũ:vt sacrificet mihi in deserto. At ille respondit. Quis est dñs vt audiam vocẽ eius:et dimittã israel? Nescio dñm et israel nõ dimittã. Dixeruntqz deus hebreorũ vocauit nos:vt eamus viaz triũ dierum in solitudinẽ:et sacrificemus dño deo nostro:ne forte accidat nobis pestis aut gladi9. Ait ad eos rex egypti Quare moyses et aaron solicitatis populũ ab operib9 suis? Ite ad onera vestra. Dixitqz pharao. Mult9 est populus terre. Uidetis q turba succreuerit:q̃to magis si dederitis eis requiem ab operibus? Precepit ergo in

B die illo pfectis opez et exactoribus populi:dicẽs. Nequaq̃ vltra dabitis paleas populo ad conficiẽdos lateres sicut pri9:sed ipsi vadant et colligant stipulas:et mẽsuram laterũ quaz prius faciebãt imponetis sup eos nec minuetis quicq̃. Uacant enim et idcirco vociferant dicẽtes. Eam9 et sacrificemus deo nostro. Opprimantur operibus et expleant ea:vt non acqescant verbis mẽdacibus Igitur egressi pfecti operũ et exactores ad populũ dixerũt. Sic dicit pharao Non do vobis paleas. Ite et colligite sicubi inuenire poteritis:nec minuetur quicq̃ de opere vestro. Dispersusqz est populus in oẽz terrã egypti ad colligẽdas paleas. Prefecti quoqz operum instabãt dicẽtes. Complete opus vestrũ quotidie:vt prius facere solebatis quando dabanf vobis palee. Flagellatiqz sunt qui preerant operibus filiorum israel ab

C

Insta

exactoribus pharaonis dicentibus. Quare non impleſtis menſuram laterū ſicut prius: nec heri nec hodie? Uenerūtq́ȝ prepoſiti filiorum iſrael ⁊ vociferati ſunt ad pharaonem dicentes. Cur ita agis cōtra ſeruos tuos? Palee nō dantur nobis ⁊ lateres ſimilr imperantur. En famuli tui flagellis cedimur: ⁊ iniuſte agit̄ cōtra populū tuū. Qui ait. Uacatis ocio: ⁊ idcirco dicitis. Eamus ⁊ ſacrificemus dn̄o. Ite ergo ⁊ operamini. Palee non dabuntur vobis: ⁊ reddetis conſuetum numerū laterū. Uidebantq́ȝ ſe prepoſiti filiorū iſrael in malum: eo q̄ diceretur eis: nō minuet̄ qcq̄ȝ operis de lateribꝰ per ſingulos dies. Occurrerūtq́ȝ moyſi ⁊ aarō q ſtabant ex aduerſo egredientes a pharaone: ⁊ dixerunt ad eos. Uideat dn̄s ⁊ iudicet qm̄ fetere feciſtis odorem noſtrū coram pharaone ⁊ ſeruis eis: ⁊ p̄buiſtis ei gladium vt occideret nos. Reuerſuſq́ȝ eſt moyſes ad dn̄m: ⁊ ait. Dn̄e cur affixiſti populum iſtum? Quare miſiſti me? Ex eo enīȝ quo ingreſſus ſuȝ ad pharaonē vt loquerer ex nomine tuo afflixit populum tuum: ⁊ non liberaſti eos.

¶ Ca. Sū. ¶ Dominus mandat q̄ eruet eos de manu egyptiorūȝ: populus nō audit. Narrant̄ generatiōes ruben Symeō ⁊ leui vſq́ȝ ad moyſen ⁊ aaron. Ca. vj.

Dixit dn̄s ad moyſen. Nūc videbis que facturus ſum pharaoni. Per manū enim fortē dimittet eos: ⁊ in manu robuſta eijciet illos de terra ſua. Locutuſq́ȝ eſt dominꝰ ad moyſen, dicēs. Ego dominus q apparui habraā iſaac ⁊ iacob in deo omnipotente: ⁊ nomen meū adonay nō indicaui eis. Pepigiq́ȝ fedus cū eis, vt darem eis terram chanaan: terraȝ peregrinationis eorum in qua fuerunt aduene. Ego audiui gemitum filiorum iſrael quo egyptij oppreſſerunt eos: ⁊ recordatus ſum pacti mei. Ideo dic filijs iſrael. Ego dn̄s qui educaȝ vos de ergaſtulo egyptiorum: ⁊ eruam de ſeruitute: ac redimā in brachio excelſo ⁊ iudicijs magnis ⁊ aſſumam vos mihi in populuȝ ⁊ ero veſter deus. Et ſcitis q̄ ego ſuȝ dominus deꝰ veſter qui eduxerim vos de ergaſtulo egyptiorū: ⁊ induxerim vos in terram ſuper quam leuaui manū meam vt darem eam habraam iſaac ⁊ iacob: daboq́ȝ illaȝ poſſidendā vobis ego dominus. Narrauit ergo moyſes omnia filijs iſrl̄. Qui non acquieuerunt ei propter anguſtiam ſpiritus ⁊ opus duriſſimum. Locutuſq́ȝ eſt dominus ad moyſen dicens. Ingredere ⁊ loquere ad pharaonem regem egypti vt dimittat filios iſrael de terra ſua. Reſpondit moyſes coraȝ domino. Ecce filij iſrael nō audiūt me: ⁊ quomodo audiet pharao: preſertim cuȝ incircūciſus ſim labijs. Locutuſq́ȝ eſt dominus ad moyſen ⁊ aaron: ⁊ dedit mandatū ad filios iſrael ⁊ ad pharaonem regem egypti: vt educerēt filios iſrael de terra egypti. Iſti ſunt principes domoruȝ per familias ſuas. Filij ruben primogeniti iſraelis: enoch ⁊ phallu: eſron ⁊ charmi. He cognationes ruben. Filij ſymeon iamuel ⁊ iamin ⁊ aod ⁊ iachin ⁊ ſaher ⁊ ſaul filius chananitidis. He progenies ſymeon. Et hec nomina filioruȝ leui per cognationes ſuas: gerſon: ⁊ caath ⁊ merari. Anni autem vite leui fuerunt centuȝ triginta ſeptē. Filij gerſon lebni ⁊ ſemei per cognatiōes ſuas. Filij caath amran ⁊ iſuar ⁊ hebron ⁊ oziel. Anni quoq́ȝ vite caath centū triginta tres. Filij merari mooli ⁊ muſi. He cognationes leui per familias ſuas. Accepit auteȝ amram vxorem iochabeth patruelem ſuam: que peperit ei aaron ⁊ moyſen ⁊ mariā. Fueruntq́ȝ anni vite amram cētū triginta ſeptē: filij quoq́ȝ iſuar: chore ⁊ napheg ⁊ ſechri. Filij quoq́ȝ oziel, miſael ⁊ eliſaphan ⁊ ſechri. Accepit autem aaron vxorem eliſabeth filiam aminadab ſororem naaſon: q peperit ei nadab ⁊ abiu ⁊ eleaȝar ⁊ ithamar Filij quoq́ȝ chore: aſer ⁊ helcana ⁊ abiaſab He ſunt cognationes chorítarum At vero eleaȝar filius aaron accepit vxorem de filiabus phutiel: que peperit ei phinees. Hi ſunt principes familiarum leuiticaȝ per cognatiōes ſuas. Iſte eſt aaron ⁊ moyſes qbus pcepit dn̄s vt educerent filios iſrael de terra egypti p turmas ſuas. Hi ſunt qui loquūtur ad pharaonem regeȝ egypti vt educant filios iſrael de egypto. Iſte eſt moyſes ⁊ aaron in die qua locutus eſt dn̄s ad moyſen in terra egypti. Et locutus eſt dn̄s ad moyſen dicens. Ego dn̄s. Loquere ad pharaonē regeȝ egypti omnia q̄ loquor tibi. Et ait moyſes co-

Job patientiſſimus hoc tpe claret

Ianes ⁊ mābres pharaōis malefici viri doctiſſimi claret.

ſup. j. b. gen. 46. b Nu. 26. a. j. par. 5. b

j. par. 22. a

ſup. 2. a. Nu. 26. b

ras domino. En incircūcisus labijs sum. Quomodo audiet me pharao.

¶ Ca. Sū. ¶ Moyses deus pharaonis cōstituitur. Intrant ad pharaonē moyses ⁊ aaron: virga vertit in colubrū: aqua virga percutitur ⁊ fit sanguis. Ca. vij.

A

Dixitq; dñs ad moysen Ecce constitui te deum pharaonis: ⁊ aaron frater tuus erit propheta tuus. Tu + loqueris ei omnia que mādo tibi: ⁊ ille loquetur ad pharaonē vt dimittat filios isrl de terra sua. Sed ego indurabo cor ei⁹ ⁊ multiplicabo signa ⁊ ostenta mea in terra egypti: ⁊ nō audiet vos. Immittamq; manuz meā super egyptū: ⁊ educam exercitū ⁊ populum meū filios isrl de terra egypti: p iudicia maxima. Et scient egyptij: q2 ego sum dñs q extēderim manū meaz super egyptum: ⁊ eduxerim filios israel de medio eoꝝ. Fecit itaq; moyses ⁊ aaron sicut preceperat dñs: ita egerūt. Erat aūt moyses octoginta annorū: ⁊ aaron octogintatrium quādo locuti sunt ad pharaonē.

B

Dixitq; dñs ad moysen ⁊ aaron. Cum dixerit vobis pharao ostēdite signa: dices ad aaron. Tolle virgam tuā ⁊ proijce eā coram pharaone: ac vertatur in colubrum. Ingressi itaq; moyses ⁊ aarō ad pharaonez: fecerūt sicut preceperat dñs. Tulitq; aaron virgam coram pharaone: ⁊ seruis eius: que versa est in colubrum. Uocauit autem pharao sapientes ⁊ maleficos: ⁊ fecerunt etiam ipsi per incantatiōes egyptiacas ⁊ arcana q̄dam similiter. Proiecerūtq; singuli virgas suas q̄ verse sunt in dracones. Sed deuorauit virga aaron virgas eoꝝ. Induratūq; est cor pharaonis ⁊ nō audiuit eos sicut preceperat dñs. Dixit autez dominus ad moysen. Ingrauatuz est cor pharaonis ⁊ nō vult dimittere populuz. Uade ad eū mane. Ecce egredietur ad aquas. Et stabis in occursum eius super ripam fluminis: ⁊ virgaz que cōuersa est in draconem tolles in manu tua: dicesq; ad eum. Dominus deus hebreoꝝ misit me ad te: dicens. Dimitte ppl'm meū vt sacrificet mihi in deserto: ⁊ vsq; ad pñs audire noluisti. Hec igit dicit dñs. In hoc scies q sim dñs. Ecce pcutiā vga q̄ in manu mea ē aquā fluminis ⁊ vertet in sanguine. Pisces quoq; qui sunt in fluuio morient: ⁊ computrescēt aque ⁊ affligentur egyptij bibentes aquā fluminis. Dixit quoq; domin⁹ ad moysen. Dic ad aaron. Tolle virgam tuam ⁊ extende manū tuam super aquas egypti: ⁊ sup fluuios eoꝝ: ⁊ riuos: paludes: ⁊ omnes lacus aquarum: vt vertantur in sanguinem: ⁊ sit cruor in omni terra egypti tam in ligneis vasis q̄z in saxeis. Fecerūtq; moyses ⁊ aaron sicut preceperat dominus. Et eleuans virgam percussit aquam fluminis coraz pharaone ⁊ seruis eius. Que versa est in sanguinem: ⁊ pisces qui erāt in flumine mortui sūt. Cōputruitq; fluuius ⁊ non poterant egyptij bibere aquaz fluminis. Et fuit sanguis in tota terra egypti. Feceruntq; similiter malefici egyptiorum incantationibus suis. Et induratum est cor pharaonis nec audiuit eos sicut preceperat domin⁹. Auertitq; se ⁊ ingressus est domū suaz: nec apposuit cor etiam hac vice. Foderunt autem oēs egyptij per circuitum fluminis aquā vt biberēt. Nō enim poterant bibere aquam fluminis. Impletiq; sunt septē dies postq̄z percussit dñs fluuium.

¶ Ca. Sū. ¶ Percutit egyptū. Rane sūt: cinifes ⁊ musca grauissima. Ca. viij.

A

Dixit quoq; dominus ad moysen. Ingredere ad pharaonem: ⁊ dices ad euz. Hec dicit dominus. Dimitte populum meum: vt sacrificet mihi Si autem nolueris dimittere: ecce ego percutiaz omnes terminos tuos ranis ⁊ ebulliet fluuius ranas. Que ascēdēt ⁊ ingredientur domū tuam ⁊ cubiculum lectuli tui: ⁊ super stratū tuū: ⁊ in domos seruorum tuorū: ⁊ in populum tuum: ⁊ in furnos tuos ⁊ in reliquias ciborum tuorum: ⁊ ad te ⁊ ad populuz tuū: ⁊ ad omnes seruos tuos intrabunt rane.

B

Dixitq; dominus ad moysen. Dic ad aaron. Extēde manū tuā super fluuios ⁊ super riuos ⁊ paludes: ⁊ educ ranas super terraz egypti. Extende aaron manuz super aquas egypti: ⁊ ascenderunt rane operueruntq; terram egypti. Fecerunt aūt ⁊ malefici p incantationes suas similiter eduxeruntq; ranas super terraz egypti. Uocauit autem pharao moysen ⁊ aaron ⁊ dixit eis. Orate dominū auferat ranas a me ⁊ a populo meo: ⁊ dimittam populum vt sacrificet dño. Dixitq; moyses + ad pharaonē.

Marginal notes (left): Ms + loquere. — 26. q. 5. c. nec mirum. 2. thi. 3. b — 1. q. j. c. teneam⁹ 26. q. 5. c. nec mirum de cōse. di. 2. c. fuera infra eo. — 23. q. 4. ca. nabuchodonosor. — C Archi. de re iudi. c 2. lib. 6. infra. 8 a — Infra. 13. a.

Marginal notes (right): B 1. q. j. c. teneam⁹ de cōse. di. 2. c. rem. ra vert... curre... prima plaga. sanguinis. — A supra 7... — B 2ª plaga ranarum. 1. q. j. c. teneamus in glo. De pe. di. j. c. Nullus debi... re i glo. Alias + pharaonē.

Constitue mihi quando deprecer pro te ⁊ pro seruis tuis ⁊ ꝓ populo tuo: vt abigantur rane a te: ⁊ a domo tua ⁊ a seruis tuis ⁊ a populo tuo: ⁊ tantum in flumine remaneant. Qui respondit. Cras. At ille: iuxta inquit verbum tuum faciam: vt scias quoniam non est sicut dominus deus noster: ⁊ recedent rane a te: ⁊ a domo tua ⁊ a seruis: ⁊ a populo tuo ⁊ tantum in flumine remanebunt egressiqꝫ sunt moyses ⁊ aaron a pharaone ⁊ clamauit moyses ad dominum pro sponsione ranarū: quā condixerat pharaoni. Fecitqꝫ dñs iuxta verbū moysi: ⁊ mortue sunt rane de domibus ⁊ de villis ⁊ de agris. Congregaueruntqꝫ eas in immensos aggeres ⁊ computruit terra. Uidens aūt pharao ꝙ data esset requies ingrauauit cor suū: ⁊ nō audiuit eos sicut preceperat dñs. Dixitqꝫ dñs ad moysen. Loquere ad aaron. Extende virgā tuam ⁊ percute puluerem terre: ⁊ sint scynifes in vniuersa terra egypti. Feceruntqꝫ ita. Extendit aaron manū virgam tenēs: percussitqꝫ puluerē terre: ⁊ facti sunt scynifes in hominib⁹ ⁊ iumētis. Omnis puluis terre versus est in scynifes ꝑ totā terrā egypti. Feceruntqꝫ sic malefici incantationibus suis vt educerēt scynifes: ⁊ nō potuerūt. Erātqꝫ scynifes tā in hominibus qꝫ in iumētis. Et dixerunt malefici ad pharaonē. Digitus dei est hic. Induratumqꝫ est cor pharaonis: ⁊ non audiuit eos sicut ꝓceperat dñs. Dixit quoqꝫ dñs ad moysen. Consurge diluculo ⁊ sta coram pharaone. Egredietur enim ad aquas. Et dices ad eū. Hec dicit dñs. Dimitte populū meū vt sacrificet mihi. Quod si nō dimiseris eū ecce ego mittā in te ⁊ in seruos tuos ⁊ in populū tuū ⁊ in domos tuas omne genus muscarū: ⁊ implebunt oēs domus egyptiorū muscis diuersi generis: ⁊ vniuersa terra in q̄ fuerint. Faciāqꝫ mirabilē in die illa terrā gessen in qua populus me⁹ est: vt nō sint ibi musce Ut scias qm̄ ego dñs in medio terre ponāqꝫ diuisionē inter ppl'm meū ⁊ ppl'm tuū. Cras erit signū istud. Fecitqꝫ dñs ita. Et venit musca grauissima in domos pharaonis ⁊ seruorū eius ⁊ in oēm terrā egypti: corruptaqꝫ ē terra ab huiuscemodi muscis. Uocauitqꝫ pharao moysen ⁊ aaron: ⁊ ait eis. Ite ⁊ sacrificate deo vestro i terra hac. Et ait moyses. Nō pōt ita fieri. Abhominationes enim egyptiorum immolabimus domino deo nostro: Quod si mactauerimus ea que colunt egyptij coram eis: lapidibus nos obruent. Uiam trium dierum pergemus in solitudinem: ⁊ sacrificabimus domino deo nostro: sicut precepit nobis. Dixitqꝫ pharao. Ego dimittā vos vt sacrificetis dño deo vestro in deserto verūtamē longius ne abeatis. Rogate pro me. Et ait moyses. Egressus a te orabo dñm: ⁊ recedet musca a pharaone ⁊ a seruis suis ⁊ a populo eius cras. Uerūtamē noli vltra fallere: vt nō dimittas populum sacrificare domino. Egressusqꝫ moyses a pharaone: orauit dñm. Qui fecit iuxta verbū illi⁹: ⁊ abstulit muscas a pharaōe ⁊ a seruis suis ⁊ a populo ei⁹. Non superfuit nec vna qdem. Et ingrauatum est cor pharaonis: ita vt nec hac quidem vice dimitteret populum.

Capituli Summarium. Mors pecudum: vesicetur gentes: ⁊ grando: pharao promittit dimittere populum: moyses orat dominum: ⁊ tonitrua cessant: pharao postea non vult dimittere populum. Ca. ix.

Dixit aūt dñs ad moysen. Ingredere ad pharonē ⁊ loquere ad eum. Hec dicit dñs deus hebreorū. Dimitte ppl'm meum: vt sacrificet mihi. Quod si adhuc renuis ⁊ retines eos: ecce man⁹ mea erit super agros ⁊ sup equos ⁊ asinos: ⁊ camelos ⁊ oues ⁊ boues: pestis valde grauis. Et faciet dñs mirabile inter possessiones isrl' ⁊ possessiones egyptiorum: vt nil omnino pereat ex his que ptinent ad filios israel. Constituitqꝫ dñs tēpus dicens. Cras faciet dñs verbum istud in terra. Fecit ergo dñs verbum hoc altera die: ⁊ mortua sunt omnia animantia egyptiorum. De animalib⁹ vero filiorū israel nihil omnino periit. Et misit pharao ad videndum: nec erat quicꝙ mortuū de his q̄ possidebat isrl'. Ingrauatūqꝫ est cor pharaonis: ⁊ nō dimisit ppl'm. Et dixit dñs ad moysen ⁊ aaron. Tolle plenas manus cineris de camino: ⁊ spargat illū moyses in celū corā pharaone: sitqꝫ puluis sup oēm terram egypti. Erūt enim in hominib⁹ ⁊ iumētis vlcera ⁊ vesice ⁊ turgētes in vniuersa terra egypti. Tuleruntqꝫ cinerē de camino. ⁊

Marginalia (left): C — suꝑa.7.g — D — plaga. gnificū. q.j.c.re cans⁹. i lo. — E — infra.9.c — Nihil e cini- io con- litur. plaga. F Musca um. — Diony. ⁊ liter timēs gyptus ura p er pla-

Marginalia (right): gas dei & git i in dia ⁊ eaꝫ domuit. G supra.3.f — A — Quinta plaga. Mortalitatis animaliū — B

steterunt corã pharaone: ⁊ sparsit illud moyses in celũ. Factaqꝫ sunt vlcera vesicarũ turgentium in hoĩbus ⁊ iumentis: nec poterãt malefici stare corã moyse propter vlcera q̃ in illis erãt: ⁊ in omni terra egypti. Indurauitqꝫ dñs cor pharaonis ⁊ nõ audiuit eos: sicut locutus est dominus ad moysen. Dixitqꝫ dominus ad moysen. Mane consurge ⁊ sta coram pharaone: ⁊ dices ad eũ. Hec dicit dñs deus hebreoꝝ. Dimitte populum meum vt sacrificet mihi: q: in hac vice mittam oẽs plagas meas super cor tuũ ✠ ⁊ super ✠ seruos tuos ⁊ super pplm tuum: vt scias ꝙ nõ sit similis mei in omni terra. Nũc enim extẽdens manũ pcutiã te ⁊ populum tuũ peste: peribisqꝫ de terra. Idcirco aũt posui te vt ostẽdam in te fortitudinẽ meã: ⁊ narretur nomẽ meum in omni terra. Adhuc retines pplm meũ: ⁊ nõ vis eũ dimittere? En pluã cras hac ipsa hora grãdinẽ multã nimis: qualis nõ fuit in egypto a die qua fundata est vsqꝫ in p̃ns tẽpus. Mitte ergo iam nunc ⁊ congrega iumẽta tua: ⁊ omnia q̃ hẽs in agro. Homines enim ⁊ iumẽta ⁊ vniuersa q̃ inuẽta fuerint foris nec ꝯgregata de agris: cecideritqꝫ sup ea grando: morienf. Qui timuit verbũ dñi de seruis pharaõis fecit confugere seruos suos ⁊ iumẽta in domos Qui aũt neglexit ſmonẽ dñi: dimisit seruos suos ⁊ iumẽta in agris. Et dixit dñs ad moysen. Extende manũ tuã in celum vt fiat grãdo in vniuersa terra egypti: super homines: ⁊ sup iumenta: ⁊ super oẽm herbam agri in terra egypti. Extenditqꝫ moyses virgam in celũ: ⁊ dñs dedit tonitrua ⁊ grandinẽ ac discurrẽtia fulgura super terrã. Pluitqꝫ dñs grãdinẽ sup terras egypti: ⁊ grando ⁊ ignis mixta pariter ferebanf. Tanteqꝫ fuit magnitudinis quanta ante nunq̃ꝫ apparuit in vniuersa terra egypti: ex quo gens illa condita ẽ. Et pcussit grando in omni terra egypti cuncta q̃ fuerunt in agris: ab homine vsqꝫ ad iumentũ. Cunctãqꝫ herbã agri percussit grãdo ⁊ omne lignũ regionis cõfregit. Tm̃ in terra gessen vbi erant filij israel grando non cecidit. Misitqꝫ pharao ⁊ vocauit moysen ⁊ aaron dicens ad eos. Peccaui etiã nũc. Dñs iust⁹: ego ⁊ populus meus impij. Orate dñm vt desinãt tonitrua dei ⁊ grando vt dimittam vos: ⁊ neq̃ꝫ hic vltra maneatis. Ait moyses. Cum egressus fuero de vrbe extẽdam palmas meas ad dñm: ⁊ cessabũt tonitrua ⁊ grãdo non erit. vt scias q: dñi est terra. Noui aũt ꝙ ⁊ tu ⁊ serui tui necdũ timeatis dñm deũ. Linũ ergo ⁊ hordeum lesum est: eo ꝙ hordeũ esset virens: ⁊ linũ iam folliculos germinaret. Triticũ autẽ ⁊ far nõ sunt lesa q: serotina erãt. Egressusqꝫ moyses a pharaone ex vrbe tetẽdit manus ad dñm: ⁊ cessauerunt tonitrua ⁊ grando nec vltra stillauit pluia sup terras. Uidẽs aũt pharao ꝙ cessasset pluuia ⁊ grando ⁊ tonitrua: auxit peccatum. ⁊ ingrauatum est cor eius ⁊ seruorũ illius: ⁊ induratum ✠ nimis: nec dimisit israel sicut preceperat dñs per manum moysi.

septima plaga vlcerum.
C
sup. 8. c.
supra eo.
Alś sup est ✠ ⁊
D
Alś hꝫ ✠ oẽs.
Ro. 9. d.
Genua ciuitas condif.
E
septia plaga grãdinis.
ps. 77.
ps. 104.
F
xj. q. j ca. ecclia. 9.
Ite peccatõ egyptiorum.
G
Alś h ✠ est

C Capituli Sũma. C hic venit locusta postea tenebre. Ca. x.

Et dixit dñs ad moysen. Ingredere ad pharaonẽ. Ego enim indurauí cor eius ⁊ seruorũ illius vt faciam signa mea hec in eo: ⁊ narres in aurib⁹ filij tui ⁊ nepotũ tuoꝝ: quotiẽs cõtriuerim egyptios ⁊ signa fecerim in eis: ⁊ sciatis q: ego dñs. Introierunt ergo moyses ⁊ aaron ad pharaonẽ: ⁊ dixerunt ei. Hec dicit dñs deus hebreorum. Usqꝫquo nõ vis subijci mihi? Dimitte populũ meũ: vt sacrificet mihi. Sin autẽ resistis: ⁊ non vis dimittere eũ: ecce ego inducã cras locustam in fines tuos que operiet superficiẽ terre: ne quicq̃ꝫ eius appareat: sed comedaf quod residuũ fuerit grãdini. Corrodet enim omnia ligna que germinãt in agris ⁊ implebunt domos tuas ⁊ seruoꝝ tuoꝝ ⁊ omniũ egyptiorũ: quantã nõ viderunt patres tui ⁊ aui ex quo orti sunt sup terrã vsqꝫ in p̃sentem diem. Auertitqꝫ se: ⁊ egressus est a pharaone. Dixerũt autem serui pharaonis ad eũ. Usqꝫquo patiemur hoc scandalũ. Dimitte homines: vt sacrificent dño deo suo. Nõne vides ꝙ perierit egyptus. Reuocaueruntqꝫ moysen ⁊ aaron ad pharaonẽ. Qui dixit eis. Ite sacrificate dño deo vestro. Qui nã sũt q̃ ituri sũt? Ait moyses: cũ paruulis nostris ⁊ senioribus pgemus cũ filijs ⁊ filiabus cũ ouibus ⁊ armẽtis. Est. n. solẽnitas dñi dei nostri. Et respõdit pharao. Sic dñs sit vobiscum quõ ego dimittam

A
23. q. nabuchodonosor
S. 7. c. S. 9. a.
B
C

vos ꝛ paruulos vestros. Cui dubium est ꝙ pessime cogitetis? Nō fiat ita: sed ite tm̄ viri ꝛ sacrificate dn̄o. hoc eni ꝛ ipsi petistis. Statimqꝫ eiecti sunt de cōspectu pharaonis. Dixit autē dn̄s ad moysen. Extēde manū tuā super terrā egypti ad locustā vt ascendat super terram: ꝛ deuoret oēm herbā que residua fuerit grandini. Et extēdit moyses virgā super terrā egypti: ꝛ dn̄s induxit vētū vrentē tota die illa ꝛ nocte. Et mane facto ventus vrens leuauit locustas. Que ascenderunt super vniuersam terrā egypti ꝛ sederūt in cunctis finibus egyptiorū innumerabiles: quales ante illud tēpus nō fuerāt nec postea future sunt. Operueruntqꝫ vniuersam superficiē terre vastantes omnia. Deuorata est igit herba terre ꝛ quicquid pomorū in arboribus fuit q̄ grādo dimiserat. Nihil quoqꝫ omnino virens relictū est in lignis ꝛ in herbis terre: in cūcta egypto. Quobrē festinus pharao vocauit moysen ꝛ aarō: ꝛ dixit eis. Peccaui in dn̄m deuꝫ vestrū ꝛ in vos. Sed nūc dimittite peccatū mihi etiam hac vice: ꝛ rogate dn̄ꝫ deū vestrū vt auferat a me mortē istaꝫ. Egressusqꝫ est moyses de cōspectu pharaonis ꝛ orauit dn̄m. Qui flare fecit vētū ab occidēte vehemētissimū: ꝛ arreptā locustā proiecit in mare rubrū. Nō remāsit nec vna quidē in cūctis finibus egypti. Et indurauit dn̄s cor pharaonis: nec dimisit filios isrl̄. Dixit autē dn̄s ad moysen. Extende manū tuā in celū: ꝛ sint tenebre super terrā egypti tā dense vt palpari queāt. Extenditqꝫ moyses manū in celū. Et facte sunt tenebre horribiles in vniuersa terra egypti. Tribus diebus nemo vidit frēꝫ suū nec mouit se de loco in quo erat. Ubicūqꝫ aūt habitabāt filij isrl̄ lux erat. Uocauitqꝫ pharao moysen ꝛ aaron: ꝛ dixit eis. Ite sacrificate dn̄o. Oues tm̄ vestre ꝛ armēta remaneant: paruuli vestri eāt vobiscū. Ait moyses. Hostias quoqꝫ ꝛ holocausta dabis nobis: que offeramus dn̄o deo nr̄o. Cuncti greges pergent nobiscū. Nō remanebit ex eis vngula que necessaria sunt in cultū dn̄i dei nr̄i: presertim cū ignoremus quid debeat immolari: donec ad ipꝫ locū perueniamus. Indurauit aūt dn̄s cor pharaonis: ꝛ noluit dimittere eos. Dixitqꝫ pharao ad moysen. Recede a me ꝛ caue ne vltra videas faciē meam: quocūqꝫ die apparueris mihi morieris. Respondit moyses. Ita fiat vt locutus es. Non videbo vltra faciē tuam.

Ps. 104. Sap. 16.b Joel. j.a Apoc. 9.a — D — Octaua plaga locustarū. — E — Ps. 135. — Ps. 104. — F — ix. plaga tenebrarū: Sap. 17.a. — G

¶ Ca. Sū. ¶ Loquit dn̄s ad moysen de morte primogenitorum: ꝛ de vasis ꝛ vestibus petendis ab egyptijs: ꝛ de pharaonis obstinatione. Cap. xi.

Et dixit dn̄s ad moysē. Adhuc vna plaga tangā pharaonem ꝛ egyptū ꝛ post hec dimittet vos ꝛ exire cōpellet. Dices ergo omni plebi vt postulet vir ab amico suo: ꝛ mulier a vicina sua vasa argentea ꝛ aurea ꝛ vestem. Dabit aūt dn̄s grām ppl̄o suo corā egyptijs. Fuitqꝫ moyses vir magnus valde in terra egypti coram seruis pharaonis ꝛ oī ppl̄o. Et ait. Hec dicit dn̄s. Media nocte ingrediar in egyptū ꝛ morietur oē primogenitū in terra egyptiorū: a primogenito pharaonis qui sedet in solio eius vsqꝫ ad primogenitū ancille que est ad molā: ꝛ oīa primogenita iumentorū. Eritqꝫ clamor magnus in vniuersa terra egypti qualis nec ante fuit nec postea futurus est. Apud oēs aūt filios isrl̄ nō mutiet canis ab hoīe vsqꝫ ad pecus: vt sciatis quāto miraculo diuidet dn̄s egyptios ꝛ israel. Descēdentqꝫ omnes serui tui isti ad me ꝛ adorabūt me dicētes. Egredere tu ꝛ oīs ppl̄s qui subiectus est tibi. Post hec egrediemur. Et exiuit a pharaone iratus nimis. Dixit autē dn̄s ad moysen. Non audiet vos pharao: vt multa signa fiāt in terra egypti. Moyses autem ꝛ aaron fecerūt omnia signa ꝛ ostenta que scripta sunt corā pharaone. Et indurauit dn̄s cor pharaonis: nec dimisit filios isrl̄ de terra sua.

A — sup. 3.F. ifra. 12.e. ps. 104. — eccl. 43.D — B — ifra. 12.a ps. 77. 134 — C — D — al. portēta.

¶ Ca. Sū. ¶ De esu agni: de sanguine super postes: de fermēto: de exitu de egypto: de religione phase. Ca. xij.

A Dixit quoqꝫ dñs ad moysen ⁊ aaron in terra egypti. Mēsis iste vobis principiū mēsiū: primꝰ erit in mēsibꝰ anni. Loquimini ad vniuersū cetū filiorꝫ isrl̄: ⁊ dicite eis. Decima die mēsis huiꝰ tollat vnusqsqꝫ agnū p familias ⁊ domos suas. Sin aūt minor ē nūerꝰ vt sufficere possit ad vescēdū agnū: assumet vicinū suū q iunctꝰ est domui eiꝰ iuxta nūerū aiarū q sufficere possūt ad esū agni. Erit aūt agnꝰ absqꝫ macula masculꝰ anniculus. Juxta quē ritū tolletis ⁊ hedū: ⁊ seruabitis eum vsqꝫ ad q̄rtādecimā diem mēsis huiꝰ. Jmmolabitqꝫ eum vniuersa multitudo filiorꝫ israel ad vesperam. Et sumēt de sanguine eiꝰ ac ponent super vtrūqꝫ postē: ⁊ in superliminaribus domorꝫ in qbꝰ comedēt illū. Et edent carnes nocte illa assas igni: ⁊ azimos panes cū lactucis agrestibꝰ. Nō comedetis ex eo crudū qd nec coctū aq̄: sꝫ assum tm̄ igni. Caput cū pedibus eius ⁊ intestinis vorabitis: nec remanebit qcq̄ ex eo vsqꝫ mane. Si quid residuū fuerit: igne cōburetis. Sic autē comedetis illum. Renes vestros accingetis ⁊ calciamenta habebitis in pedibus: tenētes baculos in manibꝰ ⁊ comedetis festināter. Est enim phase .i. transitus dñi. Et trāsibo per terrā egypti nocte illa: percutiamqꝫ oē primogenitum in terra egypti ab hoīe vsqꝫ ad pecus: ⁊ in cunctis dijs egypti faciā iudicia: ego dominꝰ. Erit aūt sanguis vobis in signum in edibus in quibus eritis: ⁊ videbo sanguinē ⁊ trāsibo vos: nec erit in vobis plaga disperdēs: qñ percussero terrā egypti. C Habebitis aūt hanc diem in monimētū: ⁊ celebrabitis eā solēnē domino generationibus vestris cultu sempiterno. Septem diebꝰ azyma comedetis. Jn die primo nō erit fermentū in domibꝰ vestris. Quicūqꝫ comederit fermētū peribit aīa illa de isrl̄ a primo die vsqꝫ ad diē septimū. Dies prima erit sancta ⁊ solēnis: ⁊ dies septima eadē festiuitate venerabilis. Nihil operis facietis in eis: exceptis his que ad vescendū pertinēt ⁊ obseruabitis azyma. Jn eadē enim ipsa die educā exercitum vestrū de terra egypti: ⁊ custodietis diē istum in generationes vestras ritu perpetuo. Primo mense quartadecima die mensis ad vesperā: comedetis azyma vsqꝫ ad diē vicesimāprimā eiusdē mensis ad vesperā. Septē diebus fermētatum nō inuenietur in domibꝰ vestris. Qui comederit fermētatū: peribit aīa eius de cetu israel: tā de aduenis q̄ꝫ de indigenis terre. Oē fermētatū nō comedetis. Jn cunctis habitaculis vestris edetis azyma. D Uocauit aūt moyses oēs seniores filiorū isrl̄ ⁊ dixit ad eos. Jte tollētes aial per familias vestras: ⁊ immolate phase. Fasciculumqꝫ hysopi tingite in sanguine q est in limine ⁊ aspergite ex eo superliminare ⁊ vtrūqꝫ postē. Nullus vestrū egrediat̄ ostiū domꝰ sue vsqꝫ mane. Trāsibit.n. dñs percutiens egyptios. Cūqꝫ viderit sanguinē in superliminari ⁊ in vtroqꝫ poste: trāscēdet ostiū domꝰ: ⁊ nō sinet percussorē ingredi domos vestras ⁊ ledere. Custodi verbū istud legitimū: tibi ⁊ filijs tuis vsqꝫ in eternum. Cūqꝫ introieritis terrā quā dñs deꝰ daturus ē vobis vt pollicitꝰ est: obseruabitis cerimonias istas. Et cū dixerint vobis filij vestri que ē ista religio: dicetis eis. Uictima trāsitus dñi est: qñ trāsiuit sup domos filiorꝫ israel in egypto percutiēs egyptios ⁊ domos nostras liberās. Jncuruatusqꝫ ppl̄s adorauit. Et egressi filij israel fecerunt sicut preceperat dominus moysi ⁊ aaron. Factū est aūt in noctis medio percussit dñs oē primogenitū in terra egypti: a primogēito pharaonis qui in solio eius sedebat: vsqꝫ ad primogenitū captiue que erat in carcere: ⁊ oē primogenitū iumentorꝫ. Surrexit pharao nocte ⁊ oēs serui eius cūctaqꝫ egyptus: ⁊ ortꝰ est clamor magnꝰ in egypto. Neqꝫ enim erat domus in qua nō iaceret mortuus. E Uocatisqꝫ pharao moyse ⁊ aarō nocte ait. Surgite: egredimini a populo meo vos ⁊ filij israel. Jte ⁊ immolate dño sicut dicitis. Oues vestras ⁊ armēta assumite vt petieratis: ⁊ abeūtes benedicite mihi. Urgebantqꝫ egyptij ppl̄m israel de terra exire velociter dicētes. Oēs moriemur. Tulit igit̄ ppl̄s conspersā farinā anteq̄ꝫ fermentaret̄: ⁊ ligās in pallijs posuit sup humeros suos. Feceruntqꝫ filij israel sicut preceperat dñs moysi. Et petierunt ab egyptijs vasa argentea ⁊ aurea: vestēqꝫ plurimā. Dñs aūt dedit grām ppl̄o coram egyptijs: vt cōmodarēt eis ⁊ spoliauerūt egyptios. F Profectiqꝫ sunt filij isrl̄ de ramesse in socoth sexcēta ferme milia peditū virorū

Agnꝰ paschalis.
Edus paschalis.
De ɔ̄s.d. 2.c. qd sit sanguis. di.xj.c. ecclesiastica ru.i glo.
B
habē.11.c
Leui.23.a Nu. 28. b.c.

di.xi.c. ecclesiastica in. A scriptura in glo.
De ɔ̄s.di. 2.c. Quid sit sanguis. ⁊c. accipitur
Decima plaga primogenitorum
ps.77. supra.14. sap.18.b.
Exitꝰ de egypto ps.77. ps.104 ps.134. sap.18.b.
ō.c.3.⁊.5
14.q.5.c. scriptus.
.9.c.

absq3 paruulis & mulierib⁹: sed & vulg⁹ promiscuū innumerabile ascēdit cū eis: oues & armēta & animātia diuersi generis multa nimis. Coxerūtq3 farinā quā dudū de egypto cōspersā tulerāt: & fecerūt subcinericios panes azymos. //Neq3.n. poterat fermētari cogētib⁹ exire egyptijs: & nullā facere sinētib⁹ morā: nec pulmēti quicq3 occurrerat pparare. Habitatio aūt filiorū israel quā manserūt in egypto fuit quadringētorū triginta annorū. Quib⁹ expletis eadem die egressus est oīs exercit⁹ dñi de terra egypti. Nox est ista obseruabilis dñi: qñ eduxit eos de terra egypti. Hanc obseruare debēt oēs filij israel in generationib⁹ suis. Dixitq3 dñs ad moysen & aarō. Hec ē religio phase. Oīs alienigena nō comedet ex eo. Oīs aūt seru⁹ emptiti⁹ circūcidet: & sic comedet. Aduena & mercenari⁹ nō edēt ex eo. //In vna domo comedet: nec efferetis de carnib⁹ ei⁹ foras //nec os illi⁹ cōfringetis. Oīs cet⁹ filiorū israel faciet illud. Quod si quis peregrinorū in vestrā voluerit trāsire coloniā & facere phase dñi: circūcidet prius oē masculinū ei⁹: & tūc rite celebrabit: eritq3 sicut indigena terre. Si quis aūt circūcisus nō fuerit: nō vescet ex eo. Eadē lex erit indigene & colono q peregrinat apud vos. Feceruntq3 oēs filij israel sicut pceperat dñs moysi & aaron: & eadē die eduxit dñs filios israel de terra egypti per turmas suas.

¶ Ca. Su. ¶ De scificatiōe pmogenitorū: de azymis: per viam deserti pergunt: ossa ioseph deferunt. Columna ignis & nubis comitatur. Ca. xiij.

Locutusq3 est dñs ad moysen: dicēs. //Sanctifica mihi oē pmogenitu3 qd aperit vuluā in filijs israel: tā de hoīb⁹ q̄ de iumētis. Mea sunt.n. oīa. Et ait moyses ad ppl'm. //Mementote diei huius in q̄ egressi estis de egypto & de domo seruitutis: qm in manu forti eduxit vos dñs de loco isto: vt nō comedatis fermētatū panē. Hodie egredimini mēse nouarū frugū. Cūq3 introduxerit te dñs in terrā chananei: & ethei: & amorrei: & euei: & iebusei quā iurauit patrib⁹ tuis vt daret tibi terrā fluētē lacte & melle: celebrabis hūc morē sacrorū mēse isto. Septē dieb⁹ vesceris azymis & in die septio erit solēnitas dñi. Azyma comedetis septē dieb⁹. Nō apparebit apud te aliqd fermētatū nec in cunctis finib⁹ tuis. Narrabisq3 filio tuo in die illo dicens. Hoc est qd fecit mihi dñs qñ egressus sum de egypto. Et erit qsi signum in manu tua: & qsi monimentū an oculos tuos: & vt lex dñi semp sit i ore tuo. In manu.n. forti eduxit te dñs de egypto. Custodies huiuscemodi cultū statuto tpe a dieb⁹ in dies. Cūq3 introduxerit te dñs in terrā chananei sicut iurauit tibi & patrib⁹ tuis: & dederit tibi eā: separabis oē qd aperit vuluā dño: & qd pmitiuū est in pecorib⁹ tuis. Quicqd habueris masculini sex⁹ cōsecrabis dño. Primogenitu3 asini mutabis oue. Qd si nō redemeris interficies. Oē aūt pmogenitū hoīs de filijs tuis pcio redimes. Cūq3 interrogauerit te fili⁹ tu⁹ cras: dicēs: qd est hoc: rndebis ei. In manu forti eduxit nos dñs de terra egypti: de domo seruitutis. //Nā cū induratus eēt pharao & nollet nos dimittere: occidit dominus oē pmogenitū in terra egypti a pmogenito hoīs vsq3 ad pmogenitū iumētorū. Idcirco immolo dño oē qd aperit vuluā masculini sex⁹ & oīa pmogenita filiorū meorū redimo. Erit igit qsi signū in manu tua: & qsi appēsum qd ob recordationē ante oculos tuos: eo q in manu forti eduxit vos dñs de egypto. Igit cum emisisset pharao ppl'm: nō eos duxit dñs p viā terre philisthijm q̄ vicina ē reputās ne forte peniteret eū si vidisset aduersū se bella cōsurgere & reuerteretur + in egyptū: sed circūduxit per viā deserti: q̄ est iuxta mare rubrum. Et armati ascēderūt filij israel de terra egypti. Tulit quoq3 moyses ossa ioseph secū: eo q adiurasset filios israel dicēs. //Uisitabit vos deus: efferte ossa mea hinc vobiscū. Profectiq3 de sochot castrametati sūt i etham i extremis finib⁹ solitudinis. //Dñs aūt pcedebat eos //ad ostēdēdā viā p diē i colūna nubis: & p noctē i colūna ignis: vt dux eēt itineris vtroq3 tpe. //Nūq3 defuit colūna nubis per diem nec colūna ignis per noctē corā ppulo.

¶ Ca. Su. ¶ Insequitur pharao fugientes. Populus mãsit: pharao submergitur & equitatus eius. Ca. xiiij.

Locut⁹ ē aūt dñs ad moysen dicēs. Loquere filijs israel. Reuersi castrametentur e regiōe phiahiroth: q̄ est inter magdalū & mare cōtra beelsephō. In cōspectu ei⁹ castra ponetis sup mare. Dicturusq3 ē pharao sup filijs israel. Coarctati sūt in terra: cōclusit eos

Marginalia (left): Iñ ē ca. vi xit dñs. — Sup. 11.a. & sup. eo. & Re.6.b — Núeri. 9.8. — //24.q.1. c. audiui mus.3.9. — Si ait in & Iñ ē cū dñs. & c. q: ex sol. & ca. Oīs cet⁹. — Io.19.8. — A — infra.22. b.& 34.c. nū eri.2. b.& 8.c. — //15.q.1. cap. nec his q in victu a. De cons. c. magne. fo.113.

Marginalia (right): B — Deut.5. 16.q.3.c. porro. 23.q.5.c. Remittunt .§. hic notādum vbo egyptiaca. //23.q.5. c. remittunt .§. p scientes in fines. — C — sup eo.b //23.q.4. ca. Nabuchodonosor. 5.q.5.ca. nō oīs § .ñ. ppterea contumacem. — D — Alsē + in — Eccl.50. b. Iob.24.g 13.q.2.c. hebron. //Nu.14. ca. 1.cor.10. a.ps.14. //Nec.9. a. Columne ignis & nubis. — A

desertũ. Et indurabo cor ei⁹ ac psequet vos: ⁊ glorificabor i pharaone ⁊ in oi exercitu eius: scietqz egyptij: qz ego sum dñs. Feceruntqz ita. Et nũciatũ est regi egyptiorũ φ fugisset pplſ. immutatũqz est cor pharaonis ⁊ seruoꝝ eius sup pplm: ⁊ dixerunt. Quid voluimus facere vt dimitteremus isrl̃ ne seruiret nobis? Junxit ergo currũ: ⁊ oẽm pplm suũ assumpsit secũ. Tulitqz sexcẽtos currus electos ⁊ qcqd in egypto curruũ fuit: ⁊ duces toti⁹ exercit⁹. Jndurauitqz dñs cor pharaonis regis egypti ⁊ psecut⁹ est filios israel. At illi egressi erãt in manu excelsa. // Cũqz persequerent egyptij vestigia pcedẽtiũ: repperrerũt eos in castris super mare. Omnis equitatus ⁊ curr⁹ pharaonis ⁊ vniuersus exercitus erãt in phiairoth cõtra beelsephon. Cũqz appropinquasset pharao: leuantes filij isrl̃ oculos viderũt egyptios post se. Et timuerũt valde. Clamaueruntqz ad dñz: ⁊ dixerunt ad moysen. Forsitan nõ erant sepulcra in egypto: ideo tulisti nos vt moreremur i solitudine. Quid hoc facere voluisti: vt educeres nos ex egypto. Nõne iste est sermo quẽ loquebamur ad te in egypto: dicẽtes: recede a nobis vt seruiam⁹ egyptijs? Multo enim melius erat seruire eis: qz mori in solitudine. Et ait moyses ad populuz. Nolite timere. State ⁊ videte magnalia dñi que facturus est hodie. Egyptios eniz quos nunc videtis: nequaqz vltra videbitis vsqz in sempiternũ. Dñs pugnabit ꝓ vobis: ⁊ vos tacebitis. Dixitqz dñs ad moysen. Quid clamas ad me? Loquere filijs israel vt proficiscatur. Tu aũt eleua virgã tuã ⁊ extẽde manũ tuã sup mare ⁊ diuide illud: vt gradiant filij israel in medio mari per siccũ. Ego aũt indurabo cor egyptioꝝ vt persequant vos: ⁊ glorificabor in pharaone: ⁊ in omni exercitu eius: ⁊ in curribus ⁊ in equitibus illius. Et scient egyptij: qz ego sum dñs cum glorificatus fuero in pharaone: ⁊ in curribus atqz in equitibus eius. Tollensqz se angelus domini q precedebat castra israel: abijt post eos // ⁊ cũ eo pariter colũna nubis. Priora dimittẽs post tergum stetit inter castra egyptioꝝ ⁊ castra israel. Et erat nubes tenebrosa ⁊ illuminãs noctẽ: ita vt ad se inuicẽ toto noctis tpe accedere nõ valerẽt. // Cũqz extẽdisset moyses manũ sup mare: abstulit illud dñs flante vẽto vehementi ⁊ vrente tota nocte ⁊ vertit in siccuz. Diuisaqz est aqua: ⁊ ingressi sunt filij israel per mediũ sicci maris. Erat enim aqua quasi murus a dextera eoꝝ ⁊ leua. Persequentesqz egyptij ingressi sunt post eos: ⁊ omnis equitatus pharaonis currus eius ⁊ equites per mediũ maris: Jãqz aduenerat vigilia matutina // ⁊ ecce respiciens dñs super castra egyptioꝝ per colũnã ignis ⁊ nubis: interfecit exercitũ eoꝝ ⁊ subuertit rotas curruũ: ferebãturqz in ꝓfundũ. Dixerunt ergo egyptij. Fugiam⁹ israelẽ: dñs enim pugnat pro eis ↄtra nos: Et ait dñs ad moysen. Extẽde manũ tuã sup mare: vt reuertant aque ad egyptios super curr⁹ ⁊ eqtes eoꝝ. Cũqz extẽdisset moyses manũ ↄtra mare: reuersum est pmo diluculo ad priorẽ locũ. Fugiẽtibusqz egyptijs occurrerũt aque: ⁊ inuoluit eos dñs i medijs fluctibus. Reuerseqz sunt aque ⁊ operuerũt currus ⁊ equites cũcti exercitus pharaonis: qui sequẽtes ingressi fuerãt mare: nec vnus qdẽ supfuit ex eis. Filij autẽ israel preterierũt ꝑ mediũ sicci maris: ⁊ aq eis erãt qsi ꝓ muro a dextris ⁊ a sinistris: Liberauitqz dñs i die illo israel de manu egyptioꝝ: ⁊ viderũt egyptios mortuos super litt⁹ maris: ⁊ manũ magnã, quã exercuerat, dñs cõtra eos. Timuitqz pplſ dñz ⁊ crediderũt dño: ⁊ moysi seruo eius.

¶ Ca. Sũ. ¶ Decantant cãticuz: venerũt in marath: hic aque amare dulcorant: ⁊ postea in helim ⁊ in desertum syn. Ca. xv.

Tunc cecinit moyses ⁊ filij israel: carmen hoc dño: ⁊ dixerunt. // Cãtem⁹ dño. Gloriose eniz magnificat⁹ est: equũ ⁊ ascensorem deiecit in mare. // Fortitudo mea ⁊ laus mea dñs: ⁊ factus est mihi in

B Iosu.24.a. Iudit.5.b. Iosu.24.a. C D ps.79 B2.q.4.c. recurrat §.his ita l.x.vl do mui isrl̃ sup .13. c.e. ṡ.eo.b. E Nec.9.b.

Desse. visti.2.c. reuera. v. circumclusus. Iosu.2.b. c.4.d Judit.5. b. ps.77. Eccl.32.c F Judit.9. b Egyptij submerguntur. G sap.10.b 2.ca.⁊ cognouit Dist.3.ca. Sũt plures.⁊ auctoritas. ps.105. Esa.11.d H Infra.eo Canit domino moyses canticũ. ps.130.

Ps. 12. a

saluté. Iste deus meus & glorificabo eū: deus patris mei & exaltabo eū. Dñs quasi vir pugnator: dixit omnipotēs nomē eius currus pharaonis & exercitū eius piecit in mare. Electi pncipes ei⁹ submersi sunt in mari rubro: abyssi operuerūt eos: descenderūt in pfundū quasi lapis. Dextera tua dñe magnificata est in fortitudine: dextera tua dñe percussit inimicū: & in multitudine glorie tue deposuisti aduersarios meos. Misisti irā tuā que deuorauit eos sicut stipulā & in spū furoris tui ↄgregate sūt aque. Stetit vnda fluēs: ↄgregate sunt abyssi in medio mari. Dixit inimic⁹. Persequar & cōprehēdā: diuidā spolia: implebit aīa mea.

B

Euaginabo gladiū meū: interficiet eos manus mea. Flauit spūs tuus: & operuit eos mare: submersi sūt quasi plūbū in aqs vehemētibus. Quis silis tui i fortib⁹ dñe? Quis silis tui magnificus in scītate terribilis atq; laudabilis: & faciēs mirabilia? Extēdisti manū tuā: & deuorauit eos terra. Dux fuisti in misericordia tua: populo quē redemisti. Et portasti eū in fortitudine tua ad habitaculū scīm tuū. Ascēderūt populi & irati sunt: dolores obtinuerunt habitatores philistijm. Tunc ↄturbati sunt principes edom: robustos moab obtinuit tremor: obriguerūt oēs hītatores chanaan. irruat sup eos formido & pauor in magnitudine brachij tui. Fiāt imobiles quasi lapis: donec ptrāseat ppls tuus dñe donec pertrāseat ppls tuus iste quē possedisti. Introduces eos: & plātabis in mōte hereditatis tue firmissimo habitaculo tuo qd operatus es dñe. Sanctuariū tuū dñe: qd firmauerūt manus tue. Dñs regnabit ieternū & vltra. Ingressus est eniz eques pharao cū curribus & equitibus eius in mare: & reduxit sup eos dñs aquas maris. Filij aūt israel ambulauerūt per siccū in medio eius. Sūpsit ergo maria pphetissa soror aaron: tympanū in manu sua. Egresseq; sunt oēs mulieres post eā cū tympanis & choris: qbus pcinebat dicēs. Cātemus dño: Gloriose eniz magnificat⁹ est equū & ascēsorē eius deiecit in mare.

C

De pe. di. 3. ca. sunt plres. §. auctoritas.

D

Tulit autem moyses israel de mari rubro: & egressi sūt i desertū sur. Ambulauerūtq; tribus diebus per solitudinē & nō inueniebant aquā. Et venerūt in marath: nec poterant bibere aquas de marath eo q essent amare. Unde & ↄgruū loco nomē impo-suit: vocās illū marath. i. amaritudinē. Et murmurauit ppls cōtra moysen dicēs. Quid bibemus? At ille clamauit ad dñz. Qui ondit ei lignū: Quod cū misisset in aquas: i dulcedinē verse sunt. Ibi ↄstituit ei precepta atq; iudicia & ibi tentauit eū: dicēs. Si audieris vocē dñi dei tui: & qd rectū est corā eo feceris & obedieris mādatis eius: custodierisq; oīa pcepta illi⁹ cūctū lāgorē quē posui in egypto nō iducā sup te. Ego enim sum dñs deus saluator tuus. Uenerunt aūt in helim filij israel: vbi erāt duodeciz fontes aquarum & septuaginta palmes: castrametati sūt iuxta aqs.

22. q. 4. c. Nabuchodonosor & d cōse. dist. 4. cap. nec quēq. sup. eo.

d ↄs. di. 2 ca. reuera. §. marath. Judit. 5. ca. Eccl. 38. a

Nu. 33. b

¶ Ca. Sum. ¶ Populus pro cibo murmurauit. Coturnix datur: māna pluit & duplū sexta die colligi iubet. Cap. xvi.

A

Profectiq; de helim venit oīs multitudo filiorum israel in desertum syn qd est inter helim & synai: quintadecima die mēsis scdi: postq egressi sunt de terra egypti. Et murmurauit oīs ↄgregatio filiorum israel ↄtra moysen & aarō in solitudine. Dixeruntq; filij israel ad eos. Utinā mortui essemus per manū dñi in terra egypti quādo sedebamus sup ollas carniū: & comedebamus panē in saturitate. Cur induxistis nos in desertū istud vt occideretis oēm multitudinē fame? Dixit autez dñs ad moysen. Ecce ego pluā vobis panes de celo. Egrediat populus & colligat que sufficiūt per singulos dies vt tētē eū: vtrū ambulet in lege mea an non. Die autē sexto parēt q inferāt: & sit duplū q colligere solebāt per singulos dies. Dixerūtq; moyses & aaron ad oēs filios israel. Uespere scietis q dñs eduxerit vos de terra egypti: & mane videbitis gliam dñi. Audiuit

Ps. 77. sap. 16. c. Jo. 6. d de ↄs. di. 2. c. reira. In pn. & ca. ingt.

B

omis murmur vestrū cōtra dn̄m. Nos, vo qd sum⁹? qz mussitastis ꝯ nos? Et ait moyses. Dabit vobis dn̄s vespere carnes edere. Et mane panes in saturitate: eo qꝫ audierit murmurationes vestras: qb⁹ murmurati estis ꝯ eū. Nos. n. qd sum⁹? Nec ꝯ nos est murmur vestrū: sed ꝯ dn̄z. Dixit quoqꝫ moyses ad aarō. Dic vniuerse cōgregationi filioꝝ israel. Accedite corā dn̄o. Audiuit. n. murmur vestrū. Cūqꝫ loqret aaron ad oēm cetū filioꝝ israel: respexerūt ad solitudinem. Et ecce glīa dn̄i apparuit in nube. Locut⁹ est aūt dn̄s ad moysen dicēs. Audiui murmurationes filioꝝ israel. Loqre ad eos. Uespere comedetis carnes: ⁊ mane saturabimini panibus. scietisqꝫ qꝫ ego sū dn̄s de⁹ vester. Factū est ergo vespere ⁊ ascēdēs coturnix cooperuit castra: mane quoqꝫ ros iacuit p circuitū castroꝝ. Cūqꝫ operuisset supficiē terre: apparuit in solitudine minutū ⁊ qsi pilo tusū in similitudinē pruine sup terrā. Qd cū vidissent filij israel: dixerunt adinuicē. Manhu? qd significat. Quid est hoc? Ignorabāt. n. qd esset. Quibus ait moyses. Iste est panis quem dn̄s dedit vobis ad vescendū. Hic est sermo quē pcepit vobis dn̄s. Colligat vnusqsqꝫ ex eo quātū sufficit ad vescendū gomor per singula capita. Iuxta numeꝝ aiaꝝ vestraꝝ q habitāt in tabernaculo sic tolletis. Feceruntqꝫ ita filij israel: ⁊ collegerunt: alius plus alius min⁹: ⁊ mēsi sunt ad mēsurā gomor. Nec qui plus collegerat habuit ampli⁹ nec qui min⁹ parauerat reppit min⁹: sed singuli iuxta id qd edere poterant ꝯgregauerunt. Dixitqꝫ moyses ad eos. Nullus relinquat ex eo in mane. Qui nō audierūt eū: sed dimiserunt qdā ex eis vsqꝫ mane: ⁊ scatere cepit vermib⁹ atqꝫ cōputruit. Et irat⁹ est ꝯ eos moyses. Colligebāt aūt mane singuli quātū sufficere poterat ad vescēdū. Cūqꝫ incaluisset sol liquefiebat. In die aūt sexto collegerunt cibos duplices. i. duo gomor psingulos hoīes. Uenerunt aūt oēs principes multitudinis ⁊ narrauerūt moysi. Qui ait eis. Hoc est qꝫ locut⁹ est dn̄s. Requies sabbati sanctificata est dn̄o. Cras qdcūqꝫ operandū est facite: ⁊ que coquenda sunt coquite. Quicqd autē reliquū fuerit: reponite vsqꝫ in mane. Feceruntqꝫ ita vt pceperat moyses: ⁊ nō cōputruit: neqꝫ vermis inuentus est in eo. Dixitqꝫ moyses. Comedite illd hodie. Quia sabbatū est dn̄o: nō inuenietur hodie in agro. Sex dieb⁹ colligite: in die autem septimo sabbatum est dn̄o: idcirco nō inuenietur. Ueneruntqꝫ septima die: ⁊ egressi de populo vt colligerēt: nō inuenerunt. Dixit aūt dn̄s ad moysen. Usqꝫquo nō vultis custodire mādata mea: ⁊ legē meā? Uidete qꝫ dn̄s dederit vobis sabbatū: ⁊ ppter hoc die sexta tribuit vobis cibos duplices. Maneat vnusquisqꝫ apud semetipsū: ⁊ nullus egrediatur de loco suo die septimo. Et sabbatizauit pplis die septimo. Appellauitqꝫ domus israel nomē eius man. Quod erat quasi semē coriādri albū: gustusqꝫ eius quasi similecū melle. Dixit aūt moyses. Iste est sermo quem precepit dn̄s. Imple gomor ex eo ⁊ custodiatur in futuras retro generatiōes: vt nouerint panē: quo alui vos in solitudine: qn̄ educti estis de terra egypti. Dixitqꝫ moyses ad aarō. Sume vas vnū ⁊ mitte ibi man: quātū pōt capere gomor: ⁊ repone corā dn̄o ad suādū in generationes vestras sicut pceperat dn̄s moysi. Posuitqꝫ illud aaron in tabernaculo reseruandum. Filij autem israel comederunt man quadraginta annis: donec venirent in terram habitabilem. Hoc cibo aliti sunt vsqꝫquo tāgerēt fines terre chanaan. Gomor autē decima pars est ephi.

¶ Ca. Sū. ¶ In raphidim p aqua iurgant: aquā dat petra: pugnant cōtra amelech: man⁹ moysi sustentant. Cap. xvij



Igitur profecta omnis multitudo filiorum israel de deserto syn p man

Marginal notes: Manna de celo datur. — Hō ꝯs. di. 2. c. reuera i textu ⁊ i glo. ij. Itē. c. q tidie i fi. ea. di. — ps. 77. Sap. 16. c. Jo. 6. d. — disti. 2. vbi pars 2. co. S. c — Hō ꝯs. di. 2. c. reuera i Abo obnoxiū — Hō ꝯs. di. 2. ca. reuera i Abo obnoxiū — Eze. 20. b — Nū. 11. b. Forma manne — Iudit. 5. c Nee. 9. d. — Iurgat pplis ꝓ aquaz. — Letters: C, D, E, G, A

siones suas iuxta sermonem domini: castrametati sunt in raphidim: vbi nō erat aqua ad bibendum populo. Qui iurgatus cōtra moysen: ait. Da nobis aquam vt bibamus. Quibus respōdit moyses. Quid iurgamini contra me? Cur tentatis dn̄m. Sitiuit ergo ibi pp̄ls pre aq̄ penuria: et murmurauit cōtra moysen dicēs Cur fecisti nos exire de egypto vt occideres nos: et liberos nostros ac iumēta siti? Clamauit aūt moyses ad dn̄m dicens. Quid faciā pp̄lo huic? Adhuc paululū et lapidabit me. Et ait dn̄s ad moysen. Antecede populū: et sume tecū de senioribus israel: et virgā qua percussisti fluuiū tolle in manu tua: et vade. En ego stabo ibi corā te supra petrā oreb percutiesq̄ petram et exibit ex ea aq̄ vt bibat pp̄ls. Fecit moyses ita corā seniorib⁹ israel. Et vocauit nomen loci illi⁹ tentatio: pp̄ iurgiū filiorū israel: et q2 tētauerūt dominū dicētes. Est ne deus in nobis: an nō? Uenit aūt amelech et pugnabat cōtra filios isr̄l in raphidim. Dixitq̄ moyses ad iosue. Elige viros: et egressus pugna cōtra amelech cras. Ego stabo in vertice collis: hn̄s virgā dei i manu mea. Fecit iosue vt locut⁹ erat moyses: et pugnauit cōtra amelech. Moyses aūt et aaron et hur ascēderūt sup verticē collis. Cūq̄ leuaret moyses man⁹ vincebat israel. Sin aūt paululū remisisset: superabat amelech. Man⁹ aūt moysi erant graues. Sumētes igit lapidē posuerunt subter eū in quo sedit. Aaron aūt et hur sustentabāt man⁹ ei⁹ ex vtraq̄ parte. Et factū est vt man⁹ illi⁹ nō lassarent: vsq̄ ad occasum solis. Fugauitq̄ iosue amelech et populum eius in ore gladij. Dixit autem dominus ad moysen. Scribe hoc ob monimētum in libro: et trade auribus iosue. Delebo enim memoriam amelech sub celo. Edificauitq̄ moyses altare: et vocauit nomē eius: dominus exultatio mea dicens: q2 man⁹ solius domini et bellum dei erit contra amelech. a generatione in generationem.

Ca. Sū. Jetro adducit secum vxorem et filios moysi: dat consiliū de onere participādo: et reuertit. Ca. xviij.

Cum q̄ audisset ietro sacerdos madian cognat⁹ moysi oīa q̄ fecerat dominus moysi et israel pp̄lo suo: et q̄ eduxisset dn̄s israel de egypto: tulit sephoram vxorē moysi quā remiserat: et duos filios eius quorū vn⁹ vocabat gersan: dicēte patre aduena fui in terra aliena: alter vero eliezer: deus enim ait patris mei adiutor me⁹: et eruit me de gladio pharaonis. Uenit ergo ietro cognat⁹ moysi et filij eius et vxor ei⁹ ad moysen in desertū vbi erat castrametat⁹ iuxta mōtem dei: et mandauit moysi: dicēs. Ego ietro cognat⁹ tuus venio ad te: et vxor tua: et duo filij tui cū ea. Qui egressus in occursū cognati sui adorauit et osculatus est eū. Salutauerūtq̄ se mutuo verbis pacificis. Cūq̄ intrasset tabernaculū: narrauit moyses cognato suo cuncta que fecerat dominus pharaoni: et egyptijs pp̄ israel: vniuersumq̄ laborem qui accidisset eis in itinere: et q̄ liberauerat eos domin⁹. Letatusq̄ est ietro super omnib⁹ bonis que fecerat dominus israeli: eo q̄ eruisset eum de manu egyptiorū. Et ait. Benedictus domin⁹ qui liberauit vos de manu egyptiorum: et de manu pharaonis qui eruit populum suum de manu egypti. Nunc cognoui q2 magnus dominus super omnes deos: eo q̄ superbe egerint cōtra eos. Obtulit ergo ietro cognat⁹ moysi holocausta et hostias domino. Ueneruntq̄ aaron et oēs seniores filiorum israel vt comederent panem cum eo coram domino. Altera autē die sedit moyses vt iudicaret populum: qui assistebat moysi a mane vsq̄ ad vesperam. Quod cum vidisset cognatus eius oīa. s. que agebat in populo: ait. Quid est qd̄ facis in plebe? Cur solus sedes: et omnis populus prestolatur de mane vsq̄ ad vesperam? Cui respondit moyses. Uenit ad me populus querens sententiam dei. Cūq̄ acciderit eis aliqua disceptatio: veniūt ad me vt iudicem inter eos: et ostendam precepta dei: et leges eius. At ille. Non bonam inquit rem facis. Stulto labore cōsumeris: et tu et populus iste qui tecū est. Ultra vires tuas est negocium. Solus illud nō poteris sustinere. Sed audi verba mea atq̄ consilia: et erit dominus tecum. Esto tu populo in his que ad deum pertinent vt referas que dicuntur ad eum: ostendasq̄ populo cerimonias et ritum colēdi: viamq̄ per quā ingredi debeant: et op⁹ qd̄ facere debeat. Prouide aūt de om

Marginal notes: 23. q. 4. ...disp... israelite ante me dium; B; Nu. 20. a Aqua de petra; Nu. 20. b; Ps. 77. 1.; ...cor. 10. a; ...de cō. di.; ...2. ca. ...; rai ... lis aq̄ ca. In calice; Pugna contra amalech; 36. dist. ca. si.; Judic. 4. d. Sap. 11. a; B; supra. 2. d; B; 8 pe. dist. i. c. venit. 88. dist. c. i.; C; Deu. 1. b; D

plebe viros sapientes & timentes deum: in quibus sit veritas: & qui oderint auariciam: & constitue ex eis tribunos & centuriones: & quinquagenarios: & decanos qui iudicent populum omni tempore. Quicquid autem maius fuerit referant ad te: & ipsi minora tantummodo iudicent leuiusque sit tibi: partito in alios onere. Si hoc feceris implebis imperium domini: & precepta eius poteris sustentare: & omnis hic populus reuertetur ad loca sua cum pace. Quibus auditis moyses: fecit omnia que ille suggesserat. Et electis viris strenuis de cuncto israel constituit eos principes populi: tribunos & centuriones: & quinquagenarios & decanos. Qui iudicabant plebem omni tempore. Quicquid autem grauius erat referebant ad eum: faciliora tantummodo iudicantes. Dimisitque cognatum suum: qui reuersus abijt in terram suam.

Judices constituit moyses.

¶ Ca. Sum. ¶ Peruenerunt ad synai: sanctificatur populus: & eo vidente descendit dominus super montem: in igne loquitur vt populus obediat. Prohibentur homo & iumentum ne montem tangant. Ca. xix.

Mense tertio egressionis israel de terra egypti: in die hac venerunt in solitudinem synai. Nam profecti de raphidim & peruenientes vsque in desertum synai: castra metati sunt in eodem loco: ibique israel fixit tentoria e regione montis. Moyses autem ascendit in montem ad deum. Uocauitque eum dominus de monte: & ait. Hec dices domui iacob: & annunciabis filijs israel. Uos ipsi vidistis que fecerim egyptijs quomodo portauerim vos super alas aquilarum: & assumpserim mihi. Si ergo audieritis vocem meam: & custodieritis pactum meum: eritis mihi in peculium de cunctis populis. // Mea est enim omnis terra: & vos eritis mihi in regnum sacerdotale: & gens sancta. Hec sunt verba que loqueris ad filios israel. Uenit moyses: & conuocatis maioribus natu populi: exposuit omnes sermones quos mandauerat dominus. Respon ditque omnis populus simul. Cuncta que locutus est dominus faciemus. // Cumque retulisset moyses verba populi ad dominum: ait ei dominus. Jam nunc veniam ad te in caligine nubis: vt audiat me populus loquentem ad te: & credat tibi imperpetuum. Nunciauit ergo moyses verba populi ad dominum. Qui dixit ei. Uade ad populum & sanctifica illos hodie & cras: lauentque vestimenta sua: & sint parati in diem tertium. In die enim tertio descendet dominus coram omni plebe super montem synai. Constituesque terminos populo per circuitum: & dices ad eos. Cauete ne ascendatis in montem: nec tangatis fines illius. // Omnis qui tetigerit montem: morte morietur. Manus non tanget eum: sed lapidibus opprimetur aut confodietur iaculis. Siue iumentum fuerit siue homo // non viuet. Cum ceperit clangere buccina: tunc ascendant in montem. // Descenditque moyses de monte ad populum: & sanctificauit eum. Cumque lauissent vestimenta sua: ait ad eos. Estote parati in diem tertium: & ne appropinquetis vxoribus vestris. Jamque aduenerat tertius dies: & mane inclaruerat: & ecce ceperunt audiri tonitrua: ac micare fulgura & nubes densissima operire montem. Clangorque buccine vehementius perstrepebat: Et timuit populus qui erat in castris. Cumque eduxisset eos moyses in occursum dei de loco castrorum: steterunt ad radices montis. Totus autem mons synai fumabat: eo quod descendisset dominus deus super eum in igne: & ascenderet fumus ex eo quasi de fornace. Eratque omnis mons terribilis: & sonitus buccine paulatim crescebat in maius & prolixius tendebatur. Moyses loquebatur: & dominus respondebat ei. Descenditque dominus super montem synai in ipso montis vertice: & vocauit moysen in cacumen eius. Quo cum ascendisset dixit ad eum. Descende & contestare populum: ne forte velit transcendere terminos ad videndum dominum: & pereat ex eis plurima multitudo. Sacerdotes quoque qui accedunt ad dominum sanctificentur ne percutiat eos. Dixitque moyses ad dominum. Non poterit vulgus ascendere in montem synai. Tu enim testificatus es & iussisti dicens. Pone terminos circa montem: & sanctifica illum. Cui ait dominus. Uade descende: ascendesque tu & aaron tecum. Sacerdotes autem & populus non transeant terminos: nec ascendant ad dominum: ne forte interficiat illos. Desce

A

1. Pe. 2. b

B infra. 24.

// De sancta tri. c. j. in fi. incomprehensibilis. Heb. 12. c

C

// SS. di. c. j.

Dominus in synai apparuit.

D

// Deute. 5. a. Ps. 80.

Matt. 4. b. Deu. 5.

dixitqz moyses ad ppl'z: et oia narrauit eis.

Capi. Sũma. De preceptis decalogi: de faciendo altari de terra: de non ascendē do per gradus. Cap. xx.

Locutusqz est dominus cunctos sermones hos. Ego sum dñs deus tu⁹: qui eduxi te de terra egypti: de domo seruitutis. Nō habebis deos alienos corā me. Nō facies tibi sculptile neqz oēm silitudinem que est in celo desup: et que in⁹ terra deorsū: nec eoꝝ que sunt in aquis sub terra. Nō adorabis ea neqz coles. Ego sū dominus deus tuus fortis zelotes. visitans iniquitatē patrū in filios: in tertiā et quartam generationē eoꝝ qui oderunt me: et faciens misericordiā in milia his qui diligunt me et custodiunt precepta mea. Nō assumēs nomē dñi dei tui in vanū. Nec enim hēbit insontē dñs eum: qui assumpserit nomē dñi dei sui frustra. Memento vt diē sabbati sanctifices. Sex dieb⁹ operaberis: et facies oia opa tua. Septimo autē die sabbatum dñi dei tui est. Nō facies oē op⁹ in eo: tu et fili⁹ tuus et filia tua: seru⁹ tu⁹ et ancilla tua: iumentū tuū: et aduena qui est intra portas tuas. Sex enim diebus fecit deus celū et terrā et mare: et oia q in eis sunt. Et requieuit i die septimo. Idcirco bñdixit dñs diei sabbati et sanctificauit eū. Honora patrē tuū et mrem tuam: vt sis lōgeuus sup terraꝫ quā dñs de⁹ tuus dabit tibi. Nō occides. Nō mechaberis. Nō furtū facies. Nō loqueris cōtra ꝓximū tuū falsum testimoniū. Nō ꝯcupisces domum ꝓximi tui. Nec desiderabis vxorem eius: nō seruū: nō ancillā: nō bouē: nō asinū: nec oia que illius sunt. Cunctus aūt ppl's videbat voces et lampades et sonitū buccine: mōtēqz fumātē: et ꝑterriti ac pauore ꝯcussi: steterūt ꝓcul: dicentes moysi. Loquere tu nobis: et audiem⁹. Nō loquat nobis dñs: ne forte moriamur. Et ait moyses ad ppl'z. Nolite timere. Ut enim ꝓbaret vos venit deus: et vt terror illius esset in vobis: et non peccaretis. Stetitqz ppl's delonge: moyses aūt accessit ad caliginē in qua erat de⁹. Dixitqz preterea dñs ad moysen. Hec dices filijs isrl'. Uos vidistis φ de celo locutus sum vobis. Nō facietis deos argenteos: nec deos aureos facietis vobis. Altare de terra facietis mihi: et offeretis sup eo holocausta et pacifica vestra oues vestras et boues in oī loco i quo memoria fuerit nominis mei. Ueniā ad te et bñdicā tibi. Qd si altare lapideum feceris mihi: nō edificabis illud de sectis lapidibus. Si enim leuaueris cultruꝫ sup eo polluet. Nō ascendes per gradus ad altare meū: ne reuelet turpitudo tua.

Ca. Sũ. De seruo hebreo empticio. De filia districta in cōcubinā. De homicidio per casum vel industriam: de percussione et maledictione patris et matris et alijs iudicijs. Cap. xxi.

Ac deinceps precide ait: tibi duas tabulas lapideas instar prioꝝ: ⁊ scribã sup eas vba q̃ habuerũt tabule q̃s fregisti Esto parat⁹ mane vt ascẽdas statĩ in mõ tẽ synai: stabisq; mecũ sup verticẽ mõtis. Nullus ascẽdat tecũ: nec videat q̃spiã per totũ mõtẽ: boues q̃z ⁊ oues nõ pascãt ꝯtra. Excidit ergo duas tabulas lapideas q̃les ãtea fuerãt: ⁊ ð nocte ꝯsurgẽs ascẽdit in mõ tẽ synai sicut p̃cepat ei dñs portã secũ tabu las. Cũq; descẽdisset dñs p nubẽ: stetit moyses cũ eo: inuocãs nomẽ dñi. Quo trã seũte corã eo: ait. Dñator dñe de⁹: miseri cors ⁊ clemẽs: patiẽs ⁊ multe miſatõis ac verax: qui custodis miã in milia: q auffers iniq̃tatẽ ⁊ scelera atq; pctã: nullusq; apd te p se inocẽs ẽ: q reddis iniq̃tatẽ patrũ filijs ac nepotib⁹ in tertiã ⁊ quartam ꝓge niẽ. Festinusq; moyses curuat⁹ est ꝓn⁹ in terrã: ⁊ adorãs ait. Si inueni grãz in ꝯspectu tuo dñe obsecro vt gradiaris no biscũ. Pplus. n. dure ceruicis est: vt aufe ras iniq̃tates nr̃as atq; pctã: nosq; possi deas. Rñdit dñs. Ego inibo pactũ vidẽti bus cũctis: signa faciã q̃ nũq; visa sunt su per terrã nec in vllis gẽtib⁹: vt cernat po pulus iste in cui⁹ es medio: op⁹ dñi terri bile qð facturus sum. Obs̃ua cũcta q̃ ho die mãdaui tibi. Ego ipse eijciã ante fa ciẽ tuã ammorreũ ⁊ chananeũ ⁊ etheũ: phereseũ quoq; ⁊ eueũ ⁊ iebuseũ. Caue ne vnq̃ cũ habitatorib⁹ terre illi⁹ iungas amicitias que sint tibi in ruinaz. Sz ⁊ aras eoꝝ destrue ꝯfringe statuas: lucosq; succide. Noli adorare deũ alienũ. Dñs ze lotes nomẽ ei⁹: de⁹ ẽ emulator. Ne ineas pactũ cũ hoib⁹ illaꝝ regionũ: ne cũ forni cãti fuerint cũ dijs suis ⁊ adorauerit si mulachra eoꝝ: vocet te q̃spiã vt comedas de imolatis. Nec vxorẽ de filiab⁹ eoꝝ acci pies filijs tuis: ne postq̃ ipse fuerint forni cate: fornicari faciãt ⁊ filios tuos in deos su os. Deos cõflatiles nõ facies tibi. Solẽni tatẽ azymoꝝ custodies. Septẽ dieb⁹ vesce ris azymis sicut p̃cepi tibi in tpe mẽsis nouoꝝ. Mẽse. n. verni tpis egressus es ð egypto. Oẽ qð aperit vulua generis ma sculini: meũ erit. De cũctis animãtib⁹: tã de bob⁹ q̃ȝ de ouib⁹ meũ erit. Primo genitũ asini redimes oue. Si autem nec preciũ ꝓ eo dederis: occidetur. Primo genitũ filioꝝ tuoꝝ redimes nec appare bis in ꝯspectu meo vacu⁹. Sex dieb⁹ ope raberis: die septio cessabis arare ⁊ metere. Solẽnitatẽ hebdomadaꝝ facies tibi ipri mitijs frugũ messis tue triticee: ⁊ solẽni tatẽ qñ redeũte ãni tpe cũcta ꝯdunt. Tri bus tpib⁹ ãni apparebit oẽ masculinũ tuũ in ꝯspectu oipotẽtis dñi dei israel. Cum eni tulero gẽtes a facie tua ⁊ dilatauero terminos tuos: nullus insidiabit terre tue ascẽdẽte te ⁊ apparente in ꝯspectu dñi dei tui ter in ãno. Nõ imolabis sup fermẽto sanguinẽ hostie mee: neq; residebit ma ne de victimis solemnitatis phase. Pri mitias frugũ terre tue offeres in domo dñi dei tui. Nõ coques hedũ in lacte ma tris sue. Dixitq; dñs ad moysen. Scri be tibi vba hec: qb⁹ ⁊ tecũ ⁊ cũ isrl̃ pepigi fedus. Fuit ergo ibi cũ dño moyses q̃ draginta dies ⁊ q̃draginta noctes. Panẽ nõ comedit ⁊ aquã nõ bibit: ⁊ scripsit in tabulis vba federis decẽ. Cũq; descẽderet moyses de monte synai: tenebat duas ta bulas lapideas testimonij: ⁊ ignorabat q cornuta eẽt facies sua: ex ꝯsortio ſmonis dñi. Uidẽtes aũt aaron ⁊ filij isrl̃ cornu tã moysi faciẽ: timuerunt ꝓpe accedere. Uocatiq; ab eo reuersi sunt tã aaron q̃ȝ p̃ncipes sinagoge. Et postq̃ locut⁹ ẽ ad eos venerũt ad eũ ẽt oẽs filij isrl̃. Quib⁹ p̃ce pit cũcta q̃ audierat a dño in mõte synai Impletisq; ſmonib⁹ posuit velamẽ sup faciẽ suã. Qui ingressus ad dñm ⁊ loquẽs cũ eo auferebat donec exiret: ⁊ tũc loq̃bat ad filios israel oĩa q̃ sibi fuerãt imperata.

Marginal notes (left): Anthe⁹ libycus vir doc tissim⁹ claret. — ¶ Hie. 32. C. de pe. d. 4. c. qd ẽ. B — Deu. 7. a

Marginal notes (right): Prec pta leg lia. — 3. Re 11. a — 32. q. 4 sic̃ scim 26. q. 2 cañ. — Sit a C 35. q. 1 q aut. In le sup. Luc. sup. c. De vi c. mag Eccl. iv — D sup. 23 deu. 14 sup. 24 De ꝯ. 3 5. c. qdr gesima Et. 37. d c. legam — 2. cor. 3.

Qui videbant faciem egredientis moysi esse cornutam: sed operiebat ille rursus faciem suam si quando loquebatur ad eos.

¶ Ca. Sū. ¶ Moyses mādat sabbatū custodiri. Petit pmitias & donaria: & interrogat qs sapiens operarius. Populus offert que petita sunt. Moyses ait. Ecce vocauit dns beseleel. Cap. xxxv.

A Gitur ꝯgregata oī turba filioꝝ israel dixit ad eos: hec sunt q̄ iussit dns fieri. Sex dieb⁹ facietis op⁹. Septim⁹ dies erit vobis scūs: sabbatū & requies dni. Qui fecerit op⁹ in eo: occidet. Nō succēdetis ignē in oib⁹ habitaculis vrīs p diē sabbati. Et ait moyses ad oēm cateruā filioꝝ israel. Iste est smo quē pcepit dns: dicēs. Separate apd vos pmitias dno. Ois voluntari⁹ & pno aio offerat eas dno. Aurū & argētū & es: hyacinthuz, & purpurā: coccūq3 bis tinctū & byssuz: pilos capraꝝ: pellesq3 arietū rubricatas & hyacinthinas: ligna sethim & oleū ad luminaria cōcinnāda: & vt ꝯficiat vnguētū & thymiama suauissimū lapides onychinos & gēmas ad ornatū superhumeralis & rōnalis. Quisquis vestrū sapiēs est veniat & faciat qḋ dns īperauerat tabernaculū. s. & tectuz ei⁹ atq3 operimētū ānulos & tabulata cū vectib⁹: paxillos & bases: arcaz & vectes: ppitiatoriū: & velū qḋ ante illud oppādit: mēsam cū vectib⁹ & vasis & ppōnis panib⁹: cādelabꝛū ad luminaria sustētāda: vasa illi⁹ & lucernas & oleū ad nutrimēta igniū: altare thymiamatis: & vectes & oleū vnctiōis & thymiama ex aromatib⁹: tentoꝛiuz ad ostiū tabernaculi: altare holocausti & craticulā ei⁹ eneā cū vectib⁹ & vasis suis: labꝛū & bases ei⁹: cortinas atrij cū colūnis & basibus: tētoꝛiū in foꝛib⁹ vestibuli: paxillos tabernaculi atrij cuz funiculis suis: vestimēta quoꝝ vsus ē in ministerio sanctuarij. Vestes aaron pōtificis ac filioꝝ ei⁹: vt sacerdotio fungant mihi. Egressaq3 ois multitudo filioꝝ isrl de cōspectu moysi: obtulerūt mēte pmptissima atq3 deuota pmitias dno: ad faciēdū op⁹ tabernaculi testimonij. Quicqd ad cultuz & ad vestes sanctas necius erat: viri cū mulierib⁹ pbuerūt armillas & inaures ānulos & dextralia. Oē vas aureū in donaria dni separatū est. Si qs hēbat aurū: hyacinthū & purpurā coccūq3 bis tinctū: byssuz & pilos capraꝝ: pelles arietū rubricatas & hyacinthinas argēti & auri eris q3 metalla obtulerunt dno lignaq3 sethim in varios vsus. Sz & mulieres docte q̄ neuerāt dederūt hyacinthū purpurā ac vermiculū ac byssuz & pilos capraꝝ: spōte ppria cūcta tribuētes. Pricipes vo obtulerūt lapides onychinos: & gēmas ad superhūerale & rōnale. Aromataq3 & oleū ad luminaria cōcinnāda & pparādū vnguētū ac thimiama odoꝛis suauissimi cōponēdū. Oēs viri & mulieres mēte deuota obtulerūt donaria: vt fierēt opa q̄ iusserat dns p manū moysi. Cūcti filij isrl voluntaria dno dedicauerūt. Dixitq3 moyses ad filios israel. Ecce vocauit dns ex noie beseleel filiū huri filij hur de tribu iuda: impleuitq3 eū spiritu dei: sapia & intelligētia & scia & oī doctrina: ad excogitādū & faciēdū op⁹ in auro & argēto & ere & ferro: sculpēdisq3 lapidibus & ope carpētario. Quicqd fabre adinueniri pōt: dedit in corde eius. Ooliab quoq3 filiū achisamech de tribu dan ambos erudiuit sapiētia: vt faciāt opa abietarij polymitarij ac plumarij de hyacintho & purpura coccoq3 bis tincto & bysso: & texant omnia ac noua queq3 repiāt.

¶ Ca. Sū. ¶ Plus offert ppls q̄ sit necesse. Fit op⁹ tabernaculi. s. decez cortine & & qnquaginta anse: & qnq̄ginta saga: qnquaginta fibule: fiunt operimēta tabernaculi. Tabule bases vectes circula & velū & entoꝛiū & colūne quinq3. Cap. xxxvi.

F Ecit ergo beseleel & ooliab & ois vir sapiēs qb⁹ dedit dns sapiaz & itellm vt scirēt fabre opari que in vsu sanctuarij necia sunt & q̄ pcepit dns. Cunq3 vocasset eos moyses & oēz eruditū virū cui dederat dns sapiam & q spōte sua obtulerāt se

Margin notes: Oblatio fabri tabernaculi. Sup. 25. a — Sup. 31. a. Opari⁹ sapiens vocat.

ad faciendū opꝰ: tradidit eis oīa donaria filioꝝ israel. Qui cū instarēt operi quotidie mane vota ppls offerebat. Unde artifices venire cōpulsi dixerunt moysi. Plus offert ppls q̄ necessariū est. Jussit ergo moyses pconis voce cātari. Nec vir nec mulier q̄ꝗ̄ offerat vltra in ope sanctuarij. Sicq̧ cessatū est a munerib' offerēdis: eo q̄ oblata sufficerēt & supabūdarēt. Feceruntq̧ oēs corde sapiētes ad explēdū opꝰ tabernaculi: cortinas decē de bysso retorta & hyacintho & purpura: coccoq̧ bis tincto: ope vario: & arte polymita. Quaꝝ vna habebat in lōgitudie vigintiocto cubitos & in latitudie quattuor. Una mēsura erat oīuȝ cortinaꝝ. Cōiunxitq̧ cortinas qnq̧ alterā alteri: & alias qnq̧ sibi inuicē copulauit. Fecit & ansas hyacinthinas in ora cortine vni' ex vtroq̧ latere: & in ora cortine alteri' silr vt ꝯ seinuicē venirent anse: & mutuo iūgerentur. Unde & qnquaginta fudit circulos aureos: q mordērent cortinaꝝ ansas: & fieret vnū tabernaculū. Fecit & saga vndecim de pilis capraꝝ: ad operiēdū tectū tabernaculi. Unū sagū in lōgitudine habebat cubitos triginta: & in latitudine cubitos q̄ttuor. Uni' mēsure erāt oia saga. Quoꝝ qnq̧ iunxit seorsū: & sex alia separatī. Fecitq̧ ansas qnq̄ginta in ora sagi vni' & qnq̄ginta in ora sagi alterius: vt sibi inuicē iungerentur: & fibulas eneas qnq̄ginta qb' necterēt tectū vt vnuȝ palliū ex oib' sagis fieret. Fecit & opertoriū tabernaculi de pellib' arietū rubricatis: aliudq̧ desup velamē de pellib' hyacithinis. Fecit & tabulas tabernaculi de lignis sethim stātes. Decē cubitoꝝ erat lōgitudo tabule vni': & vnū ac semis cubitū latitudo retinebat. Bine incastrature erāt per singulas tabulas: vt altera alteri iungeretur. Sic fecit in oibus tabernaculi tabulis. E qbus viginti ad plagā meridianā erāt ꝯ austrū cū q̄draginta basib' argenteis. Due bases sub vna tabula ponebantur ex vtraq̧ pte angulorū: ubi incastrature laterū in angulis terminant. Ad plagā quoq̧ tabernaculi q respicit ad aqlonē fecit viginti tabulas cū q̄draginta basib' argēteis duas bases p singulas tabulas. Cōtra occidētē vo. i. ad eā ptē tabernaculi q mare respicit: fecit sex tabulas & duas alias p singulos āgulos tabernaculi

Cortine tabnacli — B — Coopto rium taberna culi — C — Tabule taberna culi — Bases

retro: q iuncte erāt a deorsuȝ vsq̧ sursum & in vnā cōpagē pariter ferebant. Ita fecit ex vtraq̧ pte p singulos: vt octo essent sil' tabule: & hērent bases argenteas sedecim: binas. s. bases sub singulis tabulis. Fecit & vectes de lignis sethim qnq̧ ad ptinēdas tabulas vni' lateris tabernaculi: & qnq̧ alios ad alteri' lateris coaptandas tabulas: & extra hos qnq̧ alios vectes ad occidentalem plagam tabernaculi cōtra mare. Fecit quoq̧ vectem aliuȝ qui per medias tabulas ab āgulo vsq̧ ad angulum perueniret. Ipsa autem tabulata deaurauit: fusis basibus earuȝ argenteis. Et circulos eorum fecit aureos per quos vectes induci possent: quos & ipsos laminis aureis operuit. Fecit & velum de hyacintho & purpura: vermiculo ac bysso retorta opere polymitario: varium atq̧ distinctuȝ: & quattuor columnas de lignis sethim quas cum capitibus deaurauit: fusis basibus earum argēteis. Fecit & tentorium in introitu tabernaculi ex hyacintho purpura ꝟmiculo byssoq̧ retorta opere plumarij: & colūnas qnq̧ cū capitibus suis quas operuit auro: basesq̧ earū fudit eneas quas & operuit auro.

D — Uelum — Tentorium

¶ Ca. Sū. ¶ Fit arca & vectes ei' & ppitiatoriū cherubī mēsa cū circulis: cādelabꝝ cū emūctorijs: altare thimiamatis: oleū sanctificatiōis: & thimiama. Cap. xxxvij.

Fecit autē beseleel & arcam de lignis sethim habentem duos & semis cubitos in longitudine: & cubituȝ ac semissem in latitudine. Altitudo quoq̧ vni' cubiti fuit & dimidij. Uestiuitq̧ eā auro purissimo itus & foris. Et fecit illi coronā aureā p gyrū cōflans q̄ttuor annulos aureos p q̄ttuor āgulos ei': duos anulos in latere vno: & duos in altero. Uectes quoq̧ fecit de lignis sethiȝ quos vestiuit auro & quos misit in annulos q erant in lateribus arce ad portanduȝ eā. Fecit & propitiatorium idest oraculuȝ de auro mundissimo duoꝝ cubitorum et dimidij in lōgitudine: & cubiti ac semis in latitudine. Duos etiam cherubin ex auro ductili quos posuit ex vtraq̧ parte propitiatorij: cherub vnuȝ in summitate vnius partis: & cherub alteꝝ in summitate partis alterius. Duos cherubin in singulis summitatibus ppitiatorij: ex-

A — Archa testamenti fit — Ri6. dl. c. ecclesiasticis. §. cccc — Duo cherubin — B

tendentes alas & tegentes propitiatoriũ: seq; mutuo & illud respicientes. Fecit & mensam de lignis sethim in longitudine duorum cubitorum & in latitudine vnius cubiti: que habebat in altitudine cubitum ac semissem. Circũdedit eã auro mundissimo: & fecit illi labiũ aureum per gyrum: ipsi quoq; labio coronã auream interrasilem quattuor digitorum: & super eandem alteram coronã aureã. Fudit & quattuor circulos aureos quos posuit in quattuor angulis per singulos pedes mense contra coronã: misitq; in eos vectes vt possit mensa portari. Ipsos quoq; vectes fecit de lignis sethim: & circundedit eos auro. Et vasa ad diversos vsus mẽse: acetabula: phialas & cyathos & thuribula ex auro puro in quibus offerenda sunt libamina. Fecit & candelabrũ ductile de auro mundissimo. De cuius vecte: calami: scyphi: sperulæq; ac lilia pcedebant sex in vtroq; latere. Tres calami ex parte vna: & tres ex altera. Tres scyphi in nucis modum per calamos singulos sperulæq; simul & lilia: & tres scyphi instar nucis in calamo altero: sperulæq; simul & lilia. Equum erat opus sex calamorum qui procedebant de stipite candelabri. In ipso autem vecte erãt quattuor scyphi in nucis modũ: sperulæq; per singulos & lilia. Et sperule sub duob⁹ calamis per loca tria qui simul sex fiũt calami pcedentes de vecte vno: & sperule igitur & calami ex ipso erãt: vniuersa ductilia ex auro purissimo. Fecit & lucernas septem cũ emunctorijs suis: & vasa vbi ea q̃ emuncta sunt extinguãtur de auro mundissimo. Talentum auri appendebat candelabrum cũ omnib⁹ vasis suis. Fecit & altare thymiamatis de lignis sethim per q̃drum singulos habẽs cubitos: & in altitudine duos: e cuius angulis procedebant cornua: vestiuitq; illud auro purissimo cũ craticula ac parietib⁹ & cornib⁹. Fecitq; ei coronã aureolã per gyrum: & duos annulos aureos sub corona per singula latera: vt mittãtur in eos vectes: & possit altare portari. Ipsos autẽ vectes fecit de lignis sethim & operuit laminis aureis. Composuit & oleum ad sanctificationis vnguentum & thymiamata de aromatibus mundissimis opere pigmẽtarij.

Mensa propositionis · C · Vasa tabnaculi · Candelabrum · Lucerne auree · D · Altare thymiamatis · Oleũ et thymiamata.

¶ Ca. Sũ. ¶ Fit altare holocausti cum pertinentijs labium eneum: atrium cũ pertinentijs. Cap. xxxviij.

Fecit & altare holocausti de lignis sethim: quinq; cubitoꝝ per quadrum & triũ in altitudine: cui⁹ cornua de angulis pcedebãt operuitq; illud laminis eneis. Et in vsus eius parauit ex ere vasa diuersa: lebetes: forcipes: fuscinulas: vncinos: & igniũ receptacula. Craticulãq; eius in modũ rhetis fecit eneã: & subter eã in altaris medio arulã: fusis quattuor ãnulis p totidẽ retiaculi summitates ad immittẽdos vectes ad portãdũ. Quos & ipsos fecit de lignis sethim: & operuit laminis eneis: induxitq; in circulos q in laterib⁹ altaris eminebãt. Ipm aũt altare erat solidũ sed cauũ ex tabulatis & intus vacuũ. Fecitq; & labrũ eneũ cũ basi sua de speculis mulierũ: q excubabãt in ostio tabernaculi. Fecit & atriũ in cui⁹ australi plaga erãt tẽtoria d bysso retorta cubitoꝝ cẽtũ: colũne enee viginti cũ basib⁹ suis: capita colũnaꝝ & tota operis celatura argẽtea. Eq̃ ad septẽtrionalem plagã tẽtoria colũne basesq; & capita colũnaꝝ eiusdẽ mensure & operis ac metalli erãt. In ea vero plaga q̃ ad occidẽtẽ respicit fuerũt tẽtoria cubitoꝝ quinquaginta: colũne decẽ cũ basib⁹ suis enee: & capita colũnarũ & tota operis celatura argẽtea. Porro contra oriẽtẽ quinquaginta cubitoꝝ parauit tẽtoria: e quib⁹ quindecim cubitos colũnaꝝ triũ cũ basib⁹ suis vnũ tenebat lat⁹ & in parte altera: quia inter vtrãq; introitũ tabnaculi fecit: quindecim eq̃ cubitoꝝ erant tẽtoria: colũneq; tres & bases totidẽ. Cũcta atrij tentoria byssus retorta texuerat. Bases colũnaꝝ fuere enee: capita aũt eaꝝ cũ cũctis celaturis suis argẽtea: sed & ipas colũnas atrij vestiuit argẽto. Et in introitu ei⁹ opere plumario fecit tẽtoriũ ex hyacintho: purpura: vermiculo: ac bysso retorta: qd hẽbat viginti cubitos in lõgitudine: altitudo vero quinq; cubitoꝝ erat iuxta mẽsurã quã cũcta atrij tentoria hẽbãt. Colũne aũt in ingressu fuere quattuor cũ basib⁹ eneis capitaq; eaꝝ & celature argẽtee. Paxillos quoq; tabernaculi & atrij p gyrũ fecit eneos. Hec sunt instrumẽta tabernaculi testimonij: que enumerata sunt iuxta pceptũ moysi in cerimonijs leuitarũ p manũ ithamar filij aaron sacerdotis que beseleel fili⁹ huri filij hur de tribu

A · 2. Paral. 1.a. · Altare holocausti et ei⁹ vasa · Altare eneũ. · 36. di. c. ecclesiastico. §. Ecce i fine. · B · Tentoria · C · Colũne tabernaculi.

iuda: dño p moysen iubēte cōpleuerat: iū
cto sibi socio ooliab filio achisamech de
tribu dan: q ipse artifex lignoꝝ egregi⁹
fuit: & polymitari⁹ atq; plumari⁹ ex hya-
cintho: purpura: vermiculo & bysso. Oē au
rū qd̄ expēsū est in ope sanctuarij: & qd̄
oblatū est in donarijs: viginti & nouē ta-
lētoꝝ fuit: & septingētoꝝ triginta siclorū:
ad mensurā sanctuarij. Oblatu3 est aute3
ab his q transierūt ad numeru3 a viginti
annis & supra: de sexcētis tribus milibus
& qngentis quinqginta armatoꝝ. Fuerūt

Sūma argenti.

preterea centū talenta argēti: e qbus cōflate
sunt bases sanctuarij: & introit⁹ vbi velū
pēdet. Centū bases facte sunt de talētis cē
tū singulis talētis p bases singulas sup-
putatis. De mille aūt septigētis & septua-
ginta qnq; siclis fecit capita colūnaꝝ quas

Sūma eris.

& ipsas vestiuit argēto. Eris q3 oblata fūt
talēta septuaginta duo milia: & qdringen
ti supra sicli: ex qbus fuse sunt bases in in
troitu tabernaculi testimonij: & altare ene
um cū craticula sua: oiaq; vasa q̄ ad vsu3
eius pertinent: & bases atrij tam in circui
tu q3 in ingressu eius: & paxilli tabernacu
li atq; atrij per gyrum.

¶ Ca. Sū. ¶ Fiunt ornamenta pōtifica-
lia & sacerdotalia: perficit op⁹: obtulerūt
que facta sunt: quibus oblatis moyses be
nedixit eis. Cap. xxxix.

A

DE hyacintho vero & purpura: vermi
culo ac bysso fecit vestes qb⁹ indue-
ret aarō qñ ministrabat in scis sicut pce-

Suphumerale sacerdotis.

pit dñs moysi. Fecit igit suphumerale de
auro hyacintho & purpura coccoq; bis tin
cto & bysso retorta: ope polymitario. In-
ciditq; bracteas aureas & extenuauit in fi
la vt possent torqri cu3 prioꝝ colorū sub
tegmine: duasq; oras sibi inuice3 copula
tas in vtroq; latere sūmitatū: & baltheum
ex eisdē colorib⁹: sicut pceperat dñs moysi.

B

Parauit & duos lapides onychinos astri
ctos & inclusos auro & sculptos arte gem-
maria noibus filioꝝ israel. Sex nomina
in lapide vno: & sex in altero: iuxta ordinē
natiuitatis eoꝝ. Posuitq; eos in laterib⁹
suphumeralis in monimētu3 filiorum

Rōnale sacerdotis.

isrl sicut pceperat dñs moysi. Fecit & rona
le ope polymito iuxta opus suphumera-
lis: ex auro: hyacintho: purpura: coccoq;
bis tincto & bysso retorta: qdrangulū du
plex: mensure palmi: & posuit in eo gēma-
ru3 ordines qtuor. In primo versu erat

C

sardius: topatius: smaragdus. In secūdo
carbūculus: saphirus: iaspis. In tertio li
gurius: achates: & amethistus. In quarto
chrisolitus: onichinus & berillus circun-
dati & inclusi auro p ordines suos. Ipsiq;
lapides duodeci3 sculpti erāt nominib⁹
duodeci3 tribuū isrl: singuli p noia sin-
guloꝝ. Fecerūt in rōnali & cathenulas si-
bi iuicē coherētes ex auro purissimo: & du
os vncinos totidēq; annulos aureos. Por
ro ānulos posuerūt in vtroq; latere rōna-
lis ex quib⁹ pēderēt due cathene aure: qs
inseruerunt vncinis q in suphumeralis

D

angulis eminebāt. Hec & ante & retro ita
cōueniebāt sibi vt suphumerale & rōnale
mutuo necterent: stricta ad baltheum &
annulis fortius copulata: quos iungebat
vitta hyacinthina ne laxa fluerēt & a se in-
uicē mouerent: sicut pcepit dñs moysi.
Feceruntq; tunicā suphumeralis totam

Tunica sacerdotis.

hyacinthinā: & capitiū in superiori parte
mediū: oramq; p gyrū capitij textilē: deor-
sum aūt ad pedes malapunica ex hyacin-
tho purpura: vermiculo ac bysso retorta: &
tintinnabula de auro purissimo: que posue
rūt inter malogranata in extrema parte

E

tunice p gyrū: tintinnabulū aūt aureu3
& malūpunicū qbus ornatus incedebat
pōtifex qñ ministerio fungebat: sic pcepit
dñs moysi. Fecerūt tunicas byssinas ope
textili aaron & filijs ei⁹ & mitras cū coro-
nulis suis ex bysso: feminalia quoq; linea
byssina: cingulum vero de bysso retorta:
hyacintho purpura ac vermiculo distin-
ctū arte plumaria sicut pceperat dñs moy
si. Fecerūt & laminā sacre venerationis de

Lamina aurea. tetragrāmaton.

auro purissimo: scripserūtq; in eo ope
gēmario scm̄ dñi: & strinxerūt eā cū mi-
tra vitta hyacinthina: sic pceperat dñs moy
si. Perfectū est igitur oē opus tabernacu-
li & tecti testimonij. Feceruntq; filij isrl

Vide. vl. j. ca. j. in pn.

cuncta q̄ pceperat dñs moysi: & obtulerūt
tabernaculū & tectū & vniuersā supellecti
lē: annulos: tabulas: vectes: colūnas: ac ba
ses: opertoriū de pellib⁹ arietū rubricatis
& aliud opertimētu3 de hyacinthinis pelli
bus: velū: arcā: vectes: ppitiatoriu3: men
sa3 cu3 vasis suis: & ppositionis panib⁹: &

F

candelabru: lucernas: & vtensilia eaꝝ cū oleo:
altare aureū & vnguētu3 & thymiama ex
aromatib⁹: & tentoriū in introitu taber

naculi: altare eneū: retiaculū: vectes: ⁊ vasa eius oīa: labrū cū basi sua tētoria atrij ⁊ colūnas cū basib⁹ suis: tētoriū in introitu atrij: funiculos ꝗ illius ⁊ paxillos. Nihil ex vasis defuit q̄ in ministeriū tabernaculi ⁊ in tectū federis iussa sunt fieri. Vestes q̄ꝗ qbus sacerdotes vtunt̄ in sanctuario aaron sc̄ȝ ⁊ filij eius obtulerunt filij israel: sicut p̄cepat dn̄s. Que postq̄ȝ moyses cuncta vidit completa: benedixit eis.

℄ La. Sū. ℄ Precepit dn̄s vt erigat̄ tabernaculū: ⁊ oīa vnctionis oleo ꝯsecrent̄ qd̄ fit mēse p̄mo: anni secūdi: q̄ postq̄ȝ locuti sūt nubes operit tabernaculū q̄ incūbit tabernaculo p diē: ⁊ ignis p noctē: qñ nubes deserit tabernaculū ꝓficiscunt̄. Cap. xl.

A Erigitur tabnaculū cū eius reg[u]lis.

Locutusq̄ȝ est dn̄s ad moysen dicēs: Mense p̄mo: p̄ma die mēsis eriges tabernaculū testimonij: ⁊ pones in eo arcā dimittesq̄ȝ ante illā velū: ⁊ illata mēsa pones sup eā q̄ rite p̄cepta sunt. Candelabrū stabit cū lucernis suis: ⁊ altare aureū in q̄ adolet̄ incēsū corā arca testimonij. Tētoriū in introitu tabernaculi testimonij pones: ⁊ añ illud altare holocausti. Labrū inter altare ⁊ tabernaculū: qd̄ īplebis aqua. Circūdabisq̄ȝ atriū tētorijs: ⁊ igressū ei⁹. Et assumpto vnctiōis oleo: vnges tabnaculū cū vasis suis vt sctificent̄ altare holocausti ⁊ oīa vasa ei⁹: labrum cuȝ basi sua. // Oīa vnctionis oleo consecrabis vt sint scā sctōꝝ. Applicabisq̄ȝ aarō ⁊ filios eius ad fores tabernaculi testimonij ⁊ lotos aq̄ indues sctis vestib⁹ vt ministrēt mihi: ⁊ vnctio eoꝝ in sacerdotium sempiternuȝ ꝓficiat // Fecitq̄ȝ moyses oīa q̄ p̄cepat dn̄s.

B Oleo oīa sctificantur. s̄. 30. a.

Nūe. 7. a.

Igit̄ mēse p̄mo ānī scd̄i: p̄ma die mēsis collocatū ē tabnaculū. Erexitq̄ȝ moyses illō ⁊ posuit tabulas: ac bases: ⁊ vectes: statuitq̄ȝ colūnas ⁊ expādit tectū sup tabernaculū: iposito desup opimēto: sic dn̄s imperauerat. Posuit ⁊ testimoniū i arca subditis infra vectib⁹: ⁊ oraculū desup. Cūq̄ȝ intulisset arcā in tabnaculū testimonij: appēdit ante eā velū vt expleret dn̄i iussionē. Posuit ⁊ mēsaȝ in tabnaculo testimonij ad plagā septētrionalē extra velū: ordinatis corā ꝓpositionis panib⁹: sic p̄cepat dn̄s moysi. Posuit ⁊ cādelabrū in tabernaculo testimonij e regiōe mense in parte australi: locatis p ordinē lucernis iuxta p̄ceptū dn̄i. Posuit ⁊ altare aureū

C

sub tecto testimonij ꝯ velū ⁊ adoleuit sup eo incēsū aromatū sic iusserat dn̄s moysi. Posuit ⁊ tētoriū in introitu tabernaculi testimonij: ⁊ altare holocausti in vestibulo testimonij offerēs in eo holocaustuȝ ⁊ sacrificia: vt dn̄s imperauerat. Labrū q̄ȝ statuit inter tabnaculū testimonij ⁊ altare: implēs illud aq̄. Lauerūtq̄ȝ i eo moyses ⁊ aarō ac filij ei⁹ man⁹ suas ⁊ pedes: cū ingrederent̄ tectū federis ⁊ accederēt ad altare: sic p̄cepat dn̄s moysi. Erexit ⁊ atriū p gyrū tabernaculi: ⁊ altaris: ducto in introitu ei⁹ tētorio. // Postq̄ȝ oīa pfecta sūt: operuit nubes tabernaculū testimonij: ⁊ gl̄ia dn̄i ipleuit illud. Nec poterat moyses ingredi tectū federis nube opiēte oīa ⁊ maiestate dn̄i corruscāte: q̄ cūcta nubes operuerat. Si qñ nubes tabernaculuȝ deserebat: ꝓficiscebant̄ filij isrl̄ p turmas suas. Si pēdebat desup: manebāt in eodē loco. nubes qppe dn̄i incūbebat p die⁹ tabnaculo: ⁊ ignis in nocte: vidētibus cūctis populis israel per cunctas mansiones suas.

D s̄. 30. f.

Nūe. 9. c. Gl̄ia dn̄i ipleuit templum nube oīa obūbrāte.

℄ Explicit ellesmoth idest liber Exodi.

℄ Incipit vaijkra: idest liber Leuiticus.

℄ La. Sū. ℄ De ritu holocaustoꝝ quō de armēto fit oblatio: quomodo de pecorib⁹ quomodo de auibus. Cap. j.

Ocauit autez moysen: ⁊ locut⁹ est ei dn̄s de tabernaculo testimonij: dicēs. Loq̄re filijs israel: ⁊ dices ad eos. hō q obtulerit ex vobis hostiam domino de pecoribus id est de bobus ⁊ ouibus: offerēs victimas: si holocaustū fuerit eius oblatio: ac de armen

A Rit⁹ holocaustoꝝ de pecoribus.

B Exo.29.b infra.3.a.& infra.4.a.

to masculū immaculatū offeret ad ostiū tabernaculi testimonij ad placandum sibi dnm. Ponetq; sup caput hostie man⁹: et acceptabilis erit: atq; in expiatiōe eius pficiēs: immolabitq; vitulū corā dño & offerēt filij aarō sacerdotis sanguinē eius: fundētes p altaris circuitū qd est añ ostiū tabernaculi. Detractaq; pelle hostie: art⁹ in frusta cōcidēt: & subijciēt in altari ignem: strue lignoꝝ ante cōposita: & mēbra q̄ sūt cesa desup ordinātes: caput vz & cūcta q̄ adherēt iecori: intestinis & pedibus lotis aq̄: adolebitq; ea sacerdos sup altare in holocaustū & suauē odorē dño. Qd si de pecoribus oblatio est: de ouib⁹ siue de capris holocaustū: agnū anniculū & absq; macula offeret: immolabitq; ad latus altaris qd respicit ad aquilonē corā dño. Sanguinem vero illius fundēt sup altare filij aarō p circuitū. Diuidētq; mēbra: caput & oia que adherēt iecori: & inponent super ligna quibus subijciēdus est ignis. Intestina vero & pedes lauabit aqua: & oblata oia adolebit sacerdos sup altare in holocaustū & odorem suauissimū dño. Sin aūt de auibus holocausti oblatio fuerit dño: de turturibus & pullis columbe: offeret eā sacerdos ad altare: & retorto ad collū capite ac rupto vulneris loco: decurrere faciet sanguinē sup crepidinē altaris: vesiculam vero gutturis & plumas proijciet pp altare ad orientalē plagam: in loco in quo cineres effundi solent. Confringetq; ascellas ei⁹ & non secabit: neq; ferro diuidet eā: & adolebit sup altare lignis igne supposito. holocaustū est & oblatio suauissimi odoris dño.

d cō.di.5 ea j. i gl. di.2.c.no op3

C De peni. di.j.ca.libet ibi in lege sacrificium infra eo. holocaustum de auibus

D

Ca. Sm. De oblatione sacrificiorū: de simila decocta in clibano cum craticula absq; melle: de adiectione salis: de primitijs torrendis. Cap. ij.

A Oblatio simile.

Anima cū obtulerit oblationē sacrificij dño: simila erit ei⁹ oblatio. Fundetq; sup eā oleū & ponet thus: ac deferet ad filios aaron sacerdotis. Quoꝝ vn⁹ tollet pugillū plenū sile & olei ac totū thus & ponet memoriale sup altare in odorem suauissimū dño. Qd aūt reliquū fuerit de sacrificio: erit aaron & filioꝝ ei⁹: scm̄ sanctoꝝ de oblatiōib⁹ dñi. Cū aūt obtuleris sacrificiū coctū in clibano de simila: panes scilicet absq; fermēto cōspersos oleo: & lagana azima oleo lita: si oblatio tua fu-

B

erit de sartagine sile cōspse oleo & absq; fermēto: diuides eā minutatim & fundes sup eā oleū. Si aūt de craticula fuerit sacrificiū eque simila oleo cōspgef: quā offerēs dño trades manib⁹ sacerdotis. Qui cū obtulerit eā: tollet memoriale de sacrificio: & adolebit sup altare in odorē suauitatis dño. Quicqd aūt reliquū est: erit aarō & filioꝝ ei⁹: scm̄ scōꝝ de oblationibus dñi. Ois oblatio q̄ offert dño absq; fermēto fiet nec qcq; fermēti ac mellis adolebit in sacrificio dñi. Primitias tm̄ eoꝝ offeretis ac munera: sup altare vo nō iponent in odorē suauitatis. Quicqd obtuleris sacrificij sale cōdies: nec auferes sal federis dei tui de sacrificio tuo. In oi oblatione offeres sal. Si aūt obtuleris mun⁹ primitiaꝝ frugū tuaꝝ dño despicis adhuc virētib⁹: torrebis eas igni: & cōfringes in morē farris: & sic offeres primitias tuas dño: fundēs sup eā oleū: & thus iponēs: qz oblatio dñi est de q̄ adolebit sacerdos in memoriam muneris partem farris fracti & olei ac totum thus.

C fermētū et mel nō ponit in sacrificio. 37.di.c legim⁹. §. sed ecōtra p. i leuitice. Oia sacrificia sale cōdiūtur

D de cō. di. 4. ca. sal. Oblatio primitiarum

Ca. Sm. De hostia pacificoꝝ si bos si ouis si capra omnis adeps dñi est. Ca. iij.

Quod si hostia pacificoꝝ fuerit ei⁹ oblatio: & de bobus voluerit offerre marē siue feminā immaculatā offeret corā dño. Ponetq; manū sup caput victime sue: q̄ immolabit in introitu tabernaculi testimonij. Fundētq; filij aaron sacerdotis sanguinē p altaris circuitū: & offerent de hostia pacificoꝝ in oblationē dño adipem qui operit vitalia: & quicquid pinguedinis est intrinsecus: duos renes: cum adipe quo teguntur ilia: & reticulū iecoris cum renunculis: adolebuntq; ea super altare in holocaustum: lignis igne supposito in oblationem suauissimi odo-

A hostia pacificoꝝ

B infra. eo. exo.29.b.

B ris domino. Si vero de ovibus fuerit ei⁹ oblatio ⁊ pacificorum hostia siue masculum obtulerit siue feminam immaculata erunt omnia. // Si agnum obtulerit coram domino ponet manum suam sup caput victime sue que immolabit in vestibule tabernaculi testimonij. // Fūdent q̃ʒ filij aaron sanguinem eius per circuitum altaris: ⁊ offerent de pacificorum hostia sacrificium domino: adipem ⁊ caudā totā cū renibus ⁊ pinguedinem que operit ventrem atq̃ʒ vniuersa vitalia: ⁊ vtrūq̃ʒ renūculū cū adipe q̄ ē iuxta ilia reticulū q̃ʒ iecoris cū renūcul: ⁊ adolebit ea sacerdos sup altare i pabulū ignis ⁊ oblationis dñi. Si capra fuerit ei⁹ oblatio ⁊ obtulerit eā dño: pōet manū suā sup caput ei⁹: immolabitq̃ʒ eā i itroitu tabnaculi testimonij. // Et fundēt filij aarō sanguinē ei⁹ p altaris circuitū. Tollētq̃ʒ ex ea i pastū ignis dñici adipē q̄ opit vētrē ⁊ q̄ tegit vniuersa vitalia: duos renūculos cū reticulo qđ ē sup eos iux̄ ilia: ⁊ aruinā iecoris cū renūculis: adolebitq̃ʒ ea sup altare sacerdos in alimoniam ignis ⁊ suauissimi odoris. // Omnis adeps dñi erit iure ppetuo in generationib⁹ ⁊ cūctis habitaculis vris. nec sanguinē nec adipē omnino comedetis.

vj. di. ca. non ē. §. his itaq̃ʒ ṽ. vt de agno.

C supra eo dem. et infra eo.

supra eo.

D

infra. 4. d.

¶ Ca. Sū. ¶ De hostia ꝑ pctō sacerdotis: ꝑ ignorātia multitudinis: ꝑ pctō pncipis: ꝑ peccato vnius anime. Ca. iiij.

A Expiatio peccati p ignorantiaʒ facti De vero c. magne xv. ii. q. 4 ca. precipue ibi ad fabdi. sup. 1. b. ⁊ sup. 3. a. B infra eo.

Locutusq̃ʒ ē dñs ad moysen dicens. Loq̄re filijs isrł. Aia q̄ peccauerit per ignorātiā: ⁊ de vniuersis mādatis dñi q̄ p̄cepit vt nō fierēt qppiā fecerit si sacerdos q̄ vnct⁹ ē peccauerit delinq̄re faciēs pplʒ offeret ꝑ pctō suo vitulū imaculatū dño. Et adducet illū ad ostiū tabernaculi testimonij corā dño. // Ponetq̃ʒ manū sup caput ei⁹: ⁊ imolabit eū dño. Hauriet q̃ʒ de sāguine vituli: īferēs illū in tabnaculū testimonij. Cūq̃ʒ itinxerit digitū i sanguinē. // Aspget eū septies dño: ꝯ velū sctuarij: ponetq̃ʒ de eodē sanguine sup cornua altaris thimiamatis gratissimi dño: qđ est in tabnaculo testimonij. Oēʒ aūt reliquū sanguinē fūdet i basiʒ altaris holocausti i introitu tabernaculi. Et adipē vituli: offeret ꝑ pctō tā eū q̄ vitalia opit q̃ʒ oia q̄ intrisec⁹ sūt: duos renūculos ⁊ reticulū qđ ē sup eos iuxta ilia: ⁊ adipē iecoris cū renūculis: sic offerē de vitulo hostie pacificoꝝ: ⁊ adolebit ea sup altare holocausti. Pellē vo ⁊ oēs carnes cū capite ⁊ pedib⁹: ⁊ itestinis ⁊ fimo ⁊ reliquo corpe efferet ex. castra in locū mūdū vbi cineres effundi solēt: incēdetq̃ʒ ea sup lignoꝝ struē: q̄ in loco effusoꝝ cineꝝ cremabunł. Q̄ si ois turba filioꝝ isrł ignorauerit ⁊ p imperitiā fecerit qđ ꝯ mādatū dñi ē: ⁊ postea itellexerit peccatū suū: offeret ꝑ pctō suo vitulū. Adducetq̃ʒ eū ad ostiū tabnaculi ⁊ ponēt seniores ppli man⁹ sup caput ei⁹ corā dño. Immolatoq̃ʒ vitulo i ꝯspcū dñi: īferet sacerdos q̄ vnct⁹ ē: de sanguine ei⁹ i tabnaculū testimonij. // intincto digito aspgēs septies ꝯ velū. Ponetq̃ʒ de eodē sanguine i cornib⁹ altaris qđ ē i corā dño i tabnaculo testimonij. Reliquū āt sanguinē fūdet iuxta basiʒ altaris // holocaustoꝝ: qđ ē i ostio tabnaculi testimonij. // Oēʒ ei⁹ adipē tollet ⁊ adolebit sup altare: sic faciēs ⁊ de hoc vitulo q̄ūo fecit ⁊ prius. Et rogāte ꝓ eis sacerdote: ppiti⁹ erit eis dñs. Ipʒ āt vitulū efferet ex castra atq̃ʒ cōburet sic ⁊ priorē vitulū: q̄ ē ꝑ pctō multitudinis. // Si peccauerit pnceps: ⁊ fecerit vnū e plib⁹ p ignorātiaʒ qđ dñi lege ꝓhibetur: ⁊ postea itellexerit pctm̄ suū: offeret hostiā corā dño hyrcuʒ de capris imaculatū: ponetq̃ʒ manū suā sup caput ei⁹. Cūq̃ʒ imolauerit eū i loco vbi solet mactari holocaustū corā dño: q̄ꝛ ꝑ pctō est: tinget sacerdos digitū i sāguine hostie ꝑ pctō: tāgēs cornua altaris holocausti: ⁊ reliquū fūdēs ad basiʒ ei⁹: adipē vo adolebit sup: sic i victimis pacificoꝝ fieri solet. Rogabitq̃ʒ ꝓ eo sacerdos ⁊ ꝑ pctō ei⁹: ⁊ dimittet ei. Q̄ si peccauerit aīa p ignorātiaʒ de pplo terre vt faciat q̄cq̄ʒ de his q̄ dñi lege ꝓhibent atq̃ʒ delinq̄t ⁊ cognouerit peccatū suū offeret caprā imaculatā: ponetq̃ʒ man⁹ sup caput hostie q̄ ꝓ peccato est: ⁊ immolabit eā i loco holocausti. Tollet q̃ʒ sacerdos de sanguine in digito suo: ⁊ tāgēs cornua altaris holocausti: reliquū fundet ad basiʒ ei⁹. // Omnē aūt adipē auferēs sicut auferri solet de victimis pacificoꝝ: adolebit sup altare in odorē suauitatis domino: rogabitq̃ʒ ꝓ eo ⁊ dimittet ei. Si autē de pecorib⁹ obtulerit victimā pro peccato: ouē scilicet immaculatā: ponet manum sup caput eius: ⁊ immolabit eā in loco vbi solent cedi holocaustoꝝ hostie. Sumet q̃ʒ sacerdos de sanguine ei⁹ digito suo: ⁊ tā-

C

D sup. eo.

sup. 1. d. ⁊ infra eo.

E de pe. di. 2. ca. iter hircus in glo. j.

F

sup. 3. d. ⁊ sup. eo. ⁊ infra eo.

G

gens cornua altaris holocausti reliquu3 fundet ad basi3 ei⁹. // Oēm q3 adipē au feret: sicut auferri solet adeps arietis: q īmolat̄ p pacificis cremabit sup altare incensum dñi. Rogabitq3 p eo ₇ p̄o peccato eius ₇ dimittetur ei.

sup. 3. d. ₇ sup eodem.

¶ Ca. Sū. ¶ Quid p̄o qb⁹ causis offerri debeat. s. qd p iuramēto: qd p errore: qd p ignorātie: q1 p errāte. Cap. v.

A Expiatio periurij nō manifestati. //22. q. 6. siqs qui ci⁹. 9. item q.

Si peccauerit aīa ₇ audierit vocē iurātis: testisq3 fuerit q ipse vidit: aut cōscius est: nisi indicauerit portabit iniqtatē suā. Aīa q tetigerit aliqd immundū: siue qđ occisu3 a bestia est: aut p se mortuum aut qđlibet aliud reptile ₇ oblita fuerit imūdicie sue: rea est ₇ deliquit: ₇ si tetigerit qcq3 de imūdicia hōis iuxta oē3 ipuritatē qua polluī solet: oblitaq3 cognouerit postea: subiacebit delicto. Aīa q iurauerit ₇ ptulerit labijs suis: vt vel male qđ faceret vel bene ₇ nō fecerit: ₇ idipm iuramēto ₇ smone firmauerit: oblitaq3 postea intellexerit delictū suū: agat pniā3 p pctō: ₇ offerat de gregib⁹ agnā siue caprā. Orabitq3 p ea sacerdos ₇ pro pctis eius. // Sin aūt nō potuerit offerre pec⁹: offerat duos turtures: vel duos pullos columbaꝝ dño: vnū p pctō: ₇ alteꝝ in holocaustū: dabitq3 eos sacerdoti. Qui pmū offerens p pctō: retorqbit caput ei⁹ ad pēnulas: ita vt collo adhereat ₇ nō penit⁹ abrūpat: ₇ aspget de sanguine ei⁹ parietē altaris. Quicqđ aūt reliquu3 fuerit: faciet distillare ad fundamētū ei⁹: q2 p pctō est. Alteꝝ vo in holocaustu3 adolebit vt fieri solet. Rogabit p eo sacerdos ₇ p pctō ei⁹ ₇ dimittet ei. Qꝫ si nō quiuerit man⁹ eius duos offerre turtures aut duos pullos columbaꝝ: offeret p pctō suo sile partē ephi decimā. Nō mittet in eā oleū: nec thuris aliqd īponet: q2 p pctō est. Tradetq3 eā sacerdoti. Qui plenū ex ea pugillū hauriēs cremabit sup altare in monimētū ei⁹ q obtulerit: rogās p illo ₇ expiās: reliquā vo ptē ipse hēbit in munere. Locutusq3 est dñs ad moysen dicēs. Aīa si puaricās cerimonias p errores in his q dño sunt sanctificata peccauerit: offeret pro delicto suo arietē imaculatū de gregib⁹ q emi pt duobus siclis iuxta pondus sanctuarij: ipmq3 qđ intulit dāni restituet ₇ qntā ptē ponet supaddēs sacerdoti. Qui rogabit p eo offerens arietē: ₇ dimittet ei. Aīa q peccauerit p ignorantiā: feceritq3 vnū ex his que dñi lege phibent: ₇ peccati rea intellexerit iniqtatē suā: offeret arietē imaculatu3 de gregib⁹ sacerdoti: iuxta mēsurā estimationēq3 pctī. Qui orabit p eo: q2 nesciēs fecerit: ₇ dimittet ei: q2 per errorē deliquit in domino.

Expiatio tactus īmūdaꝝ rerum.

B Expiatio piurij cō missi. deu. 13. c. luce. 2. d.

C

D Expiatio nō seruā tis cerimōias.

¶ Ca. Sū. ¶ De lege holocausti ₇ igne ppetuo ₇ lege singloꝝ sacrificioꝝ. De oblatiōe sacerdotis in die vnctiōis ei⁹: de hostia p pctō: qs eā comedit: ₇ vbi sacerdotis offerētis sacrificia erunt. Cap. vi.

Locutusq3 est dñs ad moysen dicēs. Aīa que peccauerit: ₇ ɔtēpto dño negauerit pximo suo depositū qđ fidei eius creditū fuerat: vel vi aliqd extorserit: aut calūniā fecerit: siue rē perditā inuenerit: ₇ inficiās insup peierauerit: ₇ qđlz aliđ ex plib⁹ fecerit in qb⁹ solent peccare hoīes: ɔuicta delicti reddet oia q p fraudē voluit obtinere itegra ₇ qntā insup ptē3 dño cui dānū intulerat. Pro pctō aūt suo offeret arietē immaculatū de grege: ₇ dabit eū sacerdoti iuxta estimationē mēsurāq3 delicti. Qui rogabit p eo corā dño: ₇ dimittet illi p singulis q faciēdo peccauit. Locutusq3 est dñs ad moysen dicēs. Precipe aaron ₇ filijs ei⁹. Hec est lex holocausti. Cremabit in altari tota nocte vsq3 mane. Ignis ex eodē altari erit. // Vestiet tunica sacerdos ₇ feminalib⁹ lineis tolletq3 cineres qs vorans ignis exussit ₇ ponēs iuxta altare spoliabit prorib⁹ vestimētis indutusq3 alijs efferet eos extra castra: ₇ in loco mūdissimo vsq3 ad fauillā ɔsumi faciet. Ignis aūt in altari semp ardebit: quē nutriet sacerdos subijciens ligna mane p singulos dies: ₇ iposito holocausto desup adipes adolebit pacificoꝝ. Ignis est iste ppetu⁹: q nūq3 deficiet in altari. Hec est lex sacrificij ₇ libamētoꝝ q offerēt filij aarō corā dño ₇ corā altari. Tollet sacerdos pugillū sile q ɔspersa est oleo: ₇ totū thus qđ sup simila3 positū est: adolebitq3 illđ in altari in monimētū odoris suauissimi dño. Reliquā aūt ptē3 sile comedet aarō cū filijs suis absq3 fermēto: ₇ comedet in loco sanctuarij tabernaculi. Ideo aūt nō fermētabit: q2 ps ei⁹ in dñi offert incensu3. Sanctū sanctoꝝ erit sicut p pctō atq3 delicto. Mares tm̄ stir-

A Expiatio pctī p cō tēptum.

B

D Rit⁹ holo causti.

De ɔse. di. 1. c. 1.

Ignis i altari sp ardebat. De cele. mis. c. si. Lex libamētoꝝ.

C

ple aarō comedet illud. Legitimū ac sempiternū erit in generationib⁹ vestris de sacrificijs dñi. Oīs q tetigerit illa sanctificabit. Locutusq3 est dñs ad moysen: dicens. Hec est oblatio aarō & filiox ei⁹ quā offerre debent dño in die vnctionis sue. Decimā ptē ephi offerēt siле in sacrificio sempiterno. Mediū eius mane & medū ei⁹ vespere: q in sartagine oleo cōspersa friget. Offeret aūt eā calidā in odorem suauissimū dño sacerdos q iure patri successerit. Et tota cremabit in altari. Oē.n. sacrificiū sacerdotū igne ɔsumet: nec quisq3 comedet ex eo. Locutus est aūt dñs ad moysen dicēs. Loqre aarō & filijs ei⁹. Ista est lex hostie p pctō. In loco vbi offert holocaustū: imolabit corā dño. Sanctū sanctox est. Sacerdos q offeret comedet eā in loco sancto in atrio tabernaculi. Quicqd tetigerit carnes ei⁹ sanctificabit. Si d̄ sanguine illi⁹ vestis fuerit aspersa lauabitur in loco sancto. Uas aūt fictile i quo cocta est ɔfringet. Q si vas eneum fuerit defricabit & lauabit aqua. Oīs masculus de genere sacerdotali vescet de carnib⁹ ei⁹: q: sanctū sanctox est. Hostia.n. que cedit p pctō: cui⁹ sanguis infert in tabernaculū testimonij ad expiandū in sanctuario nō comedet: sed cōburet igni. Hec quoq3 est lex hostie p delicto. Sancta sanctox est. Idcirco vbi imolabit holocaustū: mactabit & victimā p delicto: sanguis ei⁹ p gyrū altaris fundet. Offerent ex ea caudā & adipē q operit vitalia duos renunculos & pinguedinē que iuxta ilia est: reticulūq3 iecoris cū renūculis & adolebit ea sacerdos sup altare. Incensū3 est dñi p delicto. Oīs masculus de sacerdotali genere in loco sancto vescet hīs carnib⁹: q: sanctum sanctorū est. Sicut p pctō offeret hostia: ita & p delicto. Utriusq3 hostie lex vna erit ad sacerdotē q eā obtulerit ptinebit. Sacerdos q offert holocausti victimā: hēbit pellē ei⁹. Et oē sacrificium sile qd coquitur in clybano: & qcqd in craticula vel in sartagine pparat: eius erit sacerdotis a quo offert: siue oleo cōspersa siue arida fuerit. Cunctis filijs aaron mensura equa, per singulos diuide.

Oblatio i vnctione sacerdotum.

D

Hostia p peccato.

Infra.11.c. & infra. 15.b.

E

¶ Ca. vij. ¶ De hostia pacificox qs & qn̄ comedi debeat de adipe & de sanguine: & de parte sacerdotis & pectusculo eleuationis & de ɔsecratiōe sacerdotis. Cap. vij.

Hec est lex hostie pacificox que offert dño. Si p grāx actiōe oblatio fuerit: offerēt panes absq3 fermēto: ɔspsos oleo: & lagana azyma vncta oleo: coctāq3 similā & collyridas olei admixtiōe ɔspsas: panes quoq3 fermētatos cum hostia gratiarū q imolat p pacificis: ex qb⁹ vn⁹ p primitijs offert dño: & erit sacerdotis q fundet hostie sanguinē. Cui⁹ carnes eadē3 comedent die: nec remanebit ex eis qcq3 vsq3 mane. Si voto vel sponte qspia3 obtulerit hostiā: eadē silr edet die. Sed & siqd in crastinū remāserit: vesci licitū est. Quicqd aūt tertius inuenerit dies ignis absumet. Si qs de carnib⁹ victime pacificox die tertio comederit: irrita fiet eius oblatio: nec pderit offerēti: qn poti⁹ qcūq3 aīa tali se edulio ɔtaminauerit: puaricationis rea erit. Caro que aliqd tetigerit imūdū nō comedet: sed cōburetur igni. Qui fuerit mundus: vescet ex ea. Anima polluta que ederit de carnib⁹ hostie pacificox que oblata est dño: peribit de pplis suis: & que tetigerit imundiciā hoīs vel iumēti siue oīs rei que polluere pōt & comederit de huiuscemodi carnib⁹: interibit de populis suis. Locutusq3 ē dñs ad moysen: dicēs. Loquere filijs isrl. Adipē ouis & bouis & capre nō comedetis. Adipē cadaueris morticini & ei⁹ aīalis qd a bestia captū est: habebitis in varios vsus. Si qs adipē q offerri d3 incēsum dñi comederit: peribit de pplo suo. Sanguinē3 quoq3 oīs aīalis nō sumetis in cibo: tam de auib⁹ q3 de pecorib⁹. Oīs aīa que ederit sanguinē: peribit de pplis suis. Locutusq3 est dñs ad moysen: dicēs. Loquere filijs israel dicēs. Qui offert victimā pacificox dño: offerat sil & sacrificiū .i. libamēta ei⁹. Tenebit manib⁹ adipe3 hostie & pectusculū. Cūq3 ambo oblata dño ɔsecrauerit tradet sacerdoti. Qui adolebit adipē sup altare. pectusculū aūt erit aarō & filiox ei⁹. Armus quoq3 dexter de pacificorū hostijs: cedet in primitias sacerdotis. Qui obtulerit sanguinē & adipē filiorū aaron ipse habebit & armū dextru3 in portione sua. Pectusculū.n. eleuatiōis & armu3 separatiōis tuli a filijs israel de hostijs eox pacificis: & dedi aaron sacerdoti & filijs ei⁹ lege ppetua ab oī pplo isrl. Hec

A Hostia pacificorum.

B

Adipem bouis et comedere nō licet. sup.3.d. 30.di.ca. sigs i ca. 17. Sanguinem bestie edere nō possunt.

C

est vnctio aaron ⁊ filiorum eius in ceri-
moniis domini die quo obtulit eas moy-
ses vt sacerdotio fungerentur: ⁊ que pre-
cepit eis dari dominus a filiis israel reli-
gione ꝑpetua in generationib⁹ suis. Ista
est lex holocausti ⁊ sacrificii ꝓ peccato atqꝫ
delicto ⁊ pro cõsecratiõe ⁊ pacificoꝝ victi-
mis: quã ꝯstituit dñs moysi in mõte sy-
nai qñ mãdauit filiis israel vt offerrẽt ob-
lationes suas domino in deserto synai.

¶ Ca. Sũ. ¶ De ꝯsecratione aarõ ⁊ filioꝝ
eius: de oblationib⁹ ꝓ peccato ⁊ cõsecratio
nis ꝓmiũ: ⁊ q septẽ diebus diffinit cõse
cratio: ⁊ tot dieb⁹ nõ exibũt de ostio in ta-
bernaculum aaron ⁊ filii eius. Cap. viij.

[A] Locutusqꝫ est domin⁹ ad moysen di
cens. Tolle aaron cum filiis suis:
[Cõsecratio sacerdotes.] vestesqꝫ eoꝝ ⁊ vnctionis oleũ vitulum
pro peccato: duos arietes: canistrum cum
azymis: ⁊ congregabis omnẽ cetum isra-
el ad ostium tabernaculi. [Nu. 17.] Fecit moyses vt
[//21. di. c. i. l. pri. 50 di. capi si pr st. 9. c. ? ibi in sacerdotẽ est ꝯse cratus S. q. i. c. in scriptu ris ibi ss qui vocat a dño.] dominus imperauerat: congregataqꝫ om
ni turba ante fores tabernaculi: ait. Iste
est sermo quẽ iussit dominus fieri. Sta-
timqꝫ obtulit aaron ⁊ filios ei⁹. Cumqꝫ la
uisset eos: vestiuit pontificem subucula li-
nea accingens cum baltheo: ⁊ induẽs eum
tunica hyacinthina: ⁊ desuper humerale
imposuit: quod astringens cingulo apta-
uit rationali in quo erat doctrina ⁊ ve-
ritas. Cydari quoqꝫ texit caput: ⁊ sup eam
contra frontem posuit laminam auream
consecratam in sanctificatione: sicut pre-
ceperat ei dominus. Tulit ⁊ vnctionis
[//26. di. c. ecce i pri.] oleum quo liniuit tabernaculũ cũ omni
supellectili sua. Cumqꝫ sanctificãs aspersis-
[B] set altare septẽ vicibus: vnxit illud ⁊ om-
[//de con. di. i. ca. j. in prin.] nia vasa eius: labrũqꝫ cum basi sua sancti
ficauit oleo. Quod fundens super caput
aaron: vnxit eũ ⁊ consecrauit. Filios quo
qꝫ eius oblatos consecrauit: vestiuitqꝫ tu
nicis lineis ⁊ cinxit baltheis: imposuitqꝫ
mitras vt iusserat dominus. Obtulit et
[C] vitulum pro peccato. Cumqꝫ super caput
eius posuisset aaron ⁊ filii eius manus su
as immolauit eum hauriens sanguinẽ:
⁊ tincto digito tetigit cornua altaris per
gyrum. Quo expiato ⁊ sanctificato: fudit
reliquũ sanguinem ad fundamenta ei⁹.
Adipem vero qui erat super vitalia: ⁊ re-
ticulum iecoris: duosqꝫ renunculos cũ
aruinulis suis adoleuit super altare vi

tulum cum pelle ⁊ carnibus: ⁊ fimo cre-
mans extra castra: sicut preceperat domi-
nus. Obtulit ⁊ arietem in holocaustum. [D]
Super cuius caput cum imposuissent aa-
ron ⁊ filii eius manus suas immolauit
eum: ⁊ fudit sanguinem eius ꝑ circuitum
altaris. Ipsumqꝫ arietẽ in frustra cõcidens:
caput ei⁹ ⁊ artus ⁊ adipẽ adoleuit igni: lo
tis ꝑus intestinis ⁊ pedib⁹. Totumqꝫ simul
arietẽ incẽdit sup altare: eo q esset holo-
caustũ suauissimi odoris domino: sicut
ꝑceperat ei. Obtulit ⁊ arietẽ secũdũ in cõ-
secrationẽ sacerdotũ: posueruntqꝫ sup ca-
put ei⁹ aarõ ⁊ filii ei⁹ man⁹ suas. Quem cum
immolasset moyses sumẽs de sanguine ei⁹
tetigit extremũ auricule dextre aaron: ⁊
pollicẽ man⁹ eius dextre siĺr ⁊ pedis. Obtu [E]
lit ⁊ filios aaron. Cumqꝫ de sanguine arietis
immolati tetigisset extremũ auricule singu
loꝝ dextre: pollices manus ac dextri pedis
reliquũ fudit sup altare ꝑ circuitum. Adi-
pem vero ⁊ caudam omnemqꝫ pinguedinem q
operit intestina. reticulumqꝫ iecoris ⁊ duos
renes cũ adipib⁹ suis: ⁊ armo dextro sepa
rauit. Tollẽs aũt de canistro azymoꝝ qđ
erat corã dño pães absqꝫ fermẽto ⁊ collyri-
dã cõspersam oleo laganumqꝫ posuit super
adipes ⁊ armũ dextrũ: tradens simul oĩa
aaron ⁊ filiis eius. Qui postq̃ leuauerũt [F]
ea coram dño: rursum suscepta de manib⁹
eorum: adoleuit super altare holocausti:
eo q consecrationis esset oblatio in odo-
rem suauitatis sacrificii domino. Tulitqꝫ
pectusculum eleuans illud coram domino
de ariete cõsecrationis in partem suam: si-
cut preceperat ei dominus. Assumẽsqꝫ vn
guentum ⁊ sanguinem qui erat in altari
aspersit sup aaron ⁊ vestimẽta eius: ⁊ sup
filios illi⁹ ac vestes eoꝝ. Cumqꝫ sanctificas-
set eos in vestitu suo: ꝑcepit eis dicẽs. Co
quite carnes ante fores tabnaculi: ⁊ ibi co
medite eas. Panes q̃z cõsecrationis edi-
te q positi sunt in canistro: sicut ꝑcepit mi
hi dñs dicens. Aaron ⁊ filii eius come-
dent eos. Quicquid autẽ reliquũ fuerit de [G]
carne ⁊ panib⁹: ignis absumet. De ostio
quoqꝫ tabernaculi non exibitis septẽ die
bus vsqꝫ ad diem quo complebit tẽpus
consecrationis vestre. Septẽ enim diebus
finitur consecratio sicut in presentiaꝝ fa-
ctũ est: vt ritus sacrificii compleret. Die ac
nocte manebitis in tabnaculo: obseruãtes

custodias domini: ne moriamini. Sic. n. mihi preceptum est. Feceruntque aaron et filij eius cuncta que locutus est dominus per manum moysi.

¶ Ca. Sũ. ¶ De prima immolatione sacerdotis pro suo peccato et populi: qualiter dominus apparuit eis: qualiter moyses et aaron benedixerunt populo: quod ignis egressus a deo deuorauit holocaustum: turba laudauit dominum. Ca. ix.

niculos qnq3. Hec fuit oblatio elisur filij sedeur. Die qnto pnceps filio2 symeō salamihel filius surisaddai: obtulit acetabulū argēteū appēdēs cētū triginta siclos: phialā argēteā habētē septuaginta siclos ad pōdus sctūarij vtrūq3 plenū simila ɔspsa oleo in sacrificiū: mortariolū aureū appēdēs decē siclos plenū incēso: bouē de armēto: & arietē: & agnū anniculū: in holocaustū: hircūq3 p peccato: Et in hostias pacifico2 boues duos: arietes qnq3: hircos qnq3: agnos anniculos qnq3. Hec fuit oblatio salamihel filij surisaddai. Die sexto pnceps filio2 gad heliasaph filius duel obtulit acetabulū argēteū appēdēs cētum triginta siclos: phialā argēteā habētē septuaginta siclos ad pōdus sanctuarij: vtrūq3 plenū simila cōspersa oleo in sacrificium: mortariolū aureū appēdēs decē siclos plenū incēso: bouē de armēto: & arietē: & agnū anniculū in holocaustū: hircūq3 p pctō. Et in hostias pacifico2 boues duos: arietes qnq3: hircos qnq3: agnos anniculos qnq3. Hec fuit oblatio heliasaph filij duel. Die septimo pnceps filio2 effraim elisama filius ammiud. obtulit acetabulū argēteū appēdēs cētū triginta siclos phialam argēteā hñtē septuaginta siclos ad pōdus sanctuarij vtrūq3 plenū simila conspersa oleo in sacrificiū: mortariolū aureū appēdēs decē siclos plenū incēso: bouē de armēto: & arietē: & agnū anniculū in holocaustū: hircumq3 p peccato: Et in hostias pacifico2 boues duos: arietes qnq3: hircos qnq3: agnos anniculos qnq3. Hec fuit oblatio elisama filij ammiud. Die octauo pnceps filio2 manasse gamaliel filius phadassur: obtulit aceptabulū argēteū appēdēs cētū triginta siclos: phialā argēteā hñtē septuaginta siclos ad pōdus sctūarij: vtrūq3 plenū simila cōspersa oleo i sacrificiū: mortariolū aureū appēdens decē siclos plenū incēso: bouē de armento & arietē & agnū anniculū in holocaustū: hircūq3 pro peccato. Et in hostias pacifico2 boues duos: arietes qnq3 hircos quinq3: agnos anniculos qnq3. Hec fuit oblatio gamaliel filij phadassur. Die nono princeps filio2 beniamin abidam filius gedeonis obtulit acetabulū argēteū appēdens centū triginta siclos: phialā argēteā habentē septuaginta siclos ad pondus san-

nomen dedit.

Oblatio simeon.

D

Oblatio gad.

Oblatio effraim.

Oblatio manasse.

Oblatio beniamin

B

tuarij vtrūq3 plenū simila cōspsā oleo i sacrificiū: mortariolū aureū appēdēs decē siclos plenū incēso. bouē de armēto: et arietē: et agnū anniculū i holocaustū: hircūq3 p pctō: Et in hostias pacificoꝝ boues duos: arietes qnq3: hircos qnq3: agnos anniculos qnq3. hec fuit oblatio abidan filij gedeonis. Die decimo pnceps filioꝝ dan abiezer: filiꝰ amisaddai obtulit acetabulū argēteū appendēs centū triginta siclos: phialā argenteā habentē septuaginta siclos ad pōdus sanctuarij vtrūq3 plenū simila cōspersa oleo in sacrificiū: mortariolū aureū appendēs decē siclos plenū incēso: bouē de armēto et arietē et agnū anniculū in holocaustū: hircūq3 p peccato: Et in hostias pacificoꝝ boues duos: arietes quinq3: hircos quinq3: agnos anniculos qnq3. hec fuit oblatio abiezer filij amisaddai. Die vndecimo pnceps filioꝝ aser + phegiel filius ochran obtulit acetabulū argēteū: appēdēs centūtriginta siclos: phialā argēteā habentē septuagita siclos ad pōdus scuarij vtrūq3 plenū simila ꝯspsā oleo i sacrificiū: mortariolū aureū appēdēs decē siclos plenū incēso: bouē de armēto et arietē et agnū āniculū in holocaustū: hircūq3 p pctō: Et i hostias pacificoꝝ boues duos: arietes qnq3: hircos qnq3: agnos āniculos qnq3. hec fuit oblatio phegiel filij ochran. Die duodecio pnceps filioꝝ neptalim ahirā filiꝰ henan: obtulit acetabulū argēteū appēdēs cētū triginta siclos: phialā argēteā habētē septuaginta siclos ad pōdus scuarij: vtrūq3 plenū simila oleo ꝯspsā i sacrificiū: mortariolū aureū appendēs decē siclos plenū incēso: bouē de armēto et arietē et agnū anniculū in holocaustū: hircūq3 p pctō: Et i hostias pacificoꝝ boues duos: arietes qnq3: hircos qnq3: agnos āniculos qnq3. hec fuit oblatio ahira fili henā. hec i dedicatiōe altaris oblata sunt a pncipibꝰ isrl: in die q̄ consecratū est: acetabula argētea duodecī: phiale argētee duodecī: mortariola aurea duodecī3. ita vt cētū trigita siclos haberet vnū acetabulū: et septuagintasiclos vna phiala id est i cōmune vasoꝝ oium ex argēto: sicli duo milia q̄dringēti pōdere sanctuarij: mortariola aurea duodecī3 plena incēso: denos siclos appēdētia pōdere scuarij idest simul auri sicli cētū3 viginti: boues de armēto i holocaustū duodecī3: arietes duodecī3 agni āniculi duodecī: et libamēta eoꝝ: hirci duodecim p pctō: in hostias pacificoꝝ boues vigintiq̄ttuor: arietes sexaginta: hirci sexaginta: agni āniculi sexagita. hec oblata sūt i dedicatiōe altaris qn̄ vnctū est. Cūq3 ingrederetur moyses tabernaculū federis: vt ꝯsuleret oraculū audiebat vocē loquentis ad se de propitiatorio: qd̄ erat sup arcam testimonij iter duos cherubin: vnde et loquebatur ei.

¶ Ca. viij. ¶ De cādelabro et oblatione et purificatione: et etate leuitaꝝ. Cap. viij.

Locutusq3 ē dn̄s ad moysen dicens. Loq̄re aaron et dices ad eū. Cum posueris septē lucernas cādelabrum in australi parte + erigāt. hoc igit + precipe vt lucerne cōtra boream e regione respiciant ad mensā panes ppositionis ꝯtra eā partē quā cādelabrū respicit lucere debēt. Fecitq3 aarō et imposuit lucernas super cādelabrū: vt preceperat dn̄s moysi. hec aūt erat factura cādelabri: ex auro ductili: tā medius stipes q̄3 cuncta + que ex vtroq3 calamorū latere nascebant. Juxta exēplū qd̄ ondit dn̄s moysi: ita operatus est cādelabrū. Et locutꝰ est dn̄s ad moysen dicēs. ‖ Tolle leuitas ex medio filioꝝ isrl: et purificabis eos iuxta hūc ritū. Aspgātur aq̄ lustratiōis: et radāt oēs pilos carnis sue. Cūq3 lauerit vestimēta sua et mūdati fuerint: tollēt bouem de armētis et libamētū eius similā oleo ꝯspsā: bouē3 aūt alteꝝ de armēto accipies p pctō: et applicabis leuitas corā tabnaculo federis: cōuocata oi multitudine filioꝝ isrl. Cūq3 leuite fuerint corā dn̄o: ponēt filij isrl manꝰ suas sup eos: et offeret aaron leuitas munus in ꝯspectu domini a filijs israel: vt seruiāt in ministerio eius. Leuite q̄q3 ponent manus suas super capita boum: e quibus vnū3 facies pro peccato et alteꝝ i holocaustū dn̄i: vt depreceris pro eis. Statuesq3 leuitas in ꝯspectu aaron et filioꝝ eiꝰ: et ꝯsecrabis oblatos dn̄o: ac separabis de medio filiorū3 israel vt sint mei: et postea ingrediant tabernaculū federis vt seruiāt mihi. Sicq3 purificabis et ꝯsecrabis eos i oblationē dn̄i: qm̄ dono donati sunt mihi a filijs israel. ‖ Pro pmogenitis que apriūt oēm vuluā3 in israel: accepi eos. Mea sūt eni3 oia pmogenita filiorū isra

Oblatio dan.

F

Oblatio aser.

Alias + phagiel.

Oblatio neptalim.

G

Nūs reꝝ oblataꝝ.

Loq̄bat dn̄s moysi de tabernaclo federis.

A

De situ et ordinatiōe cādelabri et lucernarū.

Als + erigat.

Als + precepit.

Als + stipes que.

Leuitaꝝ ꝯsecratio

B

Sicilia insula a sículo neptuni filio appellatur.

C

Sup. 3. b

Exo. 13. a et. 33. c.

Luce.2.d

est tam ex hoibus q̃ ex iumentis. // Ex die quo percussi omne primogenitū in terra egypti sanctificaui eos mihi // ⁊ tuli leuitas pro cunctis primogenitis filioꝝ israel: tradidiq; eos dono aaron ⁊ filijs eius de medio // populi vt seruiāt mihi: pro israel in tabernaculo federis: ⁊ orent pro eis: ne sit in populo plaga si ausi fuerint accedere ✠ ad sanctuarium. Feceruntq; moyses ⁊ aaron ⁊ oīs multitudo filioꝝ israel super leuitis que preceperat dñs moysi: purificatiq; sūt ⁊ lauerūt vestimēta sua. Eleuauitq; eos aarō in ɔspectu dñi ⁊ orauit ꝓ eis vt purificati ingrederent̄ ad officia sua in tabernaculū federis corā aaron ⁊ filijs eius. Sicut preceperat dominus moysi de leuitis: ita factū est. ✠ Locutusq; est dñs ad moysen dicēs. // Hec ē lex leuitaꝝ. A viginti quinq; annis ⁊ supra ingredient̄ vt ministrēt in tabernaculo federis: Cūq; quinquagesimum annū etatis impleuerint: seruire cessabūt. Eruntq; ministri fratrū suoꝝ in tabernaculo federis vt custodiāt que sibi fuerint commendata: opa autem ipsa non faciāt. Sic dispones leuitas in custodias suis.

Exo.ca.3. sup.c.3. Als ✠ i

B

Als ✠ cis

¶ Capituli Sūmariū. ¶ De phase primo mundoꝝ: postea immundorum alienigenarum: ⁊ ducatu nobis. Ca.ix.

Locutus est dñs ad moysen ī deserto synai: anno secūdo postq̄ egressi sūt de terra egypti: mēse primo: dicēs. Faciant filij israel phase ī tpe suo q̃rtadecima die mēsis hui⁹ ad vesperā: iuxta omnes cerimonias ⁊ iustificationes eius. Precepitq; moyses filijs isrl̄ vt facerēt phase. Qui fecerūt tpe suo q̃rtadecima die mensis ad vesperā in mōte synai. Iuxta oīa q̄ mādauerat dñs moysi fecerūt filij israel. Ecce āt qdā immūdi sup aia hoīs q nō poterāt facere ✠ phase ī die illo accedētes ad moysen ⁊ aarō: dixerūt eis. Immūdi sum⁹ sup anima hoīs: quare fraudamur vt non valeamus oblationē offerre dño in tpe suo inter filios israel? Quib⁹ rn̄dit moyses. State vt consulā: quid pcipiat dominꝰ de vobis. Locutusq; ē dñs ad moysen dicens. Loq̄re filijs israel. Hō q̄ fuerit immundus sup anima: siue in via procul in gēte vestra faciat phase dño in mense secundo quartadecima die mēsis ad vesperā: cū azimis ⁊ lactucis agrestibus comedēt illud. Non

A Phase ꝑ mū celebratur.

Als dicit ✠ pascha. et.

B

Ioā.19.g

relinquēt ex eo quippiā vsq; mane // ⁊ os eius nō ɔfringēt. Omnē ritū phase obseruabūt. Si quis autē ⁊ mūdus ✠ est ⁊ in itinere nō fuit ⁊ tamen nō fecit phase: exterminabit anima illa de populis suis: q̄ sacrificiū dño nō obtulit tpe suo. Peccatū suū ipse portabit. Peregrin⁹ quoq; ⁊ aduena si fuerint apud vos faciēt phase dño iuxta cerimonias ⁊ iustificatiōes suas. Preceptū idē erit apud vos taz aduene q̄ indigene. // Igitur die qua erectū est tabernaculū: operuit illud nubes. A vespe aūt super tētoriū erat q̄si species ignis vsq; mane. Sic ✠ fiebat iugiter. Per diē opiebat illud nubes: ⁊ ꝑ noctes q̄si species ignis. Cūq; ablata fuisset nubes q̄ tabernaculuz ptegebat: tunc ꝓficiscebant̄ filij israel: ⁊ in loco vbi stetisset nubes: ibi castrametabāt̄. Ad imperiū domini proficiscebātur: ⁊ ad imperiū illius figebāt tabernaculuz. Cunctis diebus qbus stabat nubes sup tabernaculū manebāt in eodē loco. Et si euenisset vt multo tpe maneret super illud: erāt filij israel in excubijs dñi: ⁊ non proficiscebant̄ quotquot dieb⁹ fuisset nubes sup tabernaculū. Ad imperium dñi erigebāt tentoria: ⁊ ad imperiū illius deponebāt. Si fuisset nubes a vespe vsq; mane: ⁊ statiz diluculo tabernaculū ⁊ reliquisset, ꝓficiscebant̄. Et si post diez ⁊ noctem recessisset: dissipabāt tētoria. Si ✠ biduo aut vno mense vel longiori tpe fuisset super tabernaculū manebant filij israel in eodē loco ⁊ non ꝓficiscebant̄: Statiz autem vt recessisset mouebāt castra. Per verbū dñi figebāt tentoria: ⁊ ꝑ verbuz illius proficiscebantur: Erantq; in excubijs domini iuxta imperium eius per manum moysi.

Als fuit est ✠ est

C

Exo.40.

Als ✠ fiebat.

D

Ad nutū motū ꝓficiscebantur filij israel ad gen[...] nuũ me[...] rabant.

¶ Ca. Sū. ¶ De tubis argēteis ⁊ officijs eaꝝ: de ordine mouēdi castra: de obab cognato moysi: ⁊ quō arca precedebat eos: quid dicebat moyses cum eleuabat̄: aut deponebatur arca. Cap.x.

Locutusq; est dominus ad moysen dicens. Fac tibi duas tubas argenteas ductiles: quibus cōuocare possis multitudinem quando mouēda sunt castra. Cumq; increpueris tubis: congregabitur ad te omnis turba ad ostium tabernaculi federis. Si semel clangueris: venient ad te principes ⁊ capita multitudinis israel. Si aūt prolixior atq; concisus clā-

[...] de tubis argēteis ⁊ eaꝝ varia pulsatione.

gor increpuerit: movebūt castra primi q sunt ad orientalē plagā. In secundo autē sonitu & pari vlulatu tube levabūt tētoria qui habitāt ad meridiē: & iuxta hūc modum reliqui facient vlulantibus tubis in + profectionē. Quando autē congregandus est populus: simplex tubarū clangor erit & non cōciso vlulabunt. Filij autem aaron sacerdotis clangēt tubis: eritq; hoc legitimū sempiternū in generationibus vestris. Si exieritis ad bellum de terra vestra cōtra hostes q dimicāt adversum vos clāgetis vlulātibus tubis: & erit recordatio vestri cōrā dño deo vestro: vt eruamini de manibus inimicorū vestrorū. Si quādo habebitis epulū & dies festos & calēdas canetis tubis super holocaustis & pacificis victimis: vt sint vobis in recordationē dei vestri. Ego dñs deus vester. Anno secūdo mēse scdo vicesima die mēsis: elevata est nubes de tabernaculo federis. Profectiq; sunt filij israel p turmas suas de deserto synai & recubuit nubes in solitudine pharan. Moveruntq; castra primi iuxta imperiū dñi per manum moysi. Filij iuda p turmas suas quorū princeps erat naason filius aminadab. In tribu filiorū isachar fuit princeps nathanael filius suar. In tribu zabulon erat pnceps eliab filius helon: Depositūq; est tabernaculū: quod portantes egressi sunt filij gerson & merari. Profectiq; sunt & filij ruben per turmas & ordinē suū: quorum princeps erat elisur filius sedeur. In tribu autē filiorū symeon pnceps fuit salamihel filius surisaddai. Porro in tribu gad erat princeps heliasaph filius duel. Profectiq; sūt & chaathite: portātes sanctuariū. Tamdiu tabernaculum portabat: donec venirent ad erectionis locum. Moverūtq; castra & filij effraim p turmas suas: in quorū exercitu princeps erat elisama filius ammiud. In tribu autē filiorū manasse pnceps fuit gamaliel filius phadassur & in tribu beniamin erat dux abidan filius gedeonis. Novissimi castrorū omniū pfecti sunt filij dan p turmas suas: in quorū exercitu pnceps fuit ahiezer filius amisaddai. In tribu aūt filiorū aser erat pnceps phegiel filius ochran. Et in tribu filiorum neptalim princeps fuit ahira filius henan. Hec sunt castra & profectiones filiorum israel per turmas suas quādo egrediebantur. Dixitq; moyses obab filio raguel madianite cognato suo. Proficiscimur ad locū quē dñs daturus ē nob: veni nobiscū vt benefaciamus tibi: quia dominus bona pmisit israeli. Cui ille rūdit. Nō vadā tecū: sz revertar in terrā meā in qua natus sum. Et ille. Noli inqt nos relinqre. Tu eni nosti in qbus locis p desertū castra ponere debeamus: & eris dux noster. Cūq; nobiscū veneris quicqd optimū fuerit ex opibus quas nobis + traditurus ē dñs: dabimus tibi. Profecti sūt ḡ de mōte dñi viā triū dierū: arcaq; federis dñi pcedebat eos per dies tres, pvidēs castrorū locū. Nubes quoq; dñi sup eos erat p diē cū incederēt. Cūq; elevaretur arca: dicebat moyses. Surge dñe & dissipent inimici tui: & fugiāt q oderūt te a facie tua. Cū aūt deponeretur aiebat. Revertere dñe ad multitudinē exercitus israel.

¶ Ca. xi. ¶ De pena murmuris: de carniū ↄcupiscētia: de turbatiōe spūs moysi: de pphetātibus in castris. de coturnicibus: de mādatis & sepulcris concupiscētie. Ca. xi.

Interea ortū est murmur ppli quasi dolentium ꝓ labore ↄ dñm: Qđ cū audisset iratus est: & accēsus in eos ignis dñi devoravit extremā castrorū partē. Cūq; clamasset pplus ad moysen: orauit moyses ad dñm: & absorptus est ignis. Vocauitq; nomē loci illius incēsio: eo q succēsus fuisset ↄ eos ignis dñi. Vulgus quippe pmiscuum qđ ascēderat cū eis flagrauit desiderio carniū sedēs & flens: iūctis sibi pariter filijs isrl: & ait. Quis dabit nobis ad vescēdū carnes? Recordamur pisciū quos comedebamus in egypto gratis: in mentem nobis veniūt cucumeres & pepones porrique & cepe & allia. Aia nra arida est: nihil aliud respiciunt oculi nostri: nisi man. Erat autē man quasi semen coriādri coloris bdellij. Circuibatq; populus: & colligēs illud frāgebat mola sive terebat in mortario: coquens in olla & faciens ex eo tortulas saporis quasi panis oleati. Cūq; descēderet nocte sup castra ros: descēdebat pariter & man. Audiuit ergo moyses flētem populū p familias singulos per ostia tentorij sui. Iratusq; est furor dñi valde: sz & moysi tolerāda res visa ē: & ait ad dñm. Cur afflixisti seruū tuū? Quare nō invenio grām corā te? Et cur imposuisti pōdus vniuersi populi huius super me? Nunqd

Margin notes: Als + pro fectione. — Sacerdotes clangent tubis. — B — Prima profectio filiorū isrl post fctm tabernaculum. — Ordo pcedētiū. — C — D — Moyses cognatū suū hortatur secū pficisci. — als + dabit. turno. — ps. 7. — A — murmurāns pplus igni punitur. — B — Petit populus carnes. — exo. 16. 8 — Querella moysi pter pplm flentem. — C

ego cócepi oém hác multitudiné vel genui eam: vt dicas mihi: porta eos in sinu tuo sicut portare solet nutrix infantulú3: & defer in terrá, p qua iurasti patrib⁹ eo☐? Unñ mihi carnes vt dem táte multitudini? Flent ☐ me dicétes. Da nobis carnes vt comedam⁹. Nó possu3 solus sustinere oés hunc pplm q: grauis est mihi. Sin aliter tibi videt obsecro vt iterficias me: & inueniá grá3 in oculis tuis: ne tátis af ficiar malis. Et dixit dñs ad moysen. Cógrega mihi septuaginta viros de seniori b⁹ israel quos tu nosti ꝙ senes ppli sint ac magri: & duces eos ad ostiú tabernaculi federis: faciesq3 ibi stare tecú vt descendá & loquar tibi: & auferá de spú tuo: tradá3 eis vt sustinét tecú onus ppli: & nó tu solus graueri3. Pplo quoq3 dices. Sctificamini. Cras cócdetis carnes. Ego eni3 audiui vos dicere. Quis dabit nobis escas carniú? Bñ nobis erat in egypto vt det vobis dñs carnes & cócdatis non vno die nec duob⁹ vel qnq3 aut decé: nec viginti qdé s3 vsq3 ad mésem die☐: donec exeat p nares vestras & vtat in nausea: eo ꝙ repuleritis dñm q in medio vestri est: & fleueritis corá eo dicétes. Quare egressi sumus ex egypto vt perirem⁹ in solitudine? Et ait moyses ad dñ3. Sexcéta milia peditú hui⁹ ppli sunt. Et tu dicis dabo eis esum carniú mése integro. Núqd ouiú & boum multitudo cedet vt possit sufficere ad cibú? vel oés pisces maris in vnú ꝯgregabunt vt eos satient? Cui respondit dñs. Núqd man⁹ dñi inualida est? Iá nüc videbis vtrú meus sermo opere cópleat. Uenit igit moyses & narrauit ppulo vba dñi: cógregans septuaginta viros de senib⁹ israel quos stare fecit circa tabernaculú. Descéditq3 dñs p nubé & locutus est ad eú auferés de spú q erat in moyse: & dás septuaginta viris. Cúq3 requieuisset in eis spús: pphetauerunt nec vltra cessauerút. Remáserát autem in castris duo viri: quo☐ vn⁹ vocabat heldad: & alter medad: sup quos requieuit spús: na3 & ipsi descripti fuerát & nó exierant ad tabernaculú. Cúq3 pphetarét in castris: cucurrit puer & núciauit moysi dicés. Heldad & medad pphetát in castris. Statim iosue filius nun minister moysi & elect⁹ e pluribus ait. Dñe mi moyses phibe eos.

At ille: qd inquit emularis p me? Quis tribuat vt oís pplś pphetet: & det eis dñs spúm suú? Reuersusq3 est moyses & maiores natu israel in castra. Uétus autem egrediés a dño arreptas trans mare coturnices detulit & dimisit in castra itinere quátú vno die cófici pót ex omni pte castro☐ p circuitú: volabátq3 in aere duobus cubitis altitudine sup terra3. Surgens ergo pplus toto die illo & nocte: ac die altero: cógregauit coturnicú multitudiné. Qui paru: decé choros: & siccauerunt eas p gyru3 castro☐. Adhuc carnes erát in dentib⁹ eo☐: nec defecerat huiusce modi cib⁹: & ecce furor dñi cócitatus in pplm: pcussit eum plaga magna nimis. Uocatusq3 est ille loc⁹ sepulcra cócupiscétie. Ibi n. sepelierút pplm q desiderauerat carnes. Egressi aút de sepulcris ꝯcupiscétie venerút in aseroth: & máserunt ibi.

¶ Ca. Sũ. ¶ Aaró & Maria murmurauerunt contra Moysen: Maria lepra pcutitur. Cap. xij.

Locutaq3 est Maria & Aaron contra Moysen pp vxoré ei⁹ Ethiopissam: & dixerunt. Num per solú Moysen locutus est dñs? Nónne & nobis simr est locutus? Quod cum audisset dñs: iratus est + valde. Erat enim Moyses vir mitissimus: super oés hoies qui morabantur in terra. Statim locutus est dñs ad eum & ad Aaron & Mariam. Egredimini vos tátum tres ad tabernaculú federis. Cumq3 fuissent egressi: descendit dñs in columna nubis & stetit in introitu tabernaculi vocans Aaron & Mariá. Qui cú issent: dixit ad eos. Audite smões meos. Si qs fuerit inter vos ppheta dñi: in visione apparebo ei: vel p somnium loqr ad illú. At non talis suus meus Moyses: q in oí domo mea fidelissimus est. Ore eni3 ad os loqr ei. Palam & non per enigmata & figuras + deú videt. Quare ergo nó timuistis detrahere suo meo Moysi? Iratusq3 contra eos abijt. Nubes quoq3 recessit q erat sup tabernaculú. Et ecce Maria apparuit candens lepra qsi nix. Cúq3 respexisset eá Aarō & vidisset pfusa3 lepra: ait ad Moysen. Obsecro dñe mi: ne imponas nobis hoc peccatú qd stulte cómisimus: ne fiat hec qsi mortua: & vt abortiuú qd proijcit de vulua matris sue. Ecce iá mediu3 carnis

Lybia: mulier q lybie, puicie nomé dedit clarer.

D

Leu. 20. b
Ios. 3. b.
1. Reg. 16. b.

E

Esa. 56. a.

Septuaginta seniores dant in auxiliu3 moysi.

F

G
Coturnices dant ppło.

Ps. 77.
Uidicta p ꝯcupiscétia carnium.

A
Maria murmurás ☐ Moysen lepra pcutitur.
Leu. 24. b
Als sup. est + valde.
2. q. 7. ca. plerúq3
Moyses mitissim⁹ erat.

B
Heb. 3. a
Exo. c. 33
Moysi dignitas
Als + dominum

C

D

est revocatum ea lepra. Clamauitqz Moyses ad dnm dicens. Deus obsecro sana eam. Cui respondit dns. Si pater eius spuisset in faciem illius: nonne debuerat saltem septem diebus rubore suffundi? Separetur septem diebus ex castra: et postea reuocabitur. Exclusa est itaqz maria ex castra septem diebus: et pplis non est motus de loco illo: donec reuocata est maria.

Maria sanatur

¶ Ca. Sm. ¶ De missione exploratorum ad terram Chanaan: qui reportant in vecte vuam et fructus: reuertuntur post quadraginta dies dicentes terram bonam: murmurat pplis contra Moysen. Cap. xiij.

A Profectusqz est populus de Aseroth fixis tentoriis in deserto Pharan. Ibiqz locutus est dns ad Moysen dicens. Mitte viros qui considerent terram Chanaam quam daturus sum filiis israel: singulos de singulis tribubus ex principibus. Fecit Moyses quod dns imperarat de deserto pharan: mittens principes viros: quorum ista sunt noia. De tribu Ruben: Semmua filium Zechur. De tribu Simeon Saphat filium Huri. De tribu Juda: ✠ Caleph filium Jephonne. De tribu Isachar: Igal filium Joseph. De tribu Effraim ✠ Osee filium Nun. De tribu Beniamin Phalti filium Raphu. De tribu zabulon: Geddihel filium Sodi. De tribu Joseph sceptri Manasse Gaddi filium Susi. De tribu Dan: Amihel filium Gemalli. De tribu Aser: Sethur filium Michael. De tribu Neptalim: Naabi filium Napsi. De tribu Gad: Guhel filium Machi. Hec sunt noia virorum quos misit Moyses ad considerandam terram: vocauitqz Osee filium Nun Josue. Misit ergo Moyses ad considerandam terram Chanaan: et dixit ad eos. Ascendite per meridianam plagam. Cumqz veneritis ad montes: considerate terram qualis sit: et pplm qui inhabitator est eius vtrum fortis sit an infirmus: pauci numero an plures: ipsa terra bona an mala: vrbes quales: murate an absqz muris: humus pinguis an sterilis: nemorosa an absqz arboribus. Confortamini: et afferte nobis de fructibus terre. Erat autem tempus quando iam precoque vue vesci possunt. Cumqz ascendissent: explorauerunt terram a deserto Syn vsqz Rooob intrantibus emath. Ascenderuntqz ad meridiem et venerunt in Hebron vbi erant Achiman et Sisai et Tolmai filii enach. Nam Hebron septem annis ante thaphnim vrbem egypti condita est. Pergentesqz vsqz ad torrentem botri: absciderunt palmitem cum vua sua quem portauerunt in vecte duo viri. De malis quoqz granatis et de ficis loci illius tulerunt qui appellatus est nehelescol idest torrens botri: eo quod botrum portassent inde filii israel. Reuersiqz exploratores terre post quadraginta dies omni regione circuita: venerunt ad moysen et ad aaron et ad omnem cetum filiorum israel in desertum pharan quod est in Cades. Locutiqz eis et omni multitudini ostenderunt fructus terre: et narrauerunt dicentes. Venimus in terram ad quam misistis nos: que re vera fluit lacte et melle: vt ex his fructibus cognosci potest. Sed cultores fortissimos habet: et vrbes grandes atqz muratas. Stirpem enach vidimus ibi. Amalech habitat in meridie: etheus et iebuseus et amorreus in montanis. Chananeus vero moratur iuxta mare: et circa fluenta iordanis. Inter hec ✠ caleb compescens murmur ppli qui oriebatur contra moysen: ait. Ascendamus et possideamus terram: quoniam poterimus obtinere eam. Illi vero qui fuerant cum eo dicebant. Nequaquam ad hunc populum valemus ascendere: quia fortior nobis est. Detraxeruntqz terre quam inspexerant apud filios israel dicentes. Terra quam lustrauimus deuorat habitatores suos. Populus quem aspeximus procere stature est. Ibi vidimus monstra quedam filiorum enach de genere giganteo: quibus comparati quasi locuste videbamur.

Exploratores mittuntur vnus de singulis tribubus.

Ante ✠ caleb.

Ante ✠ Josue

B

Conditiones terre Chanaan

Jud. 5. Exploratores retraxerunt terre, prout sic ...

Ante ✠: 1 leph

¶ Ca. Sm. ¶ Flet ppls et murmurat: caleph et iosue terram laudant: dns irascitur: moyses eum placat. In deserto moriuntur exploratores: ppls ab amalech ceditur. Ca. xiiij.

Igitur vociferans omnis turba fleuit nocte illa: et murmurati sunt contra moysen et aaron cuncti filii israel dicentes. Utinam mortui essemus in egypto: et non in hac vasta solitudine. Utinam pereamus et non inducat nos dominus in terram istam ne cadamus gladio: et vxores ac liberi nostri ducantur captiui: nonne melius est reuerti in egyptum? Dixeruntqz alter ad alterum. Constituamus nobis ducem: et reuertamur in egyptum. Quo audito moyses et aaron ceciderunt proni in terram coram omni multitudine filiorum israel. At vero iosue filius nun et caleph filius iephone qui et ipsi lustrauerunt terram sciderunt vestimenta sua et ad omnem multitudinem filiorum israel locuti sunt. Terra quam circuiuimus valde bona est. Si propi-

A Murmur populi propter explorationem relationem.

Josue et caleph laudant terram. eccli. 46. 1 machab. 2.

B

tiue fuerit dñs inducet nos in eã: ⁊ tradet humũ lactes ⁊ melle manãtem. Nolite rebelles eẽ ꝯ dñz: neqꝫ timeatis pplʒ terre hui⁹: qꝛ sicẽ panẽ ita eos possum⁹ deuorare. Recessit ab eis oẽ ꝑsidiũ: dñs nobiscũ est: nolite metuere. Cũqꝫ clamaret ois multitudo ⁊ lapidib⁹ eos vellet opprimere: apparuit glĩa dñi sup tectũ fœderis cunctis ✚ videntib⁹ filijs isrl. Et dixit dñs ad moysen. Usqꝫquo detrahet mihi ppl's iste? Quousqꝫ nõ credet mihi in oib⁹ signis q̃ feci corã eis? Feriã igit̃ eos pestilẽtia atqꝫ ꝯsumã: te aũt faciã pncipẽ sup gẽtẽ magnã ⁊ fortiorẽ q̃ hec est. Et ait moyses ad dñz. Ut audiãt egyptij de q̃ʒ medio eduxisti pplʒ istũ: ⁊ habitatores terre hui⁹ q audierũt q tu dñe in pplo isto sis: ⁊ facie videaris ad faciẽ: ⁊ nubes tua ꝓtegat illos: ⁊ i colũna nubis ꝑcedas eos p diẽ ⁊ in colũna ignis p noctẽ: q occideris tãtã multitudinẽ q̃si vnũ virũ ⁊ dicãt. Nõ poterat introducere ppl'm in terrã ✚ p q̃ iurauerat: idcirco occidit eos in solitudine. Magnificetur ergo fortitudo dñi sicut iurasti dicẽs. Dñs patiẽs ⁊ multe mĩe: auferẽs iniqtatẽ ⁊ scelera: nullũqꝫ innoxiũ derelinquẽs: q visitas pctã patrũ in filios: in terciã ⁊ q̃rtã gñationẽ. Dimitte obsecro pctm ppli tui ꝑ magnitudinẽ mĩe tue: sicut ꝓpiti⁹ fuisti egrediẽtib⁹ de egypto vsqꝫ ad locũ istuʒ. Dixitqꝫ dñs. Dimisi iuxta ṽbũ tuũ. Uiuo ego: ⁊ implebitur glĩa dñi vniuersa terra. Attñ oẽs hoĩes q viderũt maiestatẽ meã ⁊ signa q̃ feci i egypto ⁊ in solitudĩe: ⁊ tẽtauerũt me iam ꝑ decẽ vices: nec obedierunt voci mee nõ videbũt terrã ꝓ qua iuraui patrib⁹ eoꝝ: nec q̃sq̃ ex illis q detraxit mihi intuebit̃ eã. Seruũ meũ ✚ caleb q plen⁹ alio spũ secut⁹ est me inducã in terram hãc quã circuiuit: ⁊ semen ei⁹ possidebit eã. Qm amalechites ⁊ chanane⁹ habitant in vallib⁹. Cras ✚ amouete castra: ⁊ reuertimini in solitudinẽ p viã maris rubri. Locutusqꝫ est dñs ad moysen ⁊ aarõ dicens. Usqꝫquõ multitudo hec pessima murmurat ꝯ me? Querelas filioꝝ israel audiui. Dic ergo eis. Uiuo ego ait dñs: sicuti locuti estis audiẽte me: sic faciã vobis. In solitudine hac iacebunt cadauera vestra. Oẽs q nũerati estis a viginti ãnis ⁊ sup: ⁊ murmurastis ꝯ me: nõ intrabitis terrã sup quã leuaui manũ meã vt habitare vos facerẽ pter ✚ caleb filiũ iephonne: ⁊ iosue filiũ nun. Paruulos aũt vros de q̃bus dixistis q p ede hostib⁹ forent: introducã vt videant terrã q̃ vobis displicuit. Urã cadauera iacebũt in solitudine. Filij vri erũt vagi in deserto ãnis q̃draginta: ⁊ portabũt fornicationem vestrã donec ꝯsumant̃ cadauera patruʒ in deserto: iuxta nũeꝝ q̃draginta dieꝝ qb⁹ ꝯsiderastis terrã. Annus ꝓ die iputabit̃. Et quadraginta ãnis recipietis iniquitates vras: ⁊ scietis vltionẽ meã. Qm sicut locut⁹ sum: ita faciã omni multitudini huic pessime: que ꝯsurrexit aduersum me. In solitudine hac deficiet ⁊ morieĩ. Igit̃ oẽs viri q̃s miserat moyses ad ꝯtẽplandã terrã: ⁊ q reuersi murmurare fecerãt ꝯ eũ oẽʒ multitudinẽ detrahentes terre q esset mala mortui sunt atqꝫ pcussi in ꝯspectu dñi. Iosue aũt fili⁹ nun ⁊ ✚ caleph fili⁹ iephonne vixerũt: ex oib⁹ q pfecti erãt ad ꝯsiderandã terrã. Locutusqꝫ est moyses vniuersa ṽba hec ad oẽs filios israel. Et luxit populus nimis. Et ecce mãe pmo surgẽtes: ascẽderũt verticẽ mõtis: atqꝫ dixerunt. Parati sum⁹ ascẽdere ad locũ de quo dñs locut⁹ est: qꝛ peccauim⁹. Quib⁹ moyses. Cur ingt trãsgredimini ṽbũ dñi: qd vobis nõ cedet in ꝓsperũ? Nolite ascẽdere. Nõ n. ẽ dñs vobiscũ: ne corruatis corã inimicis vestris. Amalechites ⁊ chananeus anᷓ vos sunt: quoꝝ gladio corruetis: eo q nolueritis acqescere dño: nec erit dñs vobiscum. At illi ꝯtenebrati ascẽderũt in verticẽ mõtis. Arca aũt testamẽti dñi ⁊ moyses nõ recesserunt de castris. Descenditqꝫ amalechites ⁊ chananeus q habitabat in mõte: ⁊ pcutiẽs eos atqꝫ ꝯcidẽs persecutus est ✚ eos vsqꝫ horma.

¶ Ca. xv. ¶ De libamẽtis: de offerẽdis pmitijs: de peccãte p ignorãtiã: de anĩa tã indigena q̃ aduena: de peccãte p supbiã: de colligẽte ligna in sabbato: de fimbrijs hyacinthinis ponendis in angulis palliorum. Cap. xv.

Locutus est dñs ad moysen dicens. Loq̃re ad filios israel ⁊ dices ad eos. Cũ ingressi fueritis terrã habitationis vestre quã ego dabo vobis ⁊ feceritis oblationẽ dño in holocaustũ aut victimã pacificã vota soluẽtes vel spõte offerẽtes in mu

Al's sup est ✚ videntib⁹. Ira dñi i populuʒ murmurãtẽ.
C Moyses orat pro pplo. Exo. 33. d
Exo. 32. c. Al's ✚ de
D
Deu. 1. f.
Jos. 14. b Al's ✚ caleph. Caleph a dño laudatur. al's ✚ mouete.
E Isra. 56. g ⁊. Lb.

Nu.⁹ 13 ... rũ q nũc ... rati fue... rũt igre... dieꝝ ter... rã ꝓmi... sionis. Al's ✚ ... leph.
F Eze. 4. b
Exploratores mortui sunt. 1. Cor. 10. a.
G Al's ✚ caleb.
Ppls ... volũta... dei pu... gnãs co... cadit.
Deu. 1. g
Al's ✚ ... sup est.
H
Ritus s... crificio...

nera: aut in solēnitatib⁹ vestris adolētes odorē suauitatis dn̄o de bob⁹ siue de ouibus: offeret quicūq̧ imolauerit victimā sacrificiū simile decimā partē ephi ↄspersā oleo: qḋ mēsurā habebit q̄rtā partē hin: ⁊ vinū ad liba fundēda eiusdem mēsure dabit in holocaustū siue in victimam. Per agnos singulos ⁊ ✝ arietes erit sacrificium sile duarū decimarū q̄ conspersa sit oleo tertie ptis hin: ⁊ vinū ad libamētū tertie ptis eiusdē mēsure offeret in odorē suauitatis dn̄o. Qn̄ vero de bob⁹ feceris holocaustū aut hostiā vt impleas votū vel pacificas victimas: dabis p singulos boues sile tres decimas ↄsperse oleo qḋ habeat mediū mēsure hin: ⁊ vinū ad liba fundēda eiusdē mēsure in oblationem suauissimi odoris dn̄o. Sic facies p singulos boues ⁊ arietes ⁊ agnos ⁊ hedos: tā indigene q̄ȝ peregrini: eodē ritu offerent sacrificia. Unū p̄ceptū erit atq̧ iudiciū tā vobis q̄ȝ aduenis terre. Locut⁹ est dn̄s ad moysen dicēs. Loquere filijs isrl̄ ⁊ dices ad eos. Cū veneritis in terrā quā dabo vobis ⁊ comederitis de panib⁹ regionis illi⁹ sepabitis primitias dn̄o de cibis vestris. Sicut de areis p̄mitias sepabitis ita ⁊ de pulmētis dabitis p̄mitiua dn̄o. Q si p ignorātiā p̄terieritis q̄cūq̧ horū q̄ locut⁹ est dn̄s ad moysen: ⁊ mādauit per eū ad vos: a die qua cepit iubere ⁊ vltra: oblitaq̧ fuerit facere multitudo: offeret vitulū de armēto holocaustū in odorem suauissimum dn̄o: ⁊ sacrificiū ei⁹: ac liba vt cerimonie postulant: hircūq̧ p pctō. Et rogabit sacerdos p oi multitudine filiorū israel: ⁊ dimittet eis: qm̄ nō sponte peccauerūt: nihilomin⁹ offerētes incensum dn̄o p se ⁊ p pctō atq̧ errore suo: ⁊ dimittet vniuerse plebi filiorū israel ⁊ aduenis q peregrinant inter eos: qm̄ culpa est omnis ppli p ignorātiā. Q si aīa vna nesciēs peccauerit: offeret caprā anniculā p pctō suo. Et depcabit p ea sacerdos q̄ inscia peccauerit corā dn̄o: impetrabitq̧ ei veniā: ⁊ dimittet illi. Tam indigenis q̄ȝ aduenis vna lex erit: oium q peccauerint ignorātes. Anima vo que p supbiā aliqd cōmiserit siue ciuis sit ille siue peregrin⁹: qm̄ aduersus dn̄z rebellis fuit: peribit de pplo suo. Verbū. n. dn̄i ↄtēpsit ⁊ p̄ceptū illi⁹ fecit irritū: idcirco delebit: ⁊ portabit iniqtatē suā. ¶ Factū est aūt cū essent filij israel in solitudine ⁊ inuenissent hoiem colligētē ligna in die sabbati: obtulerūt eū moysi ⁊ aaron ⁊ vniuerse multitudini. Qui recluserūt eū i carcerē: nescietes qd sup eo facere deberent. Dixitq̧ dn̄s ad moysen. Morte moriat hō iste. Obruat eū lapidib⁹ ois turba extra castra. Cūq̧ eduxissent eū foras: obruerūt eū lapidibus: ⁊ mortu⁹ est: sicut p̄ceperat dn̄s. Dixitq̧ dn̄s ad moysen. Loquere filijs isrl̄ ⁊ dices ad eos: vt faciāt sibi fimbrias per angulos q̄ttuor palliorū: ponētes in eis vittas hyacinthinas. Quas cū viderint recordent oium mādatorū dn̄i: nec sequant cogitationes suas ⁊ oculos p res varias fornicātes: sȝ magis memores p̄ceptorum dn̄i faciāt ea: sintq̧ sancti deo suo. Ego dn̄s de⁹ vester: qui eduxi vos de terra egypti: vt essem deus vester.

¶ Ca. xvi. ¶ De pena scismatis dathan ⁊ abyron: de thuribulis allatis: igne deuorat viros q offerebāt sacrificia ⁊ alia. c. xvi.

Ecce aūt Chore filius Isaar filij Caath filij Leui ⁊ Dathan atq̧ ✝ Abyron filij Eliab: hon quoq̧ fili⁹ Phelech de filijs Ruben: surrexerunt contra Moysen: alijq̧ filiorū israel ducenti quinquaginta viri p̄ceres synagoge: q tpe cōcilij per noīa vocabant. Cūq̧ steterint aduersum Moysen ⁊ Aarō dixerunt. Sufficiat vobis: q2 omnis multitudo sanctorum est: ⁊ in ipsis est dn̄s. Cur eleuamini sup ppłm domini? Qḋ cum audisset Moyses: cecidit pronus in faciem: locutusq̧ ad chore ⁊ ad multitudinem. Mane inqt notum faciet dn̄s qui ad se ptineant ⁊ sanctos applicabit sibi: ⁊ quos elegerit appropinquabunt ei. Hoc igitur fa-

B Als dicit ✝ par.

C Primitie deo dāde.

De pctō p ignorātiam.

D Pena superbi.

Colligēs ligna in s. bbo lapidat.

Deu. 22. b De fimbrijs portandis.

A Als ✝ abiram. Scisma chore dathan ⁊ abirō ↄ moysen

cite. Tollat vnusquisqȝ thuribula sua tu chore ⁊ omne concilium tuum: ⁊ hausto cras igne ponite desuper thymiama corā dn̄o. Et quēcunqȝ elegerit: ipse erit sanctus. Multum erigimini filij Leui.

B Dixitqȝ rursum ad chore. Audite filij Leui. Num parum vobis est ꝙ separauit vos deus israel ab omni pplo: ⁊ iunxit sibi vt seruiretis ei in cultu tabernaculi: ⁊ staretis coram frequentia populi ⁊ ministraretis ei: Idcirco ad se fecit accedere te ⁊ omnes fratres tuos filios Leui: vt vobis etiā sacerdotiū vendicetis: ⁊ omnis globus tuus stet contra dn̄m? Quid est enī Aaron vt murmuretis contra eum? Misit ergo Moyses vt vocaret Dathan ⁊ Abyron filios Eliab. Qui responderūt. Nō venimus: Nunquid parum est tibi ꝙ eduxisti nos de terra egypti que lacte ⁊ melle manabat vt occideres in deserto nisi ⁊ dominatus fueris nostri? Re vera induxisti nos in terrā q̄ fluit riuis lactis ⁊ mellis: ⁊ dedisti nobis possessiones agroꝝ ⁊ vineaꝝ. An ⁊ oculos nostros vis eruere? Nō

C venimus. Iratusqȝ Moyses valde: ait ad dn̄m. Ne respicias sacrificia eoꝝ. Tu scis ꝙ ✠ nec asellum qdem vnq̄ acceperi͞ȝ ab eis: nec afflixerim quēpiam eoꝝ. Dixitqȝ ad chore. Tu ⁊ omnis ↄgregatio tua state seorsum coram dn̄o: ⁊ Aaron die crastino separatim. Tollite singuli thuribula vestra: ⁊ ponite super ea incensum: offerentes dn̄o ducenta quinquaginta thuribula: Aarō quoqȝ teneat thuribulū suū. Quē cum fecissent stantibus Moyse ⁊ Aaron ⁊ coaceruassent aduersum eos omnē multitudinem ad ostiū tabernaculi: apparuit cunctis gloria dn̄i. Locutusqȝ dominus ad Moysen ⁊ Aaron: ait. Separamini de medio cōgregationis huius: vt eos repente disperdā. Qui ceciderunt ꝓni in facies: atqȝ dixerunt. Fortissime deus

D spirituū vniuerse carnis: Num vno peccante: contra omnes ira tua deseuiet? Et ait dn̄s ad Moysen. Precipe vniuerso populo vt separet̄ a tabernaculis chore ⁊ Dathan ⁊ Abyron. Surrexitqȝ Moyses ⁊ abijt ad Dathan ⁊ Abyron: ⁊ sequentibꝰ eum senioribus israel: dixit ad turbam. ‖ Recedite a tabernaculis impioꝝ: ⁊ nolite tangere q̄ ad eos pertinēt: ne inuoluamini in peccatis eoꝝ. Cūqȝ recessissent a tentorijs eoꝝ per circuitū: Dathan ⁊ Abyrō egressi stabāt in introitu papylionū suorū cū vxoribus ⁊ liberis oīqȝ frequētia. Et ait Moyses. In hoc scietis ꝙ dn̄s miserit me vt facerē vniuersa que cernitis: ⁊ nō ex proprio ea corde protulerim. Si cōsueta hoīum morte interierint: ⁊ visitauerit eos plaga qua ⁊ ceteri visitari solent nō

E misit me dn̄s. Sin aūt nouā rem fecerit dn̄s ⁊ aperiens terra os suū deglutiat eos ⁊ omnia que ad illos ptinent: descēderintqȝ viuētes in infernū: scietis ꝙ blasphemauerunt dn̄m. Confestim igit̄ vt cessauit loqui dirupta est terra sub pedibus eoꝝ: ⁊ aperiens os suum deuorauit illos cū tabernaculis suis ⁊ vniuersa substantia eorū. Descenderuntqȝ viui in infernū operti humo: ⁊ perierunt de medio multitudinis. At vero oīs israel q stabat per gyrum fugit ✠ a clamore pereuntiū, dicens. Ne forte ⁊ nos terra deglutiat. ‖ Sed ⁊ ignis egressus a dn̄o interfecit ducētos qnquaginta viros q offerebāt incēsū. Locutusqȝ est dn̄s ad Moysen dicēs. Precipe eleazaro filio Aarō sacerdoti vt tollat thuribula que iacent in incēdio: ⁊ ignē huc illucqȝ dispergat: quoniā sanctificata sunt in mortibus petoꝝ. Producatqȝ ea in laminas: ⁊ affigat altari: eo ꝙ oblatū sit in eis incēsū dn̄o ⁊ sanctificata sint: vt cernant ea ꝓ signo ⁊ monimēto filij israel.

F Tulit ergo Eleazar sacerdos thuribula enea in qbus obtulerant hi quos incendium deuorauit: ⁊ ꝓduxit ea in laminas affigens altari: vt haberent postea filij isrl̄ qbus cōmonerent̄: ne qs accedat alienigena: ⁊ q non est de semine Aaron ad offerēdū incēsū dn̄o: ne patiatur sicut passus est chore: ⁊ ois cōgregatio eius loquente dn̄o ad Moysen. Murmurauit aūt oīs multitudo filioꝝ israel sequenti die cōtra Moysen ⁊ Aarō dicens. Uos interfecistis pplm dn̄i. Cūqȝ oriretur seditio: ⁊ tumultus increscerет: Moyses ⁊ Aaron fugerūt ad tabernaculū federis. Quē postq̄ ingressi sunt: operuit nubes tabernaculū ⁊ apparuit glia dn̄i. Dixitqȝ dn̄s ad Moysen. ‖ Recedite de medio huiꝰ multitudinis: ✠ etiā nūc delebo eos. Cūqȝ iacerēt in terra: dixit Moyses ad Aarō. Tolle thuribulū: ⁊ hausto igne de altari mitte incēsū desup pergens cito ad pplm: vt roget

Dathan ⁊ Abirō contumnaria

Alq̄ ne

Ex̄o. 11. a

psal. 105. Terra deglutiuit Dathan ⁊ Abirō. Als ✠ a clamore. Als ✠ ad vocem. infra. 26. a Chore ⁊ oibꝰ suis igne cōsumptꝰ fuit

Murmurat pplꝰ cōtra Moysen ⁊ Aarō ⁊ dn̄s mittit ignē in eum.

G Sup. 14. Als ✠ sup. 13. a

pro eis. Jam eniz egressa est ira a dño: et plaga deseuit. Quod cum fecisset Aarō et cucurrisset ad mediā multitudinē quā iaz vastabat incēdiū obtulit thimiama. ‖ Et stans inter mortuos ac viuētes: pro ppl'o deprecatus est: et plaga cessauit. Fuerūt aūt q percussi sūt quattuordecīz milia hoīuz et septingēti absqz his q perierūt in seditione chore. Reuersusqz ē Aarō ad Moysen ad ostiū tabnacli federis postqz qeuit interit⁹.

Ca. Sū. De virga Aarō q floruit: filij isrl' dñi Moysi: cōsumpti sum⁹. Ca. xvij.

ET locutus est dñs ad Moysen: dicēs. Loqre ad filios israel: et accipe ab eis virgas singulas p cognationes suas a cūctis pncipibus tribuū virgas duodecim: et vniuscuiusqz nomē suprscribes virge sue. Nomē aūt Aarō erit in tribu leui. Et vna virga cūctas ✚ eoꝝ familias cōtinebit. Ponesqz eas in tabernaculo federis corā testimonio: vbi loqr ad te. Quē ex his elegero germinabit virga eius: et cohibebo a me qrimonias filioꝝ israel: qb⁹ ꝯtra vos murmurāt. Locutusqz ē Moyses ad filios israel: et dederunt ei oēs pncipes virgas p singulas tribus. Fueruntqz virge duodecīz absqz virga Aarō. Quas cū posuisset Moyses corā dño in tabernaculo testimonij sequēti die regressus inuenit germinasse virgā Aarō i domo Leui: et turgētibus gēmis eruperant flores q folijs dilatatis in amygdalas deformati sunt. Protulit ergo Moyses oēs virgas de cōspectu dñi ad cūctos filios israel: viderūtqz et receperūt singuli virgas suas. Dixitqz dñs ad Moysen. Refer virgā Aaron in tabernaculū testimonij: vt seruet ibi in signū rebelliū filioꝝ israel: et quiescant qrele eoꝝ a me ne moriant. Fecitqz Moyses sicut pceperat dñs. Dixerūt aūt filij israel ad Moysen. Ecce cōsumpti sumus: oēs peribim⁹. Quicūqz accedit ad tabernaculum dñi: moritur. ‖ Num vsqz ad internitionē cuncti delendi sumus?

Ca. Sū. De dignitate Aaron et excubijs leuitaꝝ: primitie sacerdotibus decime leuitis assignātur: et reddunt leuite decimam decime Aaron. Cap. xviij.

DIxitqz dñs ad Aarō. Tu et filij tui et domus pris tui tecū portabitis iniqtatē sanctuarij: et tu et filij tui sil' sustinebitis peccata sacerdotij vestri. Sed et frēs tuos de tribu Leui: et sceptro patris tui sume tecū: psto qz sint et ministrent tibi. ‖ Tu aūt et filij tui ministrabitis in tabernaculo testimōij. Excubabūtqz leuite ad pcepta tua: et ad cūcta opa tabernaculi: ita dūtaxat vt ad vasa sanctuarij et altare non accedant: ne et illi moriant: et vos pereatis sil'. Sint aūt tecū et excubent in custodijs tabernaculi: et in oibus cerimonijs eius. Alienigena nō miscebit vob. Excubate in custodia sanctuarij et in ministerio altaris: ne oriat indignatio sup filios israel. Ego dedi vobis frēs vestros leuitas de medio filioꝝ israel: et tradidi donum dño: vt seruiant in ministerijs tabernaculi ei⁹. Tu aūt et filij tui custodite sacerdotium vestrū: et oiaq ad cultū altaris ptinent et intra velum sunt p sacerdotes aministrabunt. Si qs extern⁹ accesserit: occidetur. Locutusqz est dñs ad Aarō. Ecce dedi tibi custodiā primitiaꝝ meaꝝ. Omniaq sanctificant a filijs israel tibi tradidi et filijs tuis p officio sacerdotali legittima sempiterna. Hec ergo accipies de his que sanctificant et oblata sunt dño. Ois oblatio et sacrificiū et qcqd pro peccō atqz delicto reddit mihi: et cedet in sancta sanctoruz tuū erit et filioꝝ tuoꝝ. In sanctuario comedes illud. Mares tm̄ ✚ edent ex eo: qa cōsecratum est dño. ‖ Primitias autē quas vouerint et obtulerint filij israel: tibi dedi et filijs tuis ac filiabus tuis iure ppetuo. Qui mūdus est in domo tua vescet eis. Oēm medullā olei et vini ac frumēti qcqd offerunt pmitiaꝝ dño: tibi dedi. ✚ Uniuersa frugū initia que gignit humus et dño deportant: cedent in vsus tuos. Qui mūdus est in domo tua: vescet eis. Oē qđ ex voto reddiderint filij israel: tuū erit. Quicqd primū ✚ erumpit e vulua cuncte carnis quā offerunt dño: siue ex hoibus siue de pecoribus fuerit, tui iuris erit: ita dūtaxat vt pro hoīs primogenito pciuz accipias: et oē animal qđ immundū est: redimi facias: cuius redemptio erit post vnū mēsez: siclis argēti qnqz pondere sanctuarij. ‖ Siclus viginti obolos hēt. ✚ Primogenitū aūt bouis et ouis et cap: nō facies redimi: qa scificata sunt dño. Sanguinē tm̄ eoꝝ fundes sup altare: et ✚ adipes adolebis i suauissimuz odorē dño. Carnes vo in vsuz tuū cedēt:

Aarō cū thymiamate extinxit incendiuz. Quattuordecim milia septingēti igne pierunt

A Uirge xij. ponūtur corā dño ... sensum

B

C Uirga Aarō floruit et fructificauit

D

2.reg.2.f

A Sacerdotio

portant iniqtatē sctūarij.

sup.c.17. Exo.4. Leui.8. Offim leuitaruz

B

Partes Aaro et filioꝝ ei⁹.

Als ✚ comedent. ‖ De deci. ca.j.§.pmitie in

als ✚ vniuersas frugum pmitias quas

C als ✚ erūpit.

sup.3.g. exo.30.b leui.27.c ez.e.45.d

Als ✚ pmogenita.

als ✚ ad p.m.

sicut pectusculũ ↄsecratũ ⁊ armus dexter tua erũt. Oẽs ṗmitias sanctuarij q̃s offe rũt filij isrl̃ dño tibi dedi ⁊ filijs ac filiabꝰ tuis iure ꝑpetuo. ✝ Pactũ ✝ salis est sẽpiternũ corã dño: ⁊ tibi ac filijs tuis. Dixitq; dñs ad aarõ. // In t̃ra eoꝝ nihil possidebitis nec hẽbitis partẽ inter eos. Ego pars ⁊ hereditas tua ĩ medio filioꝝ isrl̃. // Filijs aũt leui dedi oẽs decimas israelis ĩ possessionẽ: ꝓ ministerio q̃ seruiũt mihi in tabernaculo federis: vt nõ accedãt vltra filij isrl̃ ad tabernaculũ: nec cõmittãt peccatũ mortiferũ: solis filijs leui mihi in tabernaculo seruiẽtibꝰ ⁊ portãtibꝰ pctã populi. Legitimũ sempiternũ erit in gñationibꝰ v̄ris. // Nihil aliud possidebũt, decimaꝝ oblatiõe ↄtenti: q̃s in vsus eoꝝ ⁊ necc̃ia separaui. Locutusq; ẽ dñs ad moysen: dicẽs. // Precipe leuitis atq; denũcia. Cũ acceperitis a filijs isrl̃ decimas q̃s dedi vobis: ṗmitias eoꝝ offerte dño idest decimã partẽ decime: vt reputet̃ vobis in oblationẽ ṗmitiuoꝝ: tã de areis q̃ de torcularibꝰ ⁊ vniuersis quoꝝ accipitis ṗmitias offerte dño: ⁊ date ea aaron sacerdoti. Oĩa q̃ offeretis ex decimis ⁊ i donaria dñi separabitis: optima ⁊ electa erũt cuncta. Dicesq; ad eos. Si ṗclara ⁊ melioraq̃q; ob tuleritis ex decimis reputabit̃ vobis q̃si de area ⁊ torculari dederitis primitias: ⁊ comedetis eas ĩ oĩbꝰ locis v̄ris tã vos q̃ familie v̄stre: quia preciuʒ est pro ministerio quo seruitis in tabernaculo testimonij: ⁊ nõ peccabitis super hoc egregia vobis ⁊ pinguia reseruantes: ne polluatis oblationes filiorum israel ⁊ moriamini.

ales ✝ testamẽtũ ales ✝ pacis.
deu. 18. a
Decime sũt leuitarum.
B
deu. 18. a
// De deci. ca. j. post ṗn. v. rursus. Et ca. 2. Et. c. tua. ij.
Decima decime leuitaꝝ est aaron.

¶ Ca. Sũ. ¶ De vitula rufa: de moriẽte ĩ tabnaculo: de vase nõ hñte opculũ: de tãgẽte cadauer hoĩs: de aq̃ expiationis. Ca. xix.

Locutusq; est dominus ad Moysen ⁊ Aaron dicens. Ista est religio victime quam constituit dominus. // Precipe filijs israel vt adducant ad te vaccam rufam etatis integre in qua nulla sit macula: nec portauerit iuguʒ: tradesq; eã Eleazaro sacerdoti. // Qui eductaʒ extra castra immolabit in conspectu omnium: ⁊ tingens digitum in sanguine eius: asperget contra fores tabernaculi septem vicibus. Combureteq; eam cunctis vidẽtibus tã pelle ⁊ carnibus eius q̃ sanguine ⁊ fimo flãme traditis. Lignũ quoq; cedrinuʒ ⁊ hysopum: coccũq; bis tinctum sacerdos mittet in flãmam que vaccã vorat. Et tũc demum lotis vestibus ⁊ corpore suo ingredietur in castra: cõmaculatusq; erit vsq; ad vesperum. Sed ⁊ ille q combusserit eã: lauabit vestimenta sua ⁊ corpus: ⁊ imundus erit vsq; ad vespeꝝ. Colliget aũt vir mũdus cineres vacce: ⁊ effũdet eos extra castra in loco purissimo: vt sint multitudini filioꝝ israel in custodiam ⁊ in aquã aspersionis: quia pro pctõ vacca combusta est. Cũq; lauerit qui vacce portauerat cineres vestimẽta sua: imũdus erit vsq; ad vespeꝝ. Habebunt hoc filij israel ⁊ aduene q habitãt inter eos sctũ iure ꝑpetuo. // Qui tetigerit cadauer hoĩs: ⁊ ꝓpter hoc septem diebus fuerit imundus: asperget ex hac aqua die tertio ⁊ septimo: ⁊ sic mũdabitur. Si die tertio aspersus nõ fuerit: septimo nõ poterit emundari. // Omnis qui tetigerit humane anime morticinũ ⁊ aspersus hac cõmixtione non fuerit: polluet tabernaculum domini: ⁊ peribit ex israel: q̃a aqua expiationis non est aspersus: imũdus erit: ⁊ manebit spurcitia eiꝰ super eum. Ista est lex hoĩs qui moritur in tabernaculo. Oẽs qui ingrediunt̃ tentorium illius ⁊ vniuersa vasa que ibi sunt: polluta erunt septem diebus. Uas quod non habuerit operculum nec ligaturam desuper imundum erit. Si qs in agro tetigerit cadauer occisi hominis aut per se mortui siue os illius vel sepulcrum: immundus erit septem diebus. Tollentq; de cineribus combustionis atq; peccatis ⁊ mittent aquas viuas sup eos in vas: in q̃bus cum homo mũdus tinxerit hysopum asperget ex eo omne tentorium ⁊ cunctam supellectilem: ⁊ ✝ homines hu

A
Sacrificiũ vacce rufe. // Heb. 9. b.
B
De aq lustralis q̃ sacrificabat imun
// De c... di. 4. a... nec q... quã.
C
Oẽs h... strent... imun... ales ✝... ales ✝... nias

D huiuscemodi cōtagione pollutos. Atq₃ hoc mō múdus lustrabit imúdū tertio ꝛ septimo die. Expiatusq₃ die septio lauabit ꝛ se ꝛ vestiméta sua: ꝛ immúdus erit vsq₃ ad vesperū. Si qs hoc ritu nō fuerit expiat⁹: peribit anima illi⁹ de medio ecclesie: q₃ sanctuariū dñi polluit: ꝛ non est aq̄ lustratiōis aspersus. Erit hoc preceptū legitimū sempiternū. Ipse quoq₃ q aspergit aquas lauabit vestiméta sua. Oīs q tetigerit aquas expiatiōis immūdus erit vsq₃ ad vesperū. Quicqd tetigerit imūdus: immūdū faciet: ꝛ anima q̄ hoꝝ qppiā tetigerit: immūda erit vsq₃ ad vesperum.

Leui.c.17

¶ Ca. xx. ¶ De morte Marie ꝛ aqs ꝯdictionis ꝛ nūcijs ad edom: ꝛ morte aaron in mōte hor: ꝛ substitutione eleaȥari: loco eius ꝛ fletu populi p aaron. Cap. xx.

A Ueneruntq₃ filij israel ꝛ omnis multitudo in desertū syn mēse pmo: ꝛ mā sit pplus in cades. Mortuaq₃ est ibi Maria: ꝛ sepulta in eodē loco. Cumq₃ indigeret aqua ppls: cōuenerūt aduersus moysen ꝛ aarō: ꝛ versi in seditionē dixerunt. Utinā perissem⁹ inter fratres nr̄os corā domino. Cur eduxistis ecclesiā domini in solitudinē: vt ꝛ nos ꝛ nostra iumenta moriamur? Quare nos fecistis ascēdere de egypto: ꝛ eduxistis in locum istū pessimū q seri nō pōt: qui nec ficum gignit nec vineas: nec malogranata: insuper ꝛ aquā nō hȝ ad bibēdū? Ingressusq₃ moyses ꝛ aaron dimissa multitudine in tabernaculū federis corruerūt proni in terrā: clamaueruntq₃ ad dñm atq₃ dixerunt. Domine deus audi clamorē hui⁹ populi: ꝛ aperi eis thesaurū tuum fontē aque viue: vt satiati cesset murmuratio eoꝝ. Et apparuit gloria dñi sup eos.

Mors marie sororis moysi. Murmuratio ppli ppt aquas. Jnfra + ad duxistis. Exo.17.b Ut + satiatis.

B Locutusq₃ est dominus ad moysen: dicens. Tolle virgam ꝛ congrega populū tu ꝛ aarō frater tuus: ꝛ loquimini ad petram coram eis: ꝛ illa dabit aquas. Cūq₃ eduxeris aquā de petra: bibet omnis multitudo ꝛ iuméta eius. Tulit igitur moyses virgam que erat in cōspectu domini: sicut preceperat ei: cōgregata multitudine ante petrā. Dixitq₃ eis. Audite rebelles ꝛ increduli. Num de petra hac vobis aquam poterimus eijcere? Cūq₃ eleuasset moyses manū percutiens virga bis silicem: egresse sunt aque largissime: ita vt populus biberet ꝛ iumenta. Dixitq₃ dominus ad moysen ꝛ aarō. Quia nō credidistis mihi vt sanctificaretis me corā filijs israel: nō introducetis hos populos in terram quā dabo eis. Hec est aqua cōtradictionis vbi iurgati sunt filij israel contra dominum: ꝛ sanctificatus est in eis.

Exo.17.b Aq̄ de petra educit.

dus vsqȝ in eternū. Dormiuit āt samuel vsqȝ mane aperuitqȝ ostia domꝰ dñi. Et samuel timebat indicare visionē heli. Uocauit ergo heli samuelē: ⁊ dixit. Samuel fili mi. Qui respōdēs ait. Presto sū. Et interrogauit eū. Quis ē sermo quē locutꝰ ē ✠ dñs ad te? Oro te ne celaueris me. Hec faciat tibi deꝰ ⁊ hec addat: si absconderis a me sermones ex oībꝰ verbis q̄ dcā sūt tibi. Indicauit itaqȝ ei samuel vniuersos sermones: ⁊ nō abscondit ab eo. Et ille rn̄dit. Dñs ē. Qđ bonū est i oculis suis faciat. Creuit aūt samuel: ⁊ dñs erat cū eo: ⁊ nō cecidit ex oībꝰ verbis eiꝰ i terrā. Et cognouit vniuersus israel a dan vsqȝ bersabee q̄ fidelis samuel pphā eēt dñi. Et addidit dñs vt appareret in sylo: quoniā reuelatus fuerat dñs samueli in sylo iuxta verbum domini. Et euenit sermo samuelis vniuerso israeli.

Ge. 37. c. ⁊ infra 22. c.

Als sup. est ✠ dñs

D

¶ Ca. Sū. ¶ De bello philistijȝ ⁊ fuga israel: de arca capta ⁊ morte filiorū heli: ⁊ de morte ipsius heli: ⁊ de morte nurus sue vxoris phinees ⁊ ortu icaboth. Cap. iiij.

A

Et factū ē i diebꝰ illis cōuenerūt philistijm in pugnā. Egressus est naqȝ isrl̄ obuiā philistijm in pliū: ⁊ castrametatus ē iuxta lapidē adiutorij. Porro philistijȝ venerūt i afec: ⁊ istruxerūt aciē ꝯ isrl̄. Inito aūt certamine terga vertit isrl̄ philisteis: ⁊ cesa sūt in illo certamine passim p agros quasi q̄ttuor milia virorū. Et reuersus est pplˢ ad castra. Dixerūtqȝ maiores natu de israel: quare percussit nos dñs hodie corā philistijȝ? Afferamꝰ ad nos de sylo arcā federis dñi: ⁊ veniat in medium nostri: vt saluet nos de manu inimicorū nostrorū. Misit ergo populus in sylo: ⁊ tulerunt inde arcā federis dñi exercituū sedētis sup cherubin. Erantqȝ duo filij heli cum arca federis domini ofni ⁊ phinees. Cūqȝ venisset arca federis dñi i castra: vociferatus est oīs israel clamore grandi: ⁊ personuit terra. Et audierūt philistijȝ vocē clamoris: dixerūtqȝ. Que nā est hec vox clamoris magni in castris hebreorū. Et cognouerunt q̄ arca dñi venisset i castra. Timuerūt philistijm dicētes. Uenit deꝰ in castra. Et ingemuerūt ✠ dicētes. Ue nobis. Nō n. fuit tāta exultatio heri ⁊ nudiustertiꝰ. Ue nobis. Quis nos saluabit de manu deoꝝ sublimiū istorum? Hi sunt dij q̄ pcusserunt egyptū oī plaga in deserto. Cō-

D

B

Als ✠ et dixerūt

C

fortamini ⁊ estote viri philistijm: ne seruiatis hebreis sicut ⁊ illi seruierūt ✠ nobis. Confortamini: ⁊ bellate. Pugnauerunt ergo philistijm: ⁊ cesus est israel ⁊ fugit vnusquisqȝ in tabernaculū suū. Et facta est plaga magna nimis: ⁊ ceciderunt de israel triginta milia peditum: ⁊ arca dei capta est. Duo quoqȝ filij heli mortui sunt ofni ⁊ phinees. Currēs aūt vir de beniamin ex acie venit in sylo in die illa: scissa veste ⁊ cōspsus puluere caput. Cūqȝ ille venisset: heli sedebat sup sellā contra viā expectās. Erat aūt cor eius pauens pro arca domini. Uir autem ille postq̄ȝ ingressus est nūciauit vrbi. Et vlulauit oīs ciuitas. Et audiuit heli sonitū clamoris: dixitqȝ. Quis est hic sonitus tumultus huiꝰ? At ille festinauit ⁊ venit: ⁊ nūciauit heli. Heli autem erat nonaginta ⁊ octo annorū: ⁊ oculi eius caligauerant: ⁊ videre nō poterat. Et dixit ad heli. Ego sum qui veni de prelio: ⁊ ego q̄ de acie fugi hodie. Cui ille ait. Quid actū est fili mi? Respōdens autē ille qui nunciabat: fugit inq̄t israel corā philistijm: ⁊ ruina magna facta ē i pplo. Insup ⁊ duo filij tui mortui sūt ofni ⁊ phinees: ⁊ arca dei capta ē. Cūqȝ ille noīasset arcā dei cecidit de sella retrorsū iuxͣ ostiū: ⁊ fractis ceruicibꝰ mortuus ē. Senex enī erat vir grādeuus: ⁊ ipse iudicauit isrl̄ q̄draginta annis. Nurus autē eius vxor phinees ꝑgnās erat vicinaqȝ partui. Et audito nūcio q̄ capta eēt arca dī: ⁊ mortuus esset socer suꝰ ⁊ vir suꝰ: incuruauit se ⁊ peperit. Irruerant enī in eā dolores subiti. In ipso aūt momēto mortis eiꝰ: dixerūt ei q̄ stabāt circa eā. Ne timeas: quia filiū peperisti. Que non respondit eis: neqȝ animaduertit. Et vocauit puerum ✠ icaboth: dicēs. Trāslata est gloria domini de israel: quia capta est arca dei. Et pro socero suo ⁊ pro viro suo ait. Translata est gloria ab israel: eo q̄ capta esset arca dei.

¶ Ca. Sū. ¶ Arca dñi iuxͣ dagō collocat: dagon ante arcā cadens psternit: Iterū cadēs caput ⁊ manus eiꝰ abscinduntur: flagellant philistijm in secretiori pte natiū: quia arca detinet: alij moriunt. Cap. v.

Philistijȝ aūt tulerūt arcā dei: ⁊ asportauerūt eā a lapide adiutorij i azotū. Tuleruntqȝ philistijm arcam dei: ⁊ intulerūt eam in templum dagon: ⁊ statuerunt

Als ✠ ⁊ vobis

C 2. reg. i. a.

sup. 3. b.

sup. 2. g.

D 11. q. 4. §. Item pro ✠ ite pro filiorū heli. 37. di. c. legat. 47. di. §. necesse. de symo. ca. 13 hely 23. q. 3. §. i. ibi iudei capti. Als ✠ icabod 1. q. 5. ca. remittunt ⁊ ca. se. in prin. 4. q. 3. §. ite ab alio quo.

A

eaz iuxta dagon. Cūqꝫ surrexissent diluculo ✝ azotij altera die: ecce dagon iacebat pnus in terra ante arcā dñi. Et tulerunt dagon: ⁊ restituerūt euz in locum suum. Rursūqꝫ mane die altera ɔsurgētes inuenerūt dagon iacentē sup faciē suā in terra corā arca domini. Caput aūt dagō ⁊ due palme manuū eius abscise erāt sup limē:

B Porro dagon solus truncus remāserat in loco suo. Propter hanc cām nō calcāt sacerdotes dagon: ⁊ oēs q ingrediunt templū ei⁹ sup limē dagon in azoto vsqꝫ i hodiernū diez. Aggrauata est aūt man⁹ dñi sup azotios: ⁊ demolitus est eos. Et pcussit in secretiori parte natiū azotū ⁊ fines ei⁹. Et ebullierūt ville ⁊ agri in medio regionis illi⁹: ⁊ nati sunt mures: ⁊ facta est confusio mortis magne in ciuitate. Uidētes aūt viri ✝ azotij huiuscemodi plagā: dixerunt. Nō maneat arca dei isrl' apd nos: qm dura

C est manus ei⁹ sup nos ⁊ sup dagon deum nrm. Et mittētes ɔgregauerūt oēs satrapas philistinoꝝ ad se: ⁊ dixerūt. Quid faciem⁹ de arca dei israel? Rñderūtqꝫ gethei. Circūducat arca dei isrl'. Et circūduxerūt arcā de israel. Illis aūt circūducētib⁹ eā fiebat manus dñi dei per singulas ciuitates interfectionis magne nimis: ⁊ pcutiebat viros vniuscuiusqꝫ vrbis: a paruo vsqꝫ ad maiorē: ⁊ cōputrescebāt pminētes extales eoꝝ. Inierūtqꝫ gethei consiliū: ⁊ fece

D rūt sibi sedes pelliceas. Miserūt ergo arcā dñi i accharon. Cūqꝫ venisset arca dñi dei in accharō: exclamauerūt accharonite dicētes. Adduxerūt ad nos arcā dei isrl': vt interficiat nos ⁊ pplm nrm. Miserūt itaqꝫ ⁊ ɔgregauerūt oēs satrapas philistinorū. Qui dixerūt. Dimitte arcā dei israel: ⁊ reuertat in locū suū. vt nō interficiat nos cū pplo nr̄o. Fiebat eni pauor mortis in singulis vrbib⁹: ⁊ grauissima valde man⁹ dñi dei. Uiri qꝫ q mortui nō fuerāt pcutiebant i secretiori parte natiū: ⁊ ascendebat vlulatus vniuscuiusqꝫ ciuitatis in celū.

¶ Ca. vi. ¶ De remissione arce cuz muneribus: de vaccis ducentibus plaustruz ⁊ vitulis earum domi relictis: bethsamite qꝛ vident arcam percutiunt: nuncios mittunt in chariathiarum. Cap. vi.

A Fuit ergo arca dñi in regione ✝ philistinoꝝ septē mensibus. Et post hec vocauerūt philistijm sacerdotes ⁊ diuinos dicētes. Quid faciemus de arcā dei? Indicate nobis quō remittamus eam in locū suuz. Qui dixerūt. Si remittitis arcā dei israel: nolite dimittere eā vacuā: sꝫ qḋ debetis ei reddite pro peccato: ⁊ tunc curabimini ⁊ scietis quare nō recedat man⁹ ei⁹ a vobis. Qui dixerūt. Quid est qḋ pro delicto reddere debeamus ei. Rñderūtqꝫ illi. Iuxta numeꝝ puinciaꝝ philistinoꝝ quinqꝫ anos aureos facietis ⁊ quinqꝫ mures aureos: qꝛ plaga vna fuit oibus vobis ⁊ satrapis vestris. Facietisqꝫ ✝ similitudines anoꝝ vestroꝝ ⁊ similitudines muriū q demoli

B tisunt terrā: ⁊ dabitis deo israel gloriā: si forte releuet manū suā a vobis: ⁊ a dijs vris ⁊ a terra vestra. Quare grauatis corda vra sic aggrauauit egyptus ⁊ pharao cor suū? Nōne postqꝫ pcussus est tūc dimisit eos ⁊ abierūt? Nunc ergo arripite ⁊ facite plaustrū nouū vnū: ⁊ duas vaccas fetas qbus nō est impositū iuguz iūgite in plaustro: ⁊ recludite vitulos earū domi. Tolletisqꝫ arcā dñi ⁊ ponetis in plaustro: ⁊ vasa aurea q exoluistis ei p delicto ponetis in capsellā ad latus ei⁹: ⁊ dimittite eā vt vadat: ⁊ aspicietis. Et siqdez p viaz finiuz suoꝝ ascēderit ɔ̄ bethsamitem ipse fecit nobis hoc malūz grande: sin autē minime sciemus qꝛ neq̄ꝗ manus ei⁹ tetigit nos. sꝫ casu accidit. Fecerūt ergo illi hoc mō. Et tollentes duas vaccas q lactabāt vitulos iunxerūt ad plaustrū: vitulosqꝫ eaꝝ cōcluserūt

C domi. Et posuerūt arcā dei sup plaustrū et capsellā q habebat mures aureos ⁊ similitudinez anoꝝ. Ibāt aūt in directū vacce p viaz q ducit bethsamitem: ⁊ itinere vno gradiebant pgentes ⁊ mugientes: ⁊ nō declinabāt neqꝫ ad dexterā neqꝫ ad sinistrā. Sꝫ ⁊ satrape philistijm seqbant vsqꝫ ad terminos bethsames. Porro bethsamite metebant triticū in valle. Et eleuantes oculos viderūt arcā: ⁊ gauisi sunt cū vidissent. Et plaustrū venit in agruz iosue bethsamitis ⁊ stetit ibi. Erat aūt ibi lapis magnus: ⁊ cōciderūt ligna plaustri: vaccasqꝫ iposuerūt sup ea holocaustuz dño. Leuite aūt deposuerūt arcā dei ⁊ capsellā q erat iuxta eaz: in qua erant vasa aurea ⁊ posuerūt sup lapidez grandez. Uiri aūt bethsamite obtulerunt holocausta: ⁊ immolauerūt victimas

D in die illo dño. Et quinqꝫ satrape philistinoꝝ viderunt: ⁊ reuersi sunt in accharon

In die illa. Hi aūt sunt ani aurei q̄s reddiderūt philisti p delicto dn̄o. Azot⁹ vnū: gaza vnū: ascalon vnū: geth vnū: accharon vnū: & mures aureos fm̄ numerū vrbiū philistiȝ quinq̄ prouinciaȝ ab vrbe murata vsq̄ ad villā q̄ erat absq̄ muro: & vsq̄ ad abel magnū sup quē posuerūt arcā dn̄i q̄ erat vsq̄ i illa die i agro iosue bethsamitis. Percussit aūt dn̄s de viris bethsamitib⁹ eo q̄ vidissent arcā dn̄i: & pcussit de pplo septuaginta viros: & qnquaginta milia plebis. Luxitq̄ ppls eo q̄ dn̄s percussisset plebē plaga magna. Et dixerūt viri bethsamite. Quis poterit stare i ɔspectu dn̄i dei scti hui⁹? Et ad quē ascēdet a nobis. Miserūtq̄ nūcios ad habitatores cariathiarim dicētes. Reduxerūt philistijm arcā domini: descendite & reducite eam ad vos.

¶ Ca. Sū. ¶ De trāsitu arce i cariathiarim de federe ppli ad dn̄m iudicio samuelis q̄ iudicauit ppl'm: de oblatione samuelis & de humilitate philistijm & pace isrl'. Cap. vij.

A — Als + domo

VEnerūt ergo viri cariathiarim & reduxerūt arcā dn̄i: & intulerūt eā i + domū aminadab in gabaa. Eleazarū autē filiū ei⁹ sanctificauerūt: vt custodiret arcā dn̄i. Et factū est ex q̄ die mansit arca dn̄i in cariathiarim multiplicati sunt dies. Erat q̄ppe iā annus vicesim⁹. Et requieuit ois domus isrl' post dn̄m. Ait aūt samuel ad vniuersā domū isrl' dicēs. // Si i toto corde vr̄o reuertimini ad dn̄m: auferte deos alienos de medio + vr̄i: baalim & astaroth: & p̄parate corda vr̄a dn̄o & seruite ei soli: & eruet vos de manu philistijm. Abstulerūt ergo filij israel baalim & astaroth: & seruierūt dn̄o soli. Dixit aūt samuel. Cōgregate vniuersū isrl' in masphat vt orē pro vobis dn̄m. Et ɔuenerūt in masphat. Hauserūtq̄ aquā & effuderūt in ɔspectu dn̄i: & ieiunauerūt in die illa atq̄ dixerūt. Tibi peccauim⁹ + dn̄e. Iudicauitq̄ samuel filios isrl' i masphat. Et audierūt philistijm q̄ ɔgregati essent filij isrl' i masphat: & ascēderūt satrape philistinoȝ ad isrl'. Qd' cū audissent filij isrl' timuerūt a facie philistinorū. Dixerūtq̄ ad samuelē. Ne cesses p nobis clamare ad dn̄m deū nr̄m vt saluet nos de manu philistinorū. Tulit autē samuel agnū lactētē vnū: & obtulit illū holocaustū itegrū dn̄o. Et clamauit samuel ad dn̄m p isrl': & exaudiuit eū dn̄s. Factū est aūt cū samuel offerret holocaustū dn̄o: philistijm inire p̄liū ɔ isrl'. // Intonuit aūt dn̄s fragore magno i die illa sup philistijm: & exterruit eos: & cesi sūt a filijs isrl'. Egressiq̄ filij isrl' de masphat psecuti sūt philisteos: & pcusserūt eos vsq̄ ad locū q̄ erat subter bethchar. Tulit aūt samuel lapidē vnū & posuit eū inter masphat & inter sen: & vocauit nomē loci illi⁹ lapis adiutorij. Dixitq̄. Hucusq̄ auxiliat⁹ ē nob dn̄s. Et humiliati sūt philistijm: nec apposuerūt vltra vt venirēt i terminos isrl'. Facta ē itaq̄ man⁹ dn̄i sup philisteos cūctis dieb⁹ samuelis: & reddite sūt vrbes q̄s tulerāt philistijm ab israel israeli: ab accharō vsq̄ geth & terminos suos. Liberauitq̄ isrl' de manu philistinoȝ: eratq̄ pax iter isrl' & amorreū. Iudicabat quoq̄ samuel isrl' cūctis dieb⁹ vite sue. Et ibat p singlos ānos circuiēs bethel & galgala & masphat: & iudicabat israelē i supdictis locis. Reuertebaturq̄ in ramatha. Ibi eni erat dom⁹ ei⁹: & ibi iudicabat israelē. Edificauit etiā ibi altare domino.

Iosue 24. c. — Als + vestrum — B — Als + domino — C — eccl. 46. a — D — Aglegia ciuitas cōditur. — Anchona marchie ciuitas cōditur.

¶ Ca. Sū. ¶ De filijs samuelis q̄ declinauerūt ad auaritiā: & populus petijt regē: quibus ius regis predicitur. Cap. viij.

A

FActum est autem cum senuisset samuel: posuit filios suos iudices in israel. Fuitq̄ nomen filij eius primogeniti iohel: & nomen secundi abia iudicū in bersabee. Et non ambulauerunt filij illius in vijs eius: sed declinauerunt post auaritiam: acceperuntq̄ munera & peruerterunt iudicium. Congregati ergo vniuersi maiores natu israel: venerunt ad samuelem in ramatha: dixeruntq̄ ei. Ecce tu senuisti: & filij tui nō ambulant in vijs tuis. // Constitue nobis regē vt iudicet nos: sicut & vniuerse habent nationes.

Mas. vi. c. ab exordio 4. gl.

osee.13.c. Act.13.c.

Displicuitque sermo in oculis samuelis: eo quod dixissent: da nobis regem vt iudicet nos. Et orauit Samuel ad dominum. Dixit autem dominus ad samuelem. Audi vocem populi in omnibus que loquuntur tibi. Non enim te abiecerunt sed me: ne regnem super eos. Iuxta omnia opera sua que fecerunt a die qua eduxi eos de egypto vsque ad diem hanc. Sicut dereliquerunt me et seruierunt diis alienis: sic faciunt etiam tibi. Nunc ergo vocem eorum audi. Verumtamen contestare eos: et predic eis ius regis qui regnaturus est super eos. Dixit itaque Samuel omnia verba domini ad populum qui + petierat a se regem: et ait. Hoc erit ius regis qui imperaturus est vobis. Filios vestros tollet et ponet in curribus suis: facietque sibi equites et precursores quadrigarum suarum: et constituet sibi tribunos et centuriones: et aratores agrorum suorum et messores segetum et fabros armorum et curruum suorum. Filias quoque vestras faciet sibi vnguentarias et focarias et panificas. Agros quoque vestros et vineas et oliueta optima tollet et dabit seruis suis. Sed et segetes vestras et vinearum reditus addecimabit: vt det eunuchis et famulis suis. Seruos etiam vestros et ancillas et iuuenes optimos et asinos auferet: et ponet in opere suo. Greges quoque vestros addecimabit: vosque eritis ei serui. Et clamabitis in die illa a facie regis vestri quem elegistis vobis: et non exaudiet vos dominus in die illa: quia petistis vobis regem. + Noluit autem populus audire vocem + samuelis: sed dixerunt. Nequaquam. // Rex enim erit super nos: et erimus nos quoque sicut omnes gentes: et iudicabit nos rex noster: et egredietur ante nos: et pugnabit bella nostra pro nobis. Et audiuit Samuel omnia verba populi: et locutus est ea in auribus domini. Dixit autem dominus ad Samuelem. Audi vocem eorum: et constitue super eos regem. Et ait Samuel ad viros israel. Vadat vnusquisque in ciuitatem suam.

(Margin: B — Alia tra. hic verbis additur — Als + petierant vel petierunt. — C — Als exaudiet + in die illa — D — Als + samuel — Infra.10.c.)

¶ Ca. ix. ¶ De Saule et inquisitione asinarum: et de aduentu eius ad Samuelem: de armo dextro dato sauli in conuiuio samuelis. c. ix.

Et erat vir de Beniamin nomine Cis filius Abihel filii + Seor filii + Bechorath filii Sareth filii Aphia filii viri Iemini fortis robore. Et erat ei filius vocabulo Saul electus et bonus: et non erat vir de filiis israel melior illo. // Ab humero et sursum eminebat super omnem populum. Perierant autem asine Cis patris Saul: Et dixit Cis ad Saul filium suum. Tolle tecum vnum de pueris: et consurgens vade et quere asinas. Qui cum transissent per montem effraim et per terram salisa et non inuenissent: transierunt etiam per terram salim: et non erant: sed et per terram iemini et minime repererunt. Cum autem venissent in terram Suph: dixit Saul ad puerum qui erat cum eo. Veni et reuertamur ne forte dimiserit pater meus asinas et solicitus sit pro nobis. Qui ait ei. Ecce vir dei est in ciuitate hac vir nobilis: omne quod loquitur sine ambiguitate venit. Nunc ergo eamus illuc: si forte indicet nobis de via nostra pro qua venimus. Dixitque Saul ad puerum suum. Ecce ibimus. // Quid feremus ad virum + dei? Panis defecit in sitarciis nostris: et sportulam non habemus vt demus homini dei: nec quicquam aliud. Rursum puer respondit Sauli: et ait. Ecce inuenta est in manu mea quarta pars stateris argenti: demus homini dei: vt indicet nobis viam nostram. Olim in israel sic loquebatur vnusquisque vadens consulere deum. Venite et eamus ad videntem. Qui enim propheta dicitur hodie: vocabatur olim videns. Et dixit Saul ad puerum suum. // Optimus sermo tuus. Veni eamus. Et ierunt in ciuitatem in qua erat vir dei. Cumque ascenderent cliuum ciuitatis: inuenerunt puellas egredientes ad hauriendam aquam: et dixerunt eis. Num hic est videns? Que respondentes dixerunt illis: Hic est. Ecce ante te. Festina nunc. Hodie enim venit in ciuitatem: quia sacrificium est hodie populi in excelso. Ingredientes vrbem statim inuenietis eum antequam ascendat excelsum ad vescendum. Neque enim comesturus est populus: donec ille veniat: quia ipse benedicet hostie: et deinceps comedent qui vocati sunt. Nunc ergo ascendite: quia hodie reperietis eum. Et ascenderunt in ciuitatem. Cumque illi ambularent in medio vrbis: apparuit samuel egrediens obuiam eis vt ascenderet in excelsum. Dominus autem reuelauerat auriculam samuelis ante vnam diem quam veniret saul dicens. Hac ipsa hora que nunc est: cras mittam virum ad te de terra beniamin: et vnges eum ducem super populum meum israel. Et saluabit populum meum de manu philistinorum: quia respexi populum meum. Venit enim clamor eorum ad me. Cumque aspexisset samuel saulem: dominus dixit ei. Ecce vir quem dixeram tibi. Iste dominabitur populo meo. Accessit autem saul ad samuelem in medio porte: et ait. Indica oro mihi: vbi est domus videntis? Et respondit samuel sauli: dicens. Ego sum videns. Ascende ante me in excelsum: vt + comedatis mecum hodie: et dimittam te mane: et omnia que sunt in corde tuo indicabo tibi. Et de

(Margin: A — Als + seror — Als + scó — Als + decorath — 1.par.8.c — Infra.10.d — B — Als feret + si — // l.qui. indicas — 3.Reg. 1.4.b — C — Als + comedas)

asinis q̄s nudiustertiº pdidisti: ne sollicitus sis: q: inuēte sūt. Et cuiº erūt optima q̄q3 isrl: nōne tibi ⁊ ✝ oī domui p̄ris tui? Rñdēs aūt saul ait. Nūqd nō filiº iemini ego sū3 de minima tribu isrl: ⁊ cognatio mea nouissima int' oēs familias de tribu beniamin? Quare ergo locutº es mihi sermonē istū? Assumēs itaq3 samuel saulē ⁊ puerū eiº: introduxit eos in triclinium: ⁊ dedit eis locū in capite eoꝝ q fuerāt iuitati. Erāt .n. q̄si triginta viri. Dixitq3 samuel coco. Da ptē quā dedi tibi ⁊ p̄cepi: vt reponeres seorsū apd te. Leuauit aūt cocº armū: ⁊ posuit an̄ saul. Dixitq3 samuel. Ecce qd remāsit pone añ te: ⁊ comede: q: de industria suatū est tibi qñ ppl'm vocaui. Et comedit saul cū samuele in die illa: ⁊ descēderūt de excelso in oppidū: ⁊ locutº est cū saule in solario: ✝ strauitq3 saul in solario ⁊ dormiuit. Cūq3 mane surrexissēt ⁊ iā dies lucesceret: vocauit samuel saulē in solario dicēs. Surge ⁊ dimittā te. Et surrexit saul. Egressi sūt ābo: ipse videlicet ⁊ samuel. Cūq3 descēderēt in extrema pte ciuitatis samuel dixit ad saul. Dic puero vt an̄cedat nos: ⁊ transeat. Tu aūt subsiste paulisp: vt indicē3 tibi vbū dñi.

Als sup. ei ✝ omni

B

1. q. i. c. iudices. 44. di. c. quādo. j. Ar. de sacra vnctio. cap. vnico.

✝ hebrei non hñt strauitq3 saul i solario ⁊ dormiuit sed greci addūt.

¶ Ca. .x. ¶ De vnctiōe saulis in regē: ⁊ signis variis sibi: p̄cepto expectatiōis: ⁊ de pphetatiōe saulis: ⁊ de ꝯfirmatiōe regni eiº ppl'i sorte in masphat. Cap. .x.

Tulit aūt samuel lēticulā olei: ⁊ effudit sup caput eiº: ⁊ deosculatº est eū: ⁊ ait. Ecce vnxit te dñs sup hereditatē suā in p̄ncipē: ⁊ liberabis ppl'm suū de manibº inimicoꝝ eiº: q in circuitu eiº sunt. Et hoc tibi signū: q: vnxit te dñs in p̄ncipē. Cūq3 abieris hodie a me: inuenies duos viros iuxta sepulchꝝ rachel in finibº beniamin in meridie: dicētq3 tibi. Inuēte sūt asine ad q̄s ieras pgrēdas: ⁊ intermissis pr tuº asinis sollicitº ē p vobis: ⁊ dic. Quid faciā de filio meo? Cūq3 abieris inde: ⁊ vltra trāsieris ⁊ veneris ad qrcū thabor: inuenient te tres viri ascēdētes ad deū in bethel: vnº portās tres hedos: ⁊ aliº tres tortas panis: ⁊ aliº portās lagenā vini. Cūq3 te salutauerint dabūt tibi duos panes: ⁊ accipies de manu eoꝝ. Post hec venies in collē dñi: vbi ē statio philistinoꝝ. Et cū ingressus fueris ibi vrbē: obuiū habebis gregē pphetaꝝ descēdentiū de excelso: ⁊ ante eos psalteriū ⁊ tympanū ⁊ tybiā ⁊ citharas: ipsosq3 pphetātes. Et insiliet i te spūs domini: ⁊ pphetabis cū eis: ⁊ mutaberis in virū aliū. Qñ ergo euenerint signa hec omnia tibi: fac quecūq3 inuenerit manº tua: q: dñs tecū est. Et descēdēs ante me i galgala. Ego quippe descēdā ad te vt offeras oblationē: ⁊ immoles victimas pacificas: Septē diebus expectabis donec veniā ad te: ⁊ ostēdā tibi q̄ facias. Itaq3 cū auertisset humerū suū vt abiret a samuele: immutauit ei deº cor aliud: ⁊ venerunt oīa signa hec in die illa. Veneruntq3 ad p̄dictū collē: ⁊ ecce cuneus pphetaꝝ obuius ei. Et insiluit super eū spūs dñi: ⁊ pphetauit in medio eoꝝ. Videntes aūt oēs qui nouerāt eū heri ⁊ nudiustertius q esset cū pphetis ⁊ pphetaret: dixerūt adinuicē. Que nā res accidit filio cis. Nū ⁊ saul ✝ inter pphetas? Rñdit aliº ad alterū dicēs. Et ✝ quis pr ✝ eius? Propterea versū est in puerbiū. Num ⁊ saul inter pphetas? Cessauit aūt pphetare: ⁊ venit ad excelsum. Dixitq3 patruus saul ad eū ⁊ ad puerū eiº. Quo abiistis? Qui rñderūt. Querere asinas. Quas cū nō repperissemus: venimº ad samuelē. Et dixit ei patruus suus. Indica mihi: qd dixerit tibi samuel. Et ait saul ad patruū suū. Indicauit nobis: q: inuēte essent asine. De sermone aūt regni nō idicauit ei quē locutº fuerat ei samuel. Et cōuocauit samuel ppl'm ad dñm i ✝ masphat: ⁊ ait ad filios isrl. Hec dicit dñs deº israel. Ego eduxi israel de egypto: ⁊ erui vos de manu egyptiorū ⁊ de manu omniū regū qui affligebāt vos. Vos autē hodie proiecistis dominū deū vestrū: q solus saluauit vos de vniuersis malis ⁊ tribulatiōibº vris. Et dixistis. Nequaq̄: s3 regē cōstitue sup nos.

A

Ext. 16. c. 75. di. c. 3. l. h. exēplo i gl. 2. q. 7. ⁊ iñe obycitur. 1. q. i. c. si crā. ⁊. ca. ?is. ⁊. c. pphauit Sup. 2. g

Lacedemoniorum regnum oritur ⁊ corinthiorū regnū oritur

B

Carnutum ciuitas a troianis fundat̄.

Infra. 13. b. infra. 11. b.

C

infra. 19. b Als ✝ in pphetis. Als ✝ quis pr ✝ eoꝝ

Pisarus ciuitas a grecis cōditur. Turonēsis ciuitas a bruto cōdit̄. Als ✝ maspha

sup.8.b. & sup.9.a / Al. + sors tribus / Al. + cecidit cognatio

¶ Nunc ergo state coram dño per tribus vestras & p familias. Et applicuit samuel oēs trib⁹ israel: & cecidit + sors sup tribū Beniamin. Et applicuit tribū beniamin & cognationes ei⁹ & + cecidit sup cognatione methri & puenit vsq3 ad Saul filiū Cis. Quesierūt ergo eū: & nō est inuētus illic. Et cōsuluerūt post hec dñm: vtrū nā

D sup.9.b.

venturus esset illuc. Rñditq3 dñs. Ecce absconditus est domi. // Cucurrerūt itaq3 & tulerūt eū inde. Stetitq3 in medio ppli: & altior fuit vniuerso populo ab humero & sursū. Et ait Samuel ad oē3 pplm. Certe videtis quē elegit dñs: qm nō sit similis illi in oī pplo. Et clamauit oīs ppls: & ait. Viuat rex. Locutus est aūt samuel ad populū legē regni: & scripsit in libro: & reposuit corā dño. Et dimisit Samuel oē3 populū: singulos i domū suā. S3 & saul abijt in domū suā in gabaa. Et abijt cū eo pars exercitus q̄z tetigerat de⁹ corda. Filij vo belial dixerunt. Num saluare nos poterit iste? Et despexerunt eū: & nō attulerunt ei munera. Ille vo dissimulabat se audire.

¶ Ca. xi. ¶ De naas obsidēte iabes galaad: de victoria saulis: de aliqbus dicētib⁹ vnde saluare poterit iste: de innouatione regni ei⁹. Saul regnat in galgala. Cap. xi.

A

Et factū est qsi post mēses: ascēdit naas ammonites: & pugnare cepit aduersum iabes galaad. Dixerunt q̄z oēs viri iabes ad naas. Habeto nos federatos & + seruiemus tibi. Et rñdit ad eos naas ammonites. In hoc feriā vobiscum fedus vt eruā oīu3 vestrū oculos dextros: ponamq3 vos opprobriū in vniuerso israel. Et dixerūt ad eū seniores iabes. Cōcede nobis septē dies vt mittam⁹ nūcios ad vniuersos terminos israel: & si nō fuerit q defendat nos: egrediemur ad te. Venerūt ergo nūcij in gabaa saulis: & locuti sunt verba hec audiēte pplo. Et leuauit oīs ppls vocē suā: & fleuit. Et ecce saul veniebat sequens boues d' agro: & ait. Quid h3 ppls q plorat? Et narrauerūt ei vba viro3 iabes. // Et insiluit sps dñi in Saul cū audisset h verba. & irat⁹ est furor ei⁹ nimis. Et assumēs vtrūq3 bouē cōcidit in frusta: misitq3 in oēs terminos israel p manū nūcio3 dicens. Quicūq3 nō exierit & secutus fuerit Saul & Samuel: sic fiet bobus ei⁹. Inuasit ergo timor dñi populū: & egressi sunt qsi

Al. + seruiamus

B

sup.10.b

vir vnus & recensuit eos in bezec. Fueruntq3 filio3 israel trecēta milia: viro3 aūt iuda triginta milia. Et dixerūt nūcijs q venerant. Sic dicetis viris q sunt in iabes galaad. Cras erit vobis salus: cum incaluerit sol. Venerūt ergo nūcij: & nūciauerūt viris iabes. Qui letati sunt: & dixerūt. Mane exibim⁹ ad vos: & facietis nobis oē qđ placuerit vobis. Et factū est cū dies crastinus venisset: cōstituit saul ppl3 in tres partes. Et ingressus est media castra in vigilia matutina: & pcussit ammon vsq3 dū incalesceret dies. Reliq aūt dispersi sunt: ita vt nō relinqrentur ex eis duo pariter. Et ait ppls ad samuelē. Quis est iste qui dixit Saul nō regnabit sup nos? Date viros: & interficiem⁹ eos. Et ait saul. Nō occidetur qsq3 in die hac: q2 hodie fecit dñs salutem in israel. Dixit aūt Samuel ad ppl3. Venite & eamus in galgala: & innouem⁹ ibi regnū. Et perrexit oīs populus in galgala: & fecerunt ibi regē Saul coram domino in galgala. Et immolauerunt ibi victimas pacificas coram dño. Et letatus est ibi Saul: & cuncti viri israel nimis.

C

D

Infra.c.ii. 3.q.7.S. vltimo

¶ Ca. xij. ¶ De innocentia & mansuetudine Samuelis: de correptione populis de signis datis de celo. Cap. xij.

A

Dixit aūt Samuel ad vniuersū3 israel. Ecce audiui vocē vestrā iuxta oīa que locuti estis ad me: & cōstitui sup vos regē: Et nūc rex gradit ante vos. Ego aūt senui: & incanui. Porro filij mei vobiscū sunt. Itaq3 cōuersatus corā vobis ab adolescētia mea vsq3 ad hūc diē: ecce psto sum. Loqmini de me corā dño & corā christo ei9. vtrū bouē cuiusq3 tulerim aut asinum: si quēq3 calūniatus sum: si oppressi aliquē: si de manu cuiusq3 mun⁹ accepi

& cõtemnaz illud hodie restituãq3 vobis. Et dixerũt. Nõ es calũniatus nos neq3 oppressisti: neq3 tulisti de manu alic⁹ q̃ppiã. Dixitq3 ad eos. Testis est dñs aduersum vos: & testis christus eius in die hac: quia nõ inuenistis in manu mea q̃ppiã. Et dixerũt. Testis. Et ait Samuel ad pplz. Dñs q fecit Moysen & Aaron: & eduxit patres nr̃os de terra egypti + adest. Nunc ergo state vt iudicio cõtendã aduersum vos coram dñe de omnibus misericordijs dñi quas fecit dñs vobiscu3 & cum p̃ribus vestris. // Quõ Jacob ingressus est in egyptum: & clamauerunt p̃res vestri ad dñz: & misit dñs Moysen & Aarõ: & eduxit patres vestros de egypto: & collocauit eos in hoc loco. // Qui obliti sunt dñi dei sui: & tradidit eos in man⁹ Sysare magistri militie regis Asor: & in manu philistinorũ: & in manu regis Moab & pugnauerunt aduersus eos. Postea aũt clamauerũt ad dñm: & dixerunt. Peccauimus: q̃a dereliquimus dñm: & seruiuimus Baalim et Astaroth. Nunc ergo erue nos de manu inimicoꝝ nr̃oꝝ: & seruiemus tibi. // Et misit dñs Hierobaal & + Badã & Barach & Jepte & Samuel: & eruit vos de manu inimicoꝝ vestroꝝ per circuitũ: & habitastis cõfidenter. Uidẽtes aũt q̃ naas rex filioꝝ ammon venisset aduersũz vos: // dixistis mihi. Nequaq̃: s3 rex imperabit nobis: cũ dñs deus vester regnaret in vobis. Nunc ergo presto est rex vester quẽ elegistis: & petistis. Ecce dedit vobis dñs regez. Si timueritis dñm & seruieritis ei: & audieritis vocẽ eius: & nõ exasperaueritis os dñi: eritis & vos & rex qui imperat vobis sequẽtes dñm deum vestrũ. Si aũt nõ audieritis vocem dñi: sed exasperaueritis sermones eius: erit manus dñi super vos & super p̃res vestros. Sed & nũc state: & videte rem istã grãdem quã facturus est dñs in cõspectu vestro. Nunqd nõ messis tritici est hodie? Inuocabo dñm & dabit voces & pluuias: & scietis & videbitis: q̃ grãde malũ feceritis vobis in cõspectu dñi petẽtes sup vos regẽ. Et clamauit Samuel ad dñm: & dedit dñs voces & pluuias in die illa. Et timuit oĩs ppl's nimis dñm & Samuelem. Et dixit vniuersus populus ad Samuelẽ. Ora p̃ro seruis tuis ad dñz deũ tuum vt non moriamur. Addidimus enim vniuersis peccatis nostris malum: vt peteremus nobis regẽ. Dixit aũt Samuel ad pplm. Nolite timere: vos fecistis vniuersu3 malũ hoc. Uerũtamẽ nolite recedere a tergo dñi: sed seruite dño in oĩ corde vestro: & nolite declinare post vana q̃ non proderunt vobis: neq3 eruent vos: q2 vana sunt: & nõ derelinquet dñs pplm suũ: pp nomen suu3 magnũ: q2 iurauit dñs facere vos sibi pplm. Absit aũt a me hoc peccatũ dño vt cessem orare p̃ vobis: & docebo vos viã bonã & rectaz. Igit̃ timete dñm & seruite ei in veritate: & ex toto corde vestro. Uidistis eni3 magnifica q̃ in vobis gesserit: q̃ si p̃seueraueritis vos i malitia: & vos & rex v̄ster pariter p̃ibitis.

¶ Ca. Sũ. ¶ De philisteis p̃cussis a saule & Jonatha. & iteꝝ ɔgregatis: de filijs isr̃l q abscõderũt se in antris: de holocausto saulis & de rep̄hẽsione ei⁹ a samuele: non stabit regnũ eius: de diuisione regni: de tribus cuneis p̄plxtaꝝ p̄st transgressionez patris: de armoꝝ defectu in israel nisi in Saule & Jonatha. Cap. xiij.

A Filius vnius anni erat Saul cũ regnare cepisset: duob⁹ aũt annis regnauit sup israel. Et elegit sibi Saul tria milia de israel. Et erant cũ Saul duo milia in + machmas & in mõte bethel: mille aũt cũ Jonatha in + gabaa beniamin. Porro ceteꝝ pplm remisit vnũquẽq3 in tabernacula sua. Et p̃cussit Jonathas stationẽ philistinoꝝ q̃ erat in gabaa. Quõ cũ audissent philistijm: Saul cecinit buccina in oĩ terra dicẽs. Audiãt hebrei: & vniuersus isr̃l audiuit huiuscemodi famã: p̃cussit Saul stationẽ philistinoꝝ. Et erexit se isr̃l aduersus philistijm. Clamauit ergo ppl's post Saul i galgala: & philistij3 ɔgregati sunt ad p̃liãdũ ɔ israel: triginta milia curruũ: & sex milia eq̃tũ: & reliquũ vulgus sicut arena q̃ est in littore maris plurima. Et ascẽdẽtes castrametati sũt in + machmas ad oriẽtẽ bethauẽ. Quõ cũ vidissent viri israel se in arto p̃sitos (afflictus eni3 erat ppl's) abscõderũt se in speluncis: & in abditis in petris q̃3 & in antris: & in cisternis. Hebrei aũt trãsierũt iordanẽ in terrã gad & galaad. Cũq3 adhuc eẽt Saul in galgala: vniuersus ppl's p̃territ⁹ est q̃ sequebat̃ eũ. // Et expectauit septẽ dieb⁹ iuxta placitũ samuelis: & nõ venit samuel

Marginal notes: eccl.46.d — B — Al's sup. est + adest. — Ge.46.a — Jud.4.a — Judi.6.c — Al's + Bedã idest Samson. — C — sup. 8.b. & 6. 10.c. — A — Al's + machimas. — Al's + gabaad vel gabaath. — Al's + machimas. — B — sup. 10.b

in galgala. Dilapsusq3 est pplus ab eo. Ait
ergo Saul. Afferte mihi holocaustu & pa-
cifica. Et obtulit holocaustu. Cuq3 cople-
sset offerens holocaustu: ecce Samuel ve-
niebat. Et egressus est Saul obuia ei: vt
salutaret eu. Locutusq3 est ad eu samuel.
Quid fecisti? Rndit saul. Quia vidi q po-
pulus dilaberetur a me: & tu no veneras
iuxta placitos dies. Porro philistijm co-
gregati fuerat in + machmas: dixi. Nuc
descedent philistijm ad me in galgala: &
facie dni no placaui. Necessitate copulsus
obtuli holocaustu + dne. Dixitq3 Samu
el ad Saul. // Stulte egisti: nec custodisti
madata dni dei tui q pcepi tibi. Qd si no
fecisses: ia nuc pparasset dns regnu tuu
sup israel in sempiternu. Sz nequaq re-
gnu tuu vltra cosurget. Quesiuit dns sibi
viru iuxta cor suu: & pcepit ei dns vt eet
dux super pplm suu: eo q no seruaueris
que pcepit dns. Surrexit aut Samuel &
ascendit de galgalis in gabaa Beniamin.
Et reliq populi ascenderunt post saul ob-
uia populo: q expugnabant eos venietes
+ de galgala in gabaa in colle Beniamin.
Et recesuit Saul pplm q inueti fuerant
cu eo qsi sexcetos viros: & saul & Jonathas
fili9 eius: populusq3 q inuetus fuerat cu
eis erat in gabaa beniamin. Porro phili
stijm cosederat in + machmas. Et egres-
si sut ad pdandu de castris philistinorum
tres cunei. Unus cuneus pgebat cotra viam
Effraim ad terra Saul. Porro alius in-
grediebat per via bethoron. Tertius aute
verterat se ad iter termini in terra Sa-
baa: imminetis vallis seboim cotra desertu.
Porro faber ferrarius no inueniebat in
oi terra israel. Cauerant enim philistijm
ne forte facerent hebrei gladiu aut lancea.
Descedebat ergo ois israel ad philistijm
vt acueret vnusqsq3 vomerem suu & ligo
ne & securim & tridete & sarculu. Retuse
itaq3 erant acies vomeru & ligonu & tride
tium & securiu vsq3 ad stimulu corrige-
dum. Cuq3 venisset dies plij: no est inue
tus ensis & lancea in manu totius ppli q
erat cu Saul & Jonatha excepto Saul et
Jonatha filio ei9. Egressa est aut statio phi
listijm: vt + trascenderet in + machmas.

C | als + ma chimas. | Als sup est + dno | Ge.31.d. | 2.pa.16.c | Als + et | D | als + ma chimas. | als + tra scederet | als + ma chimas.

¶ Ca. xiiij. ¶ De Jonatha & armigero ei9 qui ascedunt ad philistijm: dat signu armigero q tradat philistijm in man9 eorum in modo loquendi: de victoria ei9: de adiuratione ppli facta a saule: de melle gustato a Jonatha: q forte deprehedit: & a morte per pplm liberatur. Nomina generis saulis: & quorundam de familia. Cap. xiiij.

Et accidit in quadam die vt diceret
Jonathas fili9 Saul ad adolescetem
armigeru suu. Ueni: & transeamus ad statio-
ne philistinorum q est trans locu illu. Pa-
tri aut suo hoc ipsum no indicauit. Porro
Saul morabat in extrema parte gabaa sub
malogranato q erat in agro gabaa. Et erat
ppls cu eo qsi sexcetoru viroru. Et Achias
filius Achitob fratris Ichabod filij phi-
nees q ortus fuerat ex heli sacerdote dni
in sylo: portabat + ephot. Sz & ppls igno
rabat quo isset Jonathas. Erat aut inter
ascensus p quos nitebat Jonathas trasire
ad statione philistinorum eminetes petre ex
vtraq3 parte: & qsi in modu detiu scopu
li hincinde prerupti. Nome vni bosez: &
nome alteri sene. Un9 scopulus pminens
ad aqlone ex aduerso + machmas: & alter
ad meridie cotra gabaa. Dixit aut Jona-
thas ad adolescete armigeru suum. Ueni
trasteamus ad statione incircucisorum hor
si forte faciat dns pro nobis: qz no est dno
difficile saluare vel in + multis: vel in pau
cis. Dixitq3 ei armiger su9. Fac oia q pla-
cent aio tuo. Perge quo cupis: & + ero
tecu + vbicuq3 volueris. Et ait Jonathas.
Ecce nos transimus ad viros istos. Cuq3 ap
paruerim9 eis: si taliter locuti fuerint ad
nos: manete donec veniam9 ad vos: stem9
in loco nro: nec ascedamus ad eos. Si at
dixerint ascedite ad nos: ascedam9 ad eos:
qa tradidit eos dns in manibus + nris.
Hoc erit nobis signu. Apparuit igit vter
q3 stationi philistinorum. Dixeruntq3 phili-
stijm. // En hebrei egrediuntur de cauernis
in qbus abscoditi fuerant. Et locuti sunt
viri de statione ad Jonatha & ad armigeru
ei9. Dixeruntq3. Ascedite ad nos: & ostede-
mus vobis re. Et ait Jonathas ad armi-
geru suu. Ascedam9. // Seqre me. Tradi-
dit enim dns eos in manus israel. Ascedit
aut Jonathas manib9 & pedib9 reptans:
& armiger eius post eu. Itaq3 cu vidissent
facie Jonathe alij cadebant ante Jonatha:
alios armiger ei9 interficiebat seques eu.
Et facta est plaga prima qua pcussit Jona-
thas & armiger eius qsi viginti viroru in

A | Als + e phod. | als + ma chimas. | Als + in multitu dine | B | als + ego | Als + q cunq3 | als + istis | iud.14.c | 1.Mac. 4.b.

media parte iugeris: quã par boũ in die arare consueuit. Et factũ est miraculũ in castris ꝛ p agros. Sed ꝛ ois populus stationis eoꝝ qui ierant ad predãdũ obstupuit: ꝛ cõturbata sunt castra. Et accidit q̃si

C

miraculum a deo. Et respexerunt speculatores Saul q erant in gabaa beniamin: ꝛ ecce multitudo prostrata: ꝛ huc illuc ꝗ diffugiens. Et ait Saul pplo q erat cũ eo. Requirite ꝛ videte qs abierit ex nobis. Cũq̧ requisissent: repertũ est nõ adesse Jonathã ꝛ armigeꝝ eius. Et ait Saul ad Achiam. Applica arcã dñi. Erat enim ibi arca dñi in die illa cũ filijs israel. Cũq̧ loq̄ret Saul ad sacerdotẽ: tumultus magn⁹ exort⁹ est in castris philistinoꝝ. Crescebatq̧ paulatim ꝛ clarius resonabat. Et ait Saul ad sacerdotẽ. Cõtrahe manũ tuã. Cõclamauit ergo Saul ꝛ ois pplꝰ q erat cũ eo: ꝛ venerũt vsq̧ ad locũ certaminis. Et ecce versus fuerat gladi⁹ vniuscuiusq̧ ad proximũ suũ: ꝛ cedes magna nimis. Sꝫ ꝛ hebrei qui fuerant cũ philistijs heri ꝛ nudiustertius ascenderantq̧ cũ eis in castris: reuersi sunt vt essent cũ israel: ꝛ hi q erãt cũ Saul ꝛ Jonatha. Oẽs q̃q̧ israelite q se abscõderant in mõte effraim audiẽtes ꝙ fugissent philistei: sociauerũt se cũ suis in plio. Et erãt cũ Saul q̃si decẽ milia viroꝝ.

D

Et saluauit dñs de⁹ israel in die illa. Pugna aũt peruenit vsq̧ ad Bethauen. Et viri israel sociati sunt sibi in die illa. Adiurauit aũt Saul pplm dicens. // Maledictus vir q comederit panẽ vsq̧ ad vesperũ: donec vlciscar d inimicis meis. (Infra eo.) Et nõ mãducauit vniuersus pplꝰ panẽ. Oisq̧ terre vulgus venit in saltuꝫ: in quo erat mel sup faciẽ agri. Ingressus est itaq̧ populus saltũ: ꝛ apparuit fluens mel: nullusq̧ applicuit manuꝫ ad os suũ. Timebat eniꝫ pplꝰ iuramentũ. Porro Jonathas nõ audierat: cũ adiuraret pr̃ eius populũ. Extẽditq̧ sũmitatẽ virge quã habebat in manu: ꝛ intinxit in fauuꝫ mellis. Et cõuertit manũ suã ad os suũ: ꝛ illuminati sunt oculi eius. Rñdensq̧ vnus de pplo ait. Iureiurãdo cõstrinxit pr̃ tu⁹ populũ dicens. // Maledictus vir q comederit panem hodie. (Sup̃ eo.) Defecerat aũt pplꝰ. Dixitq̧ Jonathas. Turbauit pr̃ me⁹ terrã. Vidistis ipsi q illuminati sũt oculi mei: eo ꝙ gustauerĩ paululum de melle isto: quanto magis si comedisset pplꝰ de preda inimicoꝝ suoꝝ quam reperit. Nõne maior plaga facta fuisset in philistijs. Percusserũt ergo in die illa philisteos a + machmis vsq̧ in haylon.

E (aĺs + machmas.)

Defatigatus est autẽ populus nimis: ꝛ versus ad predam tulit oues ꝛ boues ꝛ vitulos: ꝛ mactauerũt in terra. Comeditq̧ pplꝰ cũ sanguine. Nũciauerũt aũt Sauli dicẽtes: ꝙ pplꝰ peccasset dño: comedens cũ sanguine. Qui ait. Preuaricati estis. Voluite ad me iã nũc saxũ grãde. Et dixit Saul. Dispergamini in vulgus: ꝛ dicite eis: vt adducat ad me vnusq̧sq̧ bouẽ suũ ꝛ arietẽ: ꝛ occidite sup istud ꝛ + vescimini ꝛ non peccabitis dño comedẽtes cũ sanguie. (Aĺs + vescimini.) Adduxit itaq̧ ois pplꝰ vnusq̧sq̧ bouẽ in manu sua vsq̧ ad noctẽ: ꝛ occiderũt ibi. Edificauit aũt saul altare dño. Tũcq̧ + p̄mũ cepit edificare altare dño. (Aĺs sup. est + p̃mum.) Et dixit Saul. Irruamus sup philisteos nocte: ꝛ vastemus eos vsq̧ duꝫ illucescat mane: nec relinq̃mus ex eis virũ.

F

Dixitq̧ pplꝰ. Omne qd bonũ videt in oculis tuis: fac. Et ait sacerdos. Accedam⁹ huc ad deũ. Et cõsuluit Saul dñm dicẽs. Num + persequar philistym. Si trades eos in + manu israel? Et nõ rñdit ei in die illa. (p sequer aĺs + manus.) // Dixitq̧ saul. Applicate huc vniuersos angulos populi: ꝛ scitote ꝛ videte p quẽ acciderit hoc peccatũ hodie. // Viuit dominus saluator israel: q̃si p Jonathã filiũ meũ factũ est absq̧ retractione morietur. (iñ.a. 18.a // 22.q.2. §.h.) Ad qd nullus cõtradixit ei de oi pplo. Et ait ad vniuersũ israel. Separamini vos in partẽ vnã ꝛ ego cũ Jonatha filio meo ero in parte altera. Rñditq̧ populus israel ad Saul. Qd bonuꝫ videtur in oculis tuis: fac. Et dixit + ad dñm deum israel. (aĺs + saul) // Dñe deus israel da iudiciũ: qd est ꝙ nõ responderis seruo tuo hodie? Si in me aut in Jonatha filio meo est iniq̃tas hec da ostẽsionẽ. Aut si hec iniq̃tas ẽ in pplo tuo: da sanctitatẽ? (// 3.q.7. §.h. 26.q.2. §.2.) Et deprehẽsus est Jonathas ꝛ Saul: pplꝰ aũt exiuit. Et ait Saul. Mittite sortẽ int̃ me ꝛ int̃ Jonathã filiũ meũ ꝛ capt⁹ est ionathas. Dixitq̧ Saul ad ionathã. // Indica mihi qd feceris. Et idicauit ei ionathas: ꝛ ait. Gustãs gustaui i sũmitate virge q̃ erat i mãu mea paululũ mellis: ꝛ ecce ego morior. Et ait saul. Hec faciat mihi de⁹ ꝛ hec addat: qr morte morieris ionatha. // Dixitq̧ pplꝰ ad saul. Ergo ne ionathas

G (Jos.7.c) (infra.22.c.)

mozietur:quia fecit salutē hanc magnā in israel. hoc nephas est. Uiuit dñs:si ceciderit capillus de capite eius in terra:qz cum deo operatus est hodie. // Liberauit ergo populus ionathan vt nō moreret. Recessitqz saul:nec psecut⁹ est philistijs. Porro philisthym abierūt in loca sua. Et saul ꝯfirmato regno sup isrl pugnabat p circuitum aduersum omnes inimicos eius:ꝯ moab ⁊ filios amon ⁊ edom ⁊ reges soba ⁊ philisteos:⁊ quocūqz se verterat supabat. Cōgregatoqz exercitu pcussit amalech ⁊ eruit isrl de manu vastatoꝝ eius. Fuerūt autē filij saul:ionatas ⁊ iesui ⁊ melchisua:⁊ nomina duaꝝ filiaꝝ eius:nomen pmogenite ✝ merob:⁊ nomē minoris michol:⁊ nomē vxoris saul achinoe:filia achimaas. Et nomē pncipis militie ei⁹ abner:fili⁹ ner:patruelis saul. // Porro cis fuit pr saul: ⁊ ner pater abner fili⁹ abiel. Erat aūt bellū potens aduersū philisteos oibus diebus saul. Nā quemcunqz viderat saul virum fortem ⁊ aptum ad prelium:sociabat eum sibi.

¶ Ca. xv. ¶ De precepto dato sauli:vt deleret amalech de transgressione eius:qz pepercit agag regi:de commendatione obedientie:de expulsione saulis de regno: samuel luget saul. Cap. xv.

Et dixit samuel ad saul. Me misit dominus vt vngerem te in regem super populum eius israel. Nunc ergo audi vocem domini. hec dicit dominus exercituum. Recensui quecunqz fecit amalech israeli: // quomodo restitit ei in via:cum ascenderet de egypto. Nunc ergo vade:⁊ pcute amalech ⁊ demolire vniuersa eius. Non parcas ei:⁊ non concupiscas ex reb⁹ ipsius aliquid:sed interfice a viro vsqz ad mulierem:⁊ paruulum atqz lactentē bouem ⁊ ouem camelum ⁊ asinum. Precepit itaqz saul populo:⁊ recensuit eos quasi agnos ducenta milia peditum:⁊ decem milia viroꝝ iuda. Cūqz venisset saul vsqz ad ciuitatē amalech:tetendit insidias in torrēte. Dixitqz saul cyneo. Abite:recedite atqz discedite ab amalech ne forte inuoluam te cū eo. Tu enim fecisti misericordiam cū omnibus filijs israel:cū ascenderēt de egypto. Et recessit cyneus de medio amalech. // Percussitqz saul amalech ab euila donec ✝ venit ✝ asur:q̄ est e regiōe egypti. Et apprehendit agag regē amalech viuum. Omne autem vulgus interfecit in ore gladij. Et pepercit Saul ⁊ pplis agag:⁊ optimis gregibus ouium ⁊ armentoꝝ:vestibus ⁊ arietib⁹:⁊ vniuersis que pulcra erant:nec voluerunt disperdere ea. Quicqd ergo vile fuit ⁊ reprobū:hoc demoliti sunt. Factum est aūt verbum domini ad Samuel dicens. // Penitet me q̄ constituerim Saul regem:quia dereliqt me ⁊ verba mea ope non impleuit. Contristatusqz est Samuel:⁊ clamauit ad dñm tota nocte. Cūqz d̄ nocte surrexisset samuel: vt iret ad Saul mane nūciatū est samueli:eo q̄ venisset Saul in carmelū: // ⁊ erexisset sibi fornicem triūphalē:⁊ reuersus trāsisset descēdissetqz in galgala. Uenit ergo Samuel ad Saul:⁊ Saul offerebat holocaustū dño de initijs pdaꝝ q̄ attulerat ex amalech. Et cū venisset samuel ad saul: dixit ei Saul. Bñdictus tu dño. Impleui verbū dñi. Dixitqz Samuel. Et q̄ est hec vox gregū q̄ resonat in aurib⁹ meis ⁊ armentoꝝ quā ego audio: Et ait Saul. De amalech adduxerunt ea. Pepercit enī populus melioribus ouibus ⁊ armētis:vt immolarētur dño deo tuo:reliq̄ do occidimus. Ait aūt samuel ad saul. Sine me: ⁊ indicabo tibi que locut⁹ sit dñs ad me nocte. Dixitqz ei. Loquere. Et ait samuel. Nōne cū paruulus esses in oculis tuis: caput in tribub⁹ isrl factus es: Unxitqz te dñs in regē sup israel:⁊ misit te dñs in ✝ viā:⁊ ait. Uade ⁊ interfice peccatores amalech:⁊ pugnabis ꝯ eos vsqz ad internitionē eoꝝ. Quare ergo nō audisti vocē dñi: sed versus ad predā es:⁊ fecisti malum in oculis dñi: Et ait Saul ad Samuelē. Immo audiui vocē dñi:⁊ ambulaui in via per quā misit me dñs:⁊ adduxi agag regē amalech:⁊ amalech interfeci. Tulit autem de pda pplis oues ⁊ boues primitias eaꝝ que cesa sunt: vt immolet dño deo suo in galgalis. Et ait Samuel. Nunquid vult dñs holocausta ⁊ victimas:⁊ non potius vt obediat voci dñi: // Melior est enī obediētia qz victime:⁊ auscultare magis q̄ offerre adipem arietū: qm̄ quasi petm̄ ariolandi est repugnare:⁊ q̄si scelus idolatrie nolle acquiescere // Pro eo ergo q̄ abiecisti sermonem dñi:abiecit te dñs ne sis rex. Dixitqz Saul ad samuelē. Peccaui:qz puaricatus sum sermonē dñi ⁊ verba tua:

Marginalia (left): 22. q. 2. §. si. q. i. Summa de iureiu. c. ⁊ ñ chris. 26. q. 2. §. Saul qz. de maio. ⁊ obe. c. 2. — als ✝ merab — Sup. 9. a. 2. pal. 8. c. — A — ij. q. i. ca. dominus. 8. q. i. c. audacter. ij. eo. 10. Exo. 17. d. j. q. 4. §. itē pctō ci uiu. ⁊. itē pctō amalechitarum. 2. q. 7. §. itē cū ba lai in fi. 24. q. 3. §. j. in pu. — B — 23. q. 4. c. ē iniusta ibi. saul ⁊rit. — als ✝ de mau — als ✝ ad asur

Marginalia (right): C — Gen. 6. infra — pu. 30 — D — als ✝ — E — Ecci. 4. S. q. scēdi 32. — verum 8. — pbri. 1. q. 4. itē pctō amalechitarum 17. q. 7. si qs — incepe mane rate ea illud. de sepul. c. i. — 3. q. 7. § saul esset. — sup. c.

ba tua: timēs p̄p̄lm ⁊ obediēs voci eoꝝ. Sȝ nūc porta queso pctm̄ meū: ⁊ reuertere me cū vt adorē dn̄m. Et ait samuel ad saul. Nō reuertar tecū: q2 piecisti sermonē dn̄i: ⁊ piecit te dn̄s ne sis rex sup isrl'. Et ꝯuersus est samuel vt abiret. Ille aūt apphēdit sūmitatē pallij ei⁹ q̄ ⁊ scissa est. Et ait ad eū samuel: Scidit dn̄s regnum israel a te hodie: ⁊ tradidit illud proximo tuo meliori te. Porro triūphator in isrl' nō parcet: ⁊ penitudine nō flectet. Neq3 eniȝ hō est vt agat pniam. At ille ait. Peccaui. Sȝ nūc honora me corā senioribꝰ populi mei: ⁊ corā israel: ⁊ reuertere mecuȝ vt adorē dn̄m deū tuū. Reuersus ergo samuel secut⁹ est saulē. Et adorauit saul dn̄m. Dixitq3 samuel. Adducite ad me agag regē amalech. Et oblatus est ei agag pinguissim⁹ tremēs. Et dixit agag. Sicci ne separat amara mors. Et ait samuel. Sicut fecit absq3 liberis mulieres gladi⁹ tuus: sic absq3 liberis erit int' mulieres mr̄ tua. // Et in frusta ꝯcidit eū samuel coraȝ dn̄o in galgalis. Abijt aūt samuel in ramatha: saul vo ascēdit in domū suā in gabaa. Et nō vidit samuel vltra saul vsq3 in diē mortis sue. Uerūtamē lugebat samuel saul: qm̄ dn̄m penitebat q ꝯstituisset regem saul super israel.

¶ Ca. Sū. ¶ De vnctione dauid in regē in domo pr̄is sui: ⁊ spū neq̄ q vexabat saul: ⁊ dauid q pcutiebat citharā. Ca. xvi.

Dixitq3 dn̄s ad samuelem Usq3quo tu luges saul: cū ego piecerim euȝ ne regnet sup israel. Imple cornu tuum oleo: ⁊ veni vt mittā te ad isai bethleemitē. Prouidi .n. in filijs ei⁹ mihi regē. Et ait samuel. Quo vadā: Audiet .n. saul: ⁊ interficiet me. Et ait dn̄s. Uitulū de armēto tolles in manu tua: ⁊ dices. Ad immolādū dn̄o veni. Et vocabis isai ad victimā: ⁊ ego ostēdā tibi qd facias: ⁊ vnges quēcū q3 mōstrauero tibi. Fecit ergo samuel sicut locut⁹ est ei dn̄s. Uenitq3 in bethleem. Et ammirati sunt seniores ciuitatis occurrētes ei. Dixerūtq3. // Pacificus ne est ingressus tuus? Et ait. Pacificus. Ad immolādū dn̄o veni. // Sactificamini ⁊ venite mecū: vt imoleȝ. Sctificauit ergo isai ⁊ filios ei⁹: ⁊ vocauit eos ad sacrificiū. Cū q3 ingressi eēnt: vidit heliab ⁊ ait. Num corā dn̄o est xp̄s ei⁹. Dixit dn̄s ad samuelem. Ne respiciās vultū ei⁹ neq3 altitudinē stature ei⁹: qm̄ abieci eū: nec iuxta intuitū hoīs ego iudico. hō .n. videt ea que parent: dn̄s aūt intuet' cor. Et vocauit isai aminadab ⁊ adduxit eum corāȝ samuel. Qui dixit. Nec hunc elegit dn̄s. Adduxit aūt isai samma de quo ait. Etiā hūc non elegit dn̄s. Adduxit itaq3 isai septē filios suos corā samuel. Et ait samuel ad isai. Nō elegit dn̄s ex istis. Dixitq3 samuel ad isai. Nūqd iā cōpleti sūt filij? Qui rn̄dit. Adhuc reliqu⁹ est paruulus: ⁊ pascit oues. Et ait samuel ad isai. Mitte ⁊ adduc euȝ. Nec .n. discūbem⁹ priusq3 huc ille veniat. Misit ergo ⁊ adduxit euȝ. // Erat aūt rufus ⁊ pulcher aspectu decoraq3 facie: ⁊ ait dn̄s. Surge ⁊ vnge eū: ipse est .n. Tulit ergo samuel cornu olei: ⁊ vnxit eū in medio fratrū ei⁹. // Et direct⁹ est spūs dn̄i a die illa in dauid ⁊ deinceps. Surgēsq3 samuel abijt in ramatha. Spūs aūt dn̄i recessit a saul: ⁊ exagitabat euȝ spūs neq3 a dn̄o. Dixerūtq3 serui saul ad eū. Ecce spūs dn̄i malus exagitat te. Iubeat dn̄s nr̄ rex ⁊ serui tui q corā te sunt querēt hoīnē scietem psallere cithara: vt qn̄ arripuerit te spūs dn̄i malus psallat manu sua ⁊ leui⁹ feras. Et ait saul ad suos suos. Prouidete ergo mihi aliquē bn̄ psallētē ⁊ adducite eū ad me. Et rn̄dēs vn⁹ de pueris ait. Ecce vidi filiū isai bethleemitē scientē psallere ⁊ fortissimū robore: ⁊ viruȝ bellicosuȝ ⁊ prudētē in verbis: ⁊ virū pulchrū: ⁊ dn̄s est cū eo. Misit ergo saul nūcios ad isai: dicēs. Mitte ad me dauid filiuȝ tuū q est in pascuis. Tulit itaq3 isai asinū plenū panib⁹ ⁊ lagenā vini: ⁊ hedū de capris vnū: ⁊ misit p manū dauid filij sui sauli. Et venit dauid ad saul: ⁊ stetit corā eo. At ille dilexit eū nimis: ⁊ factus est ei⁹ armiger. Misitq3 saul ad isai dicens. Stet dauid in ꝯspectu meo. Inuenit enī grāȝ in oculis meis. Igit' quandocūq3 spūs dn̄i malus arripiebat saul: dauid tollebat citharā ⁊ pcutiebat manu sua: ⁊ refocillabat' saul ⁊ leuius hēbat. Recedebat .n. ab eo spūs malus.

¶ Ca. Sū. ¶ De bello philistijm ꝯ israel: ⁊ victoria dauid ꝯ goliam. Ca. xvij.

Congregātes aūt philistij agmina sua in pliū ꝯuenerūt in sochot iude ⁊ castrametati sunt inter sochot ⁊ azeca.

Marginalia (left): 1.re.28.c. — 16.q.5.c. nec mirū bi pdica uerat. — B — 23.q.5. Josi.c.re 23.q.7. §.itē cū malaā an 1.j.q.4. §.item eccato. Ms ꝯ ga math Sup' eo. — D — De pe. di.i.c. p. iserat. — 3.reg.2.c. Leui.20.b Jos.3.b — B

Marginalia (right): gen.36.a 2.reg.5.b — C — 75.di.c. j.i.d.exēplo. 78.di.§. hoc regulariter. de pr.di.2 .§. oppo nit.2.q.7 .§.itē dauid. Als sup. est ꝯ rex sup. 10. b Pō.77. Ac.13.b — D — Als accipiebat // De pe. di.j.§.d niq3 ibi saul vexatus est. Als sup. est ꝯ saul — A — Als soccho.

cha in finibus domim. Porro saul et filii israel congregati venerunt in valle terebinthi et direxerunt aciem ad pugnandum contra philistijm. Et philistijm stabant super montem ex parte hac: et israel stabat supra montem ex altera parte: vallisque erat inter eos. Et egressus est vir spurius de castris philistinorum nomine goliath de geth altitudinis sex cubitorum et palmo et cassis erea super caput eius: et lorica hamata induebatur. Porro pondus lorice eius quinque milia siclorum eris erat: et ocreas ereas habebat in cruribus: et clypeus ereus tegebat humeros eius. Hastile autem haste eius erat quasi liciatorium texentium. Ipsum autem ferrum haste eius sexcentos siclos habebat ferri. Et armiger eius antecedebat eum. Stansque clamabat adversum phalangas israel: et dicebat eis. Quare venistis parati ad prelium? Numquid ego non sum philisteus: et vos servi saul? Eligite ex vobis virum: et descendat ad singulare certamen. Si quiverit pugnare mecum et percusserit me: erimus vobis servi. Si autem ego prevaluero et percussero eum: vos servi eritis et servietis nobis. Et aiebat philisteus. Ego exprobravi agminibus israel hodie. Date mihi virum et ineat mecum singulare certamen. Audiens autem saul: et omnes israelite sermones philistei huiuscemodi: stupebant et metuebant nimis. David autem erat filius viri effratei de quo supra dictum est: de bethleem iuda: cui nomen erat isai: qui habebat octo filios: et erat vir in diebus saul senex et grandevus inter viros. Abierunt autem tres filii eius maiores post saul in prelium. Et nomina trium filiorum eius qui perrexerunt ad bellum: heliab primogenitus: et secundus aminadab: tertius quoque samma. David autem erat minimus. Tribus ergo maioribus secutis saulem abiit david et reversus est a saul ut pasceret gregem patris sui in bethleem. Procedebat vero philisteus mane et vespere: et stabat quadraginta diebus. Dixit autem isai ad david filium suum. Accipe fratribus tuis ephi polente et decem panes istos: et curre in castra ad fratres tuos: et decem formellas casei has deferes ad tribunum. Et fratres tuos visitabis si recte agant: et cum quibus ordinati sunt disce. Saul autem et illi + et omnes filii israel in valle terebinthi pugnabant adversum philistijm. Surrexit itaque david mane et commendavit gregem custodi: et onustus abiit sicut preceperat ei isai. Et venit ad locum magala et ad exercitum qui egressus ad pugnam vociferatus erat in certamine. Direxerat enim aciem israel: sed et philistijm ex adverso fuerant preparati. Derelinquens ergo david vasa que attulerat sub manu custodis ad sarcinas: cucurrit ad locum certaminis: et interrogabat si omnia recte agerentur erga fratres suos. Cumque adhuc ille loqueretur eis: apparuit vir ille spurius ascendens goliath nomine philisteus de geth de castris philistinorum. Et loquente eo hec eadem verba audivit david. Omnes autem israelite cum vidissent virum: fugerunt a facie eius timentes eum valde. Et dixit unusquisque de israel. Num vidisti virum hunc qui ascendit? Ad exprobrandum enim israel ascendit. Virum ergo qui percusserit eum ditabit rex divitiis magnis: et filiam suam dabit ei: et domum patris eius faciet absque tributo in israel. Et ait david ad viros qui stabant secum dicens. Quid dabitur viro qui percusserit philisteum hunc: et tulerit opprobrium de israel? Quis enim est hic philisteus incircumcisus: qui exprobravit aciem dei viventis? Referebat autem ei populus eundem sermonem dicens. Hec dabuntur viro qui percusserit eum. Quod cum audisset heliab frater eius maior loquente eo cum aliis iratus est contra david et ait. Quare venisti: et quare dereliquisti pauculas oves illas in deserto? Ego novi superbiam tuam et nequitiam cordis tui: quia ut videres prelium descendisti. Et dixit david. Quid feci? Numquid non verbum est? Et declinavit paululum ab eo ad alium. Dixitque eundem sermonem. Et respondit ei populus verbum sicut prius. Audita sunt autem verba que locutus est david: et annunciata in conspectu saul. Ad quem cum fuisset adductus: locutus est ei. Non concidat cor cuiusquam in eo. Ego servus tuus vadam et pugnabo adversus philisteum. Et ait saul ad david. Non vales resistere philisteo isti: nec pugnare adversus eum: quia puer es. Hic autem vir bellator est ab adolescentia sua. Dixitque david ad saul. Pascebat servus tuus patris sui gregem: et veniebat leo vel ursus et tollebat arietem de medio gregis: et persequebar eos et percutiebam: eruebamque de ore eorum. Et illi consurgebant adversum me: et apprehendebam mentum eorum: et suffocabam interficiebamque eos. Nam et leonem et ursum interfeci ego servus tuus. Erit igitur et philisteus hic incircumcisus quasi unus ex eis. Nunc vadam et auferam opprobrium populi. Quoniam quis est iste philisteus incircumcisus: qui ausus est maledicere exercitui dei viventis? Et ait david. Dominus

Margin notes: 2.re.21.c. — B — Alias super + et — C — D — Infra.20.d et 26.c. — E — Alias + et venit.

qui eripuit me de manu leonis et de manu ursi: ipse me liberabit de manu philistei huius. Dixit autem Saul ad david. Vade: et dominus tecum sit. Et induit saul David vestimentis suis: et imposuit galeam eream super caput eius: et vestivit eum lorica. Accinctus ergo david gladio eius super vestem suam cepit tentare si armatus posset incedere. Non enim habebat consuetudinem. Dixitque david ad Saul. Non possum sic incedere: quia non usum habeo. Et deposuit eam. Et tulit baculum suum quem semper habebat in manibus: et elegit sibi quinque limpidissimos lapides de torrente et misit eos in peram pastoralem quam habebat secum: et fundam manu tulit: et processit adversum philisteum.

F

Ibat autem philisteus incedens et appropinquans adversum david: et armiger eius ante eum. Cumque inspexisset eum philisteus et vidisset david: despexit eum. Erat autem adolescens rufus: et pulcher aspectu. Et dixit philisteus ad david. Nunquid ego canis sum quod tu venis ad me cum baculo? Et maledixit philisteus david in diis suis. Dixitque ad david. Veni ad me: et dabo carnes tuas volatilibus celi et bestiis terre. Dixit autem david ad philisteum. Tu venis ad me cum gladio et hasta et clypeo: ego autem venio ad te in nomine domini exercituum dei agminum israel: quibus exprobrasti hodie. Et dabit te dominus in manu mea: et percutiam te et auferam caput tuum a te. Et dabo cadavera castrorum philistijm hodie volatilibus celi et bestiis terre: ut sciat omnis terra quia est dominus deus in israel: et noverit universa ecclesia hec: quia non in gladio nec in hasta salvat dominus. Ipsius enim est bellum: et tradet vos in manus nostras. Cum ergo surrexisset philisteus et veniret et appropinquaret contra david: festinavit david et occurrit ad pugnam ex adverso philistei. Et misit manum suam in peram: tulitque unum lapidem et funda iecit: et circumducens percussit eum in fronte. Et infixus est lapis in fronte eius: et cecidit in faciem suam super terram. Prevaluitque david adversum philisteum in funda et lapide: percussumque philisteum interfecit. Cumque gladium non haberet in manu david: cucurrit et stetit super philisteum et tulit gladium eius: et eduxit eum de vagina sua: et interfecit eum: precriditque caput eius. Videntes autem philistijm quod mortuus esset fortissimus eorum: fugerunt. Et consurgentes viri israel et iuda vociferati sunt: et persecuti sunt philisteos usque dum venirent in valles et usque ad portas accharon. Cecideruntque vulnerati de philistijm in via sarim et usque ad geth: et usque ad accharon. Et revertentes filij israel postquam persecuti sunt philisteos invaserunt castra eorum. Assumens autem david caput philistei: attulit illud in hierusalem: arma vero eius posuit in tabernaculo suo. Eo autem tempore quo viderat saul david egredientem contra philisteum ait ad abner principem militie sue. De qua stirpe descendit hic adolescens. Dixitque abner. Vivit anima tua rex si novi. Et ait rex. Interroga tu cuius filius sit iste puer. Cumque regressus esset david percusso philisteo: tulit eum abner et introduxit coram saule caput philistei habentem in manu sua. Et ait ad eum saul: De qua progenie es o adolescens. Dixitque david. Filius servi tui isai bethleemite ego sum.

1. Mac. 4.b.

Eccl. 47.a 1. Mac. 4.b. 2.q.5.ca. Mouebit

24. q.i.c. Nolli. De pur. vul. ca.j. in glo.

G

al's + domini

¶ La. Su. ¶ De amicitie confederatione david et ionathe filij regis saul: de cantu mulierum: percussit saul mille et David decem milia: de ira saulis pro hoc cantu: de ipso prophetante in domo sua et volente configere david lancea cum pariete. Saul autem amovet david et promittit ei filiam suam maiorem merob que alteri datur: postea saul promittit ei michol filiam in uxorem: sponsalia petit centum preputia: david persolvit et fit gener regis. Cap. xviij.

ET factum est cum complesset loqui ad saulem: anima + ionathe conglutinata est anime david et dilexit eum + ionathas quasi ani-

H

Al's + Jonathan.

Al's + Jonathan.

iam suā. Tulit eū saul in die illa: et non ↄcessit ei. vt reuerteret̄ in domū p̄ris sui. //Inierunt aūt dauid et ionathas fedus. Diligebat .n. eū q̄si aiā3 suā. Na expoliauit se ✝ ionathas tunicaq̄ erat indut⁹: et dedit eā dauid et reliq̄ vestimēta sua vsq3 ad gladiū et arcū suū et vsq3 ad balteū. Egrediebat̄ quoq3 dauid ad oīa q̄cūq3 misisset eū saul: et prudēter se agebat. Posuitq3 eū saul sup viros belli: et accept⁹ erat in oculis vniuersi p̄pli: maxieq3 in ↄspectu famulo2 saul. Porro cū reuerteret̄ pcussophilisteo dauid: et ferret caput eius in hierlm: egresse sunt mulieres de vniuersis vrbib⁹ israel cātātes chorosq3 ducētes in occursū saul regis: in tympanis leticie et in sistris et p̄cinebāt mulieres ludētes atq3 dicētes. //Percussit saul mille: et dauid decē milia. Irat⁹ ē aūt saul nimis et displicuit in oculis ei⁹ iste smo. Dixitq3. Dederunt dauid decem milia: et mihi mille dederūt. Quid ei supest nisi solū regnū? Nō rectis ergo oculis saul aspiciebat dauid a die illa et deinceps. Post diem aūt alterā inuasit sp̄us dei malus saul: et p̄phetabat in medio dom⁹ sue. Dauid autem psallebat manu sua: sicut p singulos dies. Tenebatq3 saul lāceā et misit eā: putans q ↄfigere posset dauid cū pariete. Et declinauit dauid a facie ei⁹ scd̄o. Et timuit saul dauid eo q dn̄s eēt cū eo et a se recessisset. Amouit ergo eu3 saul a se: et fecit eū tribunū sup mille viros. Et egrediebatur et intrabat in cospectu p̄pli. In oībus quoq3 vijs suis dauid prudēter agebat: et dn̄s erat cū eo. Uidit itaq3 saul q prudēs eēt nimis et cepit cauere eū. Oīs aūt israel et iuda diligebat dauid. Ipse aūt ingrediebat̄ et egrediebat̄ ante eos. Dixitq3 saul ad dauid. Ecce filia mea maior merob: ipsam dabo tibi vxorē: tātūmō esto vir fortis et p̄liare bella dn̄i. Saul aūt reputabat dicēs. Nō sit man⁹ mea in eo: s3 sit sup eū man⁹ philistino2. //Ait aūt dauid ad saul. Quis ego su3 aut que est vita mea aut cognatio p̄ris mei in israel vt fiam gener regis? Factū est aūt tp̄s cum deberet darī merob filia saul dauid: data est hadrieli molathite vxor. Dilexit aūt dauid michol filiā saul alterā. Et nūciatū est saul et placuit ei. Dixitq3 saul. Dabo eā illi vt fiat ei in scandalū: et sit sup eū man⁹ philistinorū. Dixitq3 saul ad dauid. In duab⁹ reb⁹ gener me⁹ eris hodie. Et mādauit saul seruis suis. Loqmini ad dauid clam me dicentes. Ecce places regi: et oēs serui ei⁹ diligūt te. Nūc ergo esto gener regis. Et locuti sūt serui saul in aurib⁹ dauid oīa vba hec. Et ait dauid. Num paru3 videt̄ vobis generū esse regis? Ego aūt su3 vir pauper et tenuis. Et renūciauerūt serui saul dicētes. Huiuscemodi vba locutus est dauid. Dixit aūt saul. Sic loqmini ad dauid. Nō h3 rex sp̄onsalia necesse: nisi tm̄centū p̄puciaphilistino2: vt fiat vltio de inimicis regis. Porro saul cogitabat dauid tradere in ✝ man⁹ philistino2. Cūq3 renunciassent serui ei⁹ dauid vba q̄ dixerat saul placuit smo in oculis dauid vt fieret gener regis. Et post paucos dies surgens dauid abijt in accharon cū viris q ✝ sub eo erāt: et pcussit ex philistijm ducētos viros //et attulit eo2ū p̄putia et ānumerauit ea regi: vt eēt gener ei⁹. //Dedit itaq3 saul ei michol filiā suā vxorē. Et vidit saul et intellexit q dn̄s eēt cū dauid. Michol autē filia saul diligebat eū: et saul magis cepit timere dauid. Factusq3 est saul inimic⁹ dauid cūctis dieb⁹. Et egressi sunt p̄ncipes philistino2. A p̄ncipio aūt egressiōis eo2: prudēti⁹ se gerebat dauid q̄3 oēs viri saul: et celebre factū est nomē ei⁹ nimis.

¶ Ca. Sū. ¶ De saule q p̄cepit occidi dauid. Indicat hoc ei ionathas: saul iterū inuadit a sp̄u malo et vult lācea ↄfigere dauid: michol eu3 saluat: fugit dauid ad samuelē: saul mittit nuncios vt rapiāt dauid: trib⁹ vicibus mittunt̄ nuncij et oēs cū samuele p̄phetante de saule p̄phetante cū p̄phetantibus. Cap. xix.

Locut⁹ est aūt saul ad ionathā filiū3 suū et ad oēs suos suos: vt occideret dauid. //Porro ✝ ionathas fili⁹ saul diligebat dauid valde. Et idicauit ✝ ionathas dauid dicēs. Querit saul p̄r me⁹ occidere te. Quapp obsua te queso mane: et manebis clam et absc̄oderis. Ego aūt ✝ egrediēs stabo iuxta patrē meum in agro vbicūq3 fuerit: et ego loquor de te ad p̄rem meū: et q̄cūq3 videro nūciabo tibi. Locut⁹ est ergo ionathas de dauid bona ad saul p̄rem suū: dixitq3 ad eū. Ne pecces rex in seruū tuū dauid: q2 nō peccauit tibi: et opa eius bona sunt tibi v. ides et posuit aiam suā in

Marginalia (left): Infra.19.a. — Als ✝ Jonathā. — B — De ↄse. di. j. c. j. i. ii. glo. — Infra.21.b. — et.j. 29.b. — Ecc.47.a — C — D — 2.reg.9.a — E

Marginalia (right): F — als ✝ manibus. — Als ✝ d — G — 2.reg.3. — //32.q.1. — qd̄ aut — H — Sup. 18.a — Als ✝ Jonathan — 2 pte.1. — et.15.c. — Als ✝ ingrediēs

manu tua:⁊ percussit philisteū:⁊ fecit dn̄s salutē magnā vniuerso israeli. Uidisti ⁊

B letat⁹ es. Quare ergo peccas in sanguine innoxio interficiēs dauid q ē absq culpa? Quod cū audisset saul:placat⁹ voce ionathe iurauit. Uiuit dn̄s:q2 nō occidet. Uocauit itaq ✝ ionathas dauid:⁊ idicauit ei oia vba hec. Et introduxit ionathas dauid ad saul ⁊ fuit añ eū sicut erat heri ⁊ nudiustertius. Motū est aūt rursū bellū:⁊ egressus dauid pugnauit aduersus philisteos: percussitq eos plaga magna:⁊ fugerūt a facie ei⁹. Et fact⁹ ē spūs dn̄i malus in saul. Sedebat aūt in domo sua:⁊ tenebat lāceā. Porro dauid psallebat in manu sua. Nisusq est saul cōfigere dauid lācea in pariete. Et declinauit dauid a facie saul. Lancea aūt casso vulnere plata est in pariete:⁊ dauid fugit ⁊ saluat⁹ est nocte illa. Misit ergo saul satellites suos nocte in domū dauid vt custodirēt eū:⁊ interficeret mane. Quod cū annūciasset dauid michol vxor sua

Ale ✝ Jonathan

C dicens. Nisi saluaueris te nocte hac cras morieris: deposuit eū p fenestram. Porro ille abijt ⁊ aufugit:atq saluat⁹ est. Tulit aūt michol statuā:⁊ posuit eā sup lectū:⁊ pellē pilosam caprarū posuit ad caput ei⁹:⁊ operuit eā vestimētis. Misit aūt saul apparitores q raperēt dauid. Et rñsum est q egrotaret. Rursumq misit saul nūcios: vt viderēt dauid dicēs. Afferte eū ad me in lecto: vt occidat. Cūq venissent nūcij inuētū est simulacrū sup lectū ⁊ pellis caprarū ad caput ei⁹. Dixitq saul ad michol Quare sic illusisti mihi:⁊ dimisisti inimicū meū vt fugeret? Et rñdit michol ad saul. Quia ✝ ipse locut⁹ est mihi dicēs. Dimitte me:alioqn interficiā te. Dauid aūt fugiēs saluat⁹ est. Et venit ad samuel in ramatha:⁊ nūciauit ei oia q fecerat sibi saul. Et abierūt ipse ⁊ samuel:⁊ morati sūt in naioth. Nūciatū est aūt sauli a dicētibus. Ecce dauid in naioth in ramatha.

Ale ✝ iste

D Misit ergo saul lictores vt raperēt dauid Qui cū vidissent cuneū pphetarū vaticinātiū:⁊ samuelē stātē sup eos:fact⁹ ē et spūs dn̄i in illis:⁊ pphetare ceperūt et ipsi. Quod cū nūciatū eet sauli:misit ✝ ⁊ alios nūcios Prophetauerūt aūt ⁊ illi. Et rursū misit saul tertios nūcios:q ⁊ ipi pphetauerūt. Et irat⁹ iracūdia saul:abijt et ipse in ramatha:⁊ venit vsq ad cisternā magnā q est in ✝ soccoth:⁊ sciscitatus est ⁊ dixit. In quo loco sūt samuel ⁊ dauid? Dictūq est ei. Ecce in naioth sūt in ramatha. Et abijt in naioth in ramatha. Et fact⁹ ē et sup eū spūs dn̄i:⁊ ābulabat ingrediēs ⁊ pphetabat vsq dū veniret i naioth in ramatha. Et expoliauit et ipse se vestimētis suis:⁊ pphetauit cū ceteris corā samuel ⁊ cecinit nudus tota die illa ⁊ nocte. Unde ⁊ exiuit puerbiū. Num ⁊ saul inter pphetas?

Ale sup: est ✝ ⁊

Ale ✝ socceth.

sup. 10. c. 81. q. i. ca. mise. ⁊ c. pphauit

¶ Ca. xx. ¶ De renouatiōe ⁊ cōfirmatiōe federis dauid ⁊ ionathe:⁊ qualiter ionathas apud saul excusat dauid absentē:⁊ ille cōfundit eū opprobrijs: de signo triū sagittarū īter ionathā ⁊ dauid. Saul arripit lāceā vt pcutiat ionathā excusantē dauid: de fletu ionathe ⁊ dauid ⁊ osculo. Ca. xx.

A Fugit aūt dauid de naioth q est in ramatha:veniēsq locut⁹ ē corā ionatha. Quid feci? Que est iniqtas mea:⁊ qd peccatū meū in prēm tuū:q2 qrit aiam meā. Qui dixit ei. Absit a te:nō morieris. Neq.n.faciet pr̄ me⁹ qcq grāde vl puū: nisi pri⁹ idicauerit mihi. Hunc ergo celauit a me pr̄ me⁹ sermonē tm̄mō? Neqq.n.erit istud. Et iurauit rursū dauid. Et ille ait. Scit pfecto pr̄ tu⁹ q inueni grām in oculis tuis:⁊ dicet. Nesciat hoc ionathas: ne forte tristet. Quinimo viuit dn̄s ⁊ viuit aia tua:q2 vno tm̄ (vt ita dicā) gradu ego morsq diuidimur. Et ait ionathas ad dauid. Qdcūq dixerit mihi aia tua:faciā tibi. Dixit aūt dauid ad ionathā. Ecce calende sunt crastino:⁊ ego ex more sedere soleo iuxta regē ad vescēdū. Dimitte ergo me vt abscōdar in agro vsq ad vesperā diei tertie. Si respiciēs requisierit me pr̄ tuus:rñdebis ei. Rogauit me dauid vt iret celeriter in bethleē ciuitatē suā:q2 victime solēnes ibi sunt vniuersis cōtribulib⁹ ✝ suis. Si dixerit bn̄: pax erit seruo tuo. Si aūt fuerit irat⁹:scito q2 cōpleta est malitia ei⁹. Fac ergo mīam in seruū tuū:q2 fedus dn̄i me famulū tuū tecū inire fecisti. Si aūt ē iniqtas aliq in me: tu me interfice:⁊ ad prēm tuū ne introducas me. Et ait ionathas. Absit hoc ✝ a me. Neq.n.fieri pōt vt si certe cognouero cōpletā ee prīs mei malitiā cōtra te nō annunciem tibi. Respōditq dauid ad ionathā. Quis renunciabit mihi:si qd forte rñderit tibi pr̄ tu⁹ dure de me. Et ait ionathas.

11. q. i. c. sciscitaris.

De pe. di. 2. ca. fugerat. ⁊ c. si enim.

infra. c. sequente.

sup. 17. d. ⁊. j. 26. c.

B

Ale sup. est ✝ suis

Ale ✝ a te

C

Ms + Jonathan. ad dauid. Ueni et egrediamur foras i agr͂. Cūqz exiissēt ābo i agruz: ait ionathas ad dauid. Dn̄e de⁹ isrl̄ si iuestigauero sniaz patris mei crastino vel perēdie et aliqd boni fuerit sup dd̄ et nō statī zmiso ad te et notū

Ms + Jonathan. tibi fecero: hec faciat de⁹ + ionathe et hec augeat. Si āt pseuerauerit pr̄is mei malitia aduersū te: reuelabo aurē tuā: et dimittā te vt vadas i pace: et sit dn̄s tecū sicꝫ fuit cum

Ms + facies. pr̄e meo. Et si vixero + facias mihi mīam dn̄i: si vō mortu⁹ fuero: nō auferes mīaz a domo mea vsqz in sempiternuz. Aut si nō fecero qn̄ eradicauerit dn̄s inimicos dauid vnūquēqz de t̄ra: auferat ionathas de domo sua: et reqrat dn̄s d̄ manu inimi

Ms + Jonathan. coꝝ dauid. Pepigit ergo + ionathas fedus cū domo dauid. Et reqsiuit dn̄s d̄ manu inimicoꝝ dauid. Et addidit ionathas deierare dauid eo ꝙ diligeret illū. Sicꝫ n. aīaz suā: ita diligebat eū. Dixitqz ad eū ionathas.

D Cras calēde sūt: et reqreris. Reqret eni sessio tua vsqz perēdie. Descēdes ergo festin⁹ et venies i locū vbi celādus es i die qn̄ opari lz: et sedebis iuxta lapidē cui nomē ē ezel. Et ego tres sagittas mittā iuxta eū et iaciā qsi exercēs me ad signū. Mittā qꝫ et pueꝝ dicens ei. Uade et affer mihi sagittas. Si dixero puero. Ecce sagitte intra te sūt: tolle eas: tu veni ad me: qꝛ pax est et nihil ē mali. Uiuit dn̄s. Si aūt sic locut⁹ fuero puero: ecce sagitte vltra te sūt: vade i pace: qꝛ dimisit te dn̄s. De v̄bo aūt qd̄ locuti fuim⁹ ego et tu sit dn̄s int̄ me et te vsqz i sempiternū. Abscōditus ē ergo dauid in agro: et venerūt calēde: et sedit rex ad comedēdū panē. Cūqz sedisset rex sup cathedrā suā sꝫ ꝯsuetudinē q erat iuxta parietē surrexit ionathas et sedit abner ex latere saul:

E vacuusqz apparuit loc⁹ dauid. Et nō est locut⁹ saul qcq̄ i die illa. Cogitabat enim ꝙ forte euenisset ei vt nō eēt mūdus nec purificat⁹. Cūqz illuxisset dies scd̄a post calēdas: rursus apparuit vacu⁹ loc⁹ dauid. Dixitqz saul ad ionathā filiū suū. Cur nō venit fili⁹ isai: nec heri nec hodie ad vescēdū? Rn̄ditqz ionathas sauli. Rogauit me obnixe vt iret i bethleē: et ait. Dimitte me: qm̄ sacrificiū solēne ē i ciuitate mea: vn⁹ de frib⁹ meis accersiuit me. Nūc ergo si inueni grām in oclis tuis vadā cito et videbo frēs meos. Ob hāc cāz nō venit ad mēsaz regis. Irat⁹ āt saul aduersū ionathā: dixit ei. Fili mulieris vltro virū rapiētis: nūqd ignoro qꝛ diligis filiū isai: i ꝯfusionē tuā et i ꝯfusionē ignominiose mr̄is tue?

F Oib⁹ eniz dieb⁹ qb⁹ fili⁹ isai vixerit sup t̄raz: nō stabilieris tu neqz regnū tuuz. Itaqz iam nūc mitte et adduc eū ad me: qꝛ fili⁹ mortis ē. Rn̄dēs āt ionathas sauli pr̄i suo ait. Quare morief? Quid fec̄? Et arripuit saul lāceā vt pcuteret eū. Et itellexit ionathas ꝙ diffinitū eēt a pr̄e suo vt interficeret dauid. Surrexit ergo ionathas a mēsa i ira furoris: et nō comedit i die calēdaꝝ scd̄a panē. Contristatus est eniz sup dauid eo ꝙ ꝯfudisset eū pr̄ su⁹. Cūqz illuxisset mane venit ionathas in agrū iuxta placitū dauid et puer paruulus cū eo. Et ait ad pueꝝ suū. Uade et affer mihi sagittas qs ego iacio. Cūqz puer cucurrisset iecit aliaz sagittā t̄rās pueꝝ. Uenit itaqz puer ad locū iaculi qd̄ miserat ionathas. Et clamauit

G ionathas post tergū pueri et ait. Ecce ibi ē sagitta. Porro vltra te. Clamauit iteꝝ ionathas post tergū pueri dicēs. Festina velocit̄: ne steteris. Collegit āt puer ionathe sagittas: et attulit ad dn̄z suū: et qd ageref penit⁹ ignorabat. Tm̄ nō eniz ionathas et dauid rez nouerāt. Dedit ergo ionathas arma sua puero: et dixit ei. Uade et defer i ciuitatē. Cūqz abiisset puer surrexit dauid de loco q vergebat ad austrū: et cadēs pnus in terrā adorauit tertio. Et osculātes se al

Ms sup est + it. terutrū: fleuerūt parit̄: dauid aūt amplius. Dixit ergo ionathas ad dauid. Uade in pace. Quecūqz iurauimus ambo in nomine dn̄i dicentes: dn̄s sit inter me et te: et inter semen tuum et semen meuz vsqz in sempiternuz. Et surrexit dauid et abiit: sed et ionathas ingressus est ciuitatem.

¶ Ca. xxi. ¶ De fuga dauid i nobe ad achimelech sacerdotē q dedit ei panes ꝓpositionis et gladiū golie et dn̄z ꝓ eo ꝯsuluit: post hoc fugit dauid ad achis regem geth: vbi p̄e timore furorem et insaniam simulat emittendo saliuam per barbam. Cap. xxi.

A Uenit aūt dauid in nobe ad achimelech sacerdotē. Et obstupuit achimelech eo ꝙ venisset dauid et dixit ei. Quare tu solus: et nullus ē tecū? Et ait dauid ad achimelech sacerdotē. Rex pcepit mihi sermonē: et dixit. Nemo sciat rē ꝓpter quam missus es a me: et cuiusmodi p̄cepta tibi dederim. Nam et pueris meis cōdixi in

Infra .25.b. / #10.q.i.c ri. i glo. / 35.q.j.§. his autē / 33.q.4. ca.j.

illū ꝛ illū locū. Nunc ergo si quid habes ad manū vel quinqꝫ panes da mihi: aut qcquid inueneris. Et rńdens sacerdos ad dauid ait illi. Non habeo laicos panes ad manū: sed tm̄ panē sanctū. Si mūdi sūt pueri: maxime a mulieribus manducent. Et respondit dauid sacerdoti: ꝛ dixit ei. Et quidem si de mulieribus agit continuimus nos ab heri ꝛ nudiustertius quando egrediebamur: ꝛ fuerunt vasa puerorū sancta. Porro via hec polluta est: sed ꝛ ipsa hodie sanctificabit in vasis. Dedit ergo ei sacerdos sanctificatū panē. Neqꝫ enim erat ibi panis nisi tm̄ panes ppositionis q sublati fuerant a facie dñi vt ponerent panes calidi. Erat aūt ibi vir quidā de seruis saul in die illa intus i tabernaculo dñi ꝛ nomē eius ✝ doech idumeus potētissimus pastorū saul. Hic pascebat mulas saul. Dixit aūt dauid ad achimelech. Si habes hic ad manū hastā aut gladiū da mihi: qꝛ gladium meū ꝛ arma mea nō tuli mecū. Sermo eni regis vrgebat. Et dixit sacerdos. Ecce hic gladius goliath philistei quē pcussisti in valle terebinthi: est inuolutus pallio post ✝ ephot. Si istū vis tollere: tolle. Neqꝫ enī hic ē alius absqꝫ eo. Et ait dauid. Nō ē huic alter similis. Da mihi eū. Surrexit itaqꝫ dauid: ꝛ fugit i die illa a facie saul ꝛ venit ad achis regē geth. Dixeruntqꝫ serui achis cū vidissent dauid. Nūquid nō iste ē dauid rex terre? Nōne huic cantabāt p choros dicentes pcussit saul mille: ꝛ dauid decem milia? Posuit aūt dauid sermōes istos i corde suo: ꝛ extimuit valde a facie achis regis geth. Et ✝ mutauit os suū corā achis: et collabebat inter manus eorū: ꝛ impingebat in ostia porte: defluebātqꝫ saliue eius in barbā. Et ait achis ad seruos suos. Uidistis hoiem insanū: qre adduxistis eū ad me? An desunt nobis furiosi: qꝛ introduxistis istū vt fureret me presente: Dimittite illū hinc: ne ingrediatur domum meā.

B / de ɔse. di. 2.c. tribus infra. / ꝛ di. 5. ca. discipulos i glo. / mat. 12.a / mar. 2.g. / Luce. 6.a. / Infra .22.b. / Al's ✝ doeg

C / 26.q.i.§. his ita. / Infra .22.c. / Al's ✝ ephod

D / Sup. 18.b. / ꝛ .i.29.b. / eccl. 47.a / al's ✝ immutauit

E / #22 q.2.c vt itē / De ɔs. di. 2.ca. accesserunt / de sū. tri. ca.i. infra. / ibi sacrificiū in glo.

¶ Ca. xxij. ¶ De ꝯuenientibus ad dauid ꝛ spelunca odolla: ꝛ de trāsitu eius ad regē moab: de gad propheta qui misit dauid in terrā iuda: de doech idumeo qui interfecit sacerdotes octogintaquinqꝫ: de abiathar qui fugiens venit ad dauid ꝛ nunciauit mortem sacerdotum. ¶ Ca. xxij.

A: Abijt ergo dauid inde ꝛ fugit in speluncā odollā. Quod cū audissent frēs eius ꝛ ois domus pris eius: descēderunt ad eū illuc. Et ꝯuenerūt ad eū oēs q erāt in angustia constituti ꝛ oppressi ere alieno ꝛ amaro aio: ꝛ factus ē eorū pnceps. Fueruntqꝫ cū eo qsi quadringēti viri. Et pfectus est dauid inde in ✝ masphat: q est moab. Et dixit ad regē moab. Maneat oro pater meus ꝛ mater mea vobiscū: donec sciā qd faciat mihi deus. Et reliqt eos ante faciem regis moab. Manseruntqꝫ apud eū cūctis diebus qbus dauid fuit in psidio. Dixitqꝫ gad ppheta ad dauid. Noli manere in psidio: pficiscere ꝛ vade in terrā iuda. Et pfectus est dauid ꝛ venit in saltū areth. Et audiuit saul qꝫ apparuisset dauid ꝛ viri q erāt cū eo. Saul aūt cū maneret in gabaa ꝛ esset in nemore qd est in rama: hastā manu tenēs: cūctiqꝫ serui eius circūstarēt eū: ait ad suos suos q assistebāt ei. Audite me nūc filij gemini. ✝ Nunqd oibus vobis dabit filius isai agros ꝛ vineas: ꝛ vniuersos vos faciet tribunos ꝛ cēturiōes: qm̄ ꝯiurastis oēs aduersū me: ꝛ nō est q mihi renunciet: maxime cū ꝛ filius meus fedus inierit cū filio isai? Non est q vicē meā doleat ex vobis: nec q annūciet mihi: eo qꝫ suscitauerit filius meus seruū meū aduersum me insidiantē mihi vsqꝫ hodie. Rńdens aūt ✝ doech idumeus qui assistebat ꝛ erat primus inter seruos saul. Uidi inqt filium isai in nobe apud achimelech filium achitob sacerdotē. Qui ꝯsuluit pro eo dñm: ꝛ cibaria dedit ei. Sed ꝛ gladiū goliath philistei dedit illi. Misit ergo rex ad accersiendū abimelech sacerdotē filiū achitob: et oēm domū patris eius sacerdotū q erant in nobe. Qui vniuersi venerūt ad regē. Et ait saul ad achimelech. Audi fili achitob. Qui rńdit. Presto sum domine. Dixitqꝫ ad eū saul. Quare ꝯiurastis aduersū me tu ꝛ filius isai: ꝛ dedisti ei panē ꝛ gladiū ꝛ ꝯsuluisti p eo dñm: vt consurgeret aduersū me insidiator vsqꝫ hodie permanens. Respōdensqꝫ achimelech regi ait. Et qs in oibus seruis tuis sicut dauid fidelis ꝛ gener regis: ꝛ pergens ad imperium tuum: ꝛ gloriosus in domo tua. Num hodie cepi p eo ꝯsulere dñm. Absit hoc a me. Ne suspicet rex aduersum seruū suū rem huiuscemodi: i vniuersa domo pris mei. Nō eni sciuit seruus tuus qcqꝫ sup hoc negocio vel modicū vł grāde. Dixitqꝫ rex. Morte

sup. c. 20 / 7.q.j.ca. cis quā

al's ✝ masphā

mat. 2.d. / Luce. 5.f.

Alr ✝ iemini. / B

4.re. 6. c / sup. 21.b. / Al's ✝ doeg.

C / Geñ. 37.a / Sup. 3.c. / sup. 21.c.

sup. 14.g

nẽt i latere mõtis ex parte altera. Porro dauid desperabat se posse euadere a facie saul. Itaq; saul & viri ei⁹ in modũ corone cingebãt dauid & viros eius vt caperent eos. Et nũci⁹ venit ad saul dicẽs. Festina & veni: qm̃ infuderũt se philistijm sup terrã. Reuersus est ergo saul desistẽs persequi dauid: & perexit i occursũ philistinoꝝ. Propt hoc vocauerũt locum illum petrã diuidentẽ.

¶ Ca. Sũ. ¶ De fuga dauid i engaddi vbi in spelunca manens pscidit orã chlamidis saul: de iuramento dauid: inde dauid ad tutiora loca ascendit. Cap. xxiiij.

A A Scendit ergo dauid inde & habitauit in locis tutissimis engaddi. Cũq; reuersus eẽt saul postq̃ psecut⁹ ẽ philisteos: nũciauerũt ei dicẽtes. Ecce dauid in deserto ẽ engaddi. Assumẽs ergo saul tria millia electoꝝ viroꝝ ex oĩ israel: perexit ad inuestigãdũ dauid & viros eius ẽt sup abruptissimas petras: q̃ solis ibicibus peruie sunt. Et venit ad caulas ouiũ q se offerebãt viãti. Eratq; ibi spelũca. Quã igressus est saul vt purgaret vẽtrẽ. Porro dauid & viri ei⁹ in interiori pte spelũce latebãt. Et dixerũt serui dauid ad eũ. Ecce dies de q̃ locut⁹ ẽ dñs ad te: ego tradã tibi inimicum tuũ: vt facias ei sicẽ placuerit in oculis tuis. Surrexit ergo dauid & pscidit orã chlamidis saul silẽter. Post hec pcussit cor suũ dauid eo q abscidisset orã chlamidis saul Dixitq; ad viros suos. Ppiti⁹ sit mihi dñs ne faciã hãc rem dño meo xp̃o dñi: vt mittã manũ meã in eũ: q: xp̃s dñi ẽ. Uiuit dñs: q: nisi dñs pcusserit eũ aut dies ei⁹ venerit vt moriat: aut descẽdẽs i plium perierit: ppiti⁹ mihi sit dñs vt non mittã manũ meã in xp̃m dñi. Et cõfregit dauid viros suos sermonib⁹ istis: & nõ pmisit eos vt nõ cõsurgerẽt i saul. Porro saul exurgẽs de spelũca pgebat cepto itinere. Surrexit aũt dauid post eũ & egressus de spelũca clamauit post tergũ saul dicens. Dñe mi rex. Et respexit saul post se: & iclinãs se dauid pnus i terrã adorauit. Dixitq; ad saul. Quare audis vba hoīum loquẽtiũ: dauid q̃rit malũ aduersũ te. Ecce hodie viderũt oculi tui q tradiderit te dñs in manu mea in spelunca: & cogitaui vt occiderẽ te: sz pepcit tibi oculus meus. Dixi eni. Nõ extẽdã manũ meã in dñm meũ: q: christus dñi ẽ. Quinpoti⁹ pater mi vide & cognosce orã chlamidis tue in manu mea: qñ cũ pscinderẽ sũmitatem chlamidis tue: nolui extendere manũ meam in te. Animaduerte & vide: qm̃ non est in manu mea malum: neq; iniquitas: neq; peccaui in te. Tu autẽ insidiaris anime mee vt auferas eã. Iudicet dñs inter me & te & vlciscatur me dñs ex te: manus autẽ mea nõ sit in te: sicut & in puerbio antiquo dicit. Ab impijs egredietur impietas. Manus ergo mea non sit in te. Quẽ persequeris rex israel quẽ psequeris? Canem mortuũ psẽqris & pulicẽ vnũ. Sit dñs iudex & iudicet inter me & te: & videat & iudicet cãm meam: & eruat me de manu tua. Cũ aũt cõplesset dauid loq̃ns sermones huiuscemodi ad saul: dixit saul. Nũqd vox hec tua ẽ fili mi dauid. Et leuauit saul vocẽ suã & fleuit: dixitq; ad dauid. Iustior tu es q̃ ego. Tu enim tribuisti mihi bona: ego aũt reddidi tibi mala. Et tu indicasti mihi hodie q̃ feceris mihi bona: quomodo tradiderit me dñs in manu tua & non occideris me. Quis eni cum inuenerit inimicũ suũ dimittet eũ in via bona. Sed dñs reddat tibi vicissitudinẽ hanc: p eo q hodie opatus es in me. Et nunc q: scio q certissime regnaturus sis: & habitaturus in manu tua regnum isrl: iura mihi in dño ne deleas semen meũ post me: neq; auferas nomẽ meũ de domo pris mei. Et iurauit dauid sauli. Abijt ergo saul in domũ suam: & dauid & viri eius ascenderunt ad tutiora loca.

¶ Ca. Sũ. ¶ De morte samuelis: de ira dauid contra nabal: de prudentia abigail que venit obuiã dauid: quã post mortẽ nabal dauid duxit vxorem: & q saul dedit michol phalti. Cap. xxv.

M Ortuus est samuel: & cõgregat⁹ ẽ vniuersus israel & planxerũt eũ nimis: & sepelierũt eũ i domo sua i ramatha. Cõsurgensq; dauid descendit i desertũ pharan. Erat aũt vir q̃spiã in solitudine maon: & possessio ei⁹ in carmelo: & hõ ille magnus nimis. Erãtq; ei oues tria millia & mille capre. Et accidit vt tonderetur grex eius in carmelo. Nomen aũt viri illius erat nabal: & nomẽ vxoris ei⁹ abigail. Eratq; mulier illa prudentissima & speciosa. Porro vir eius durus & pessimus & maliciosus. Erat autẽ de genere caleph. Cũ

ẽ. q. 7. §. item obijcit j. q. j. ca. dñs. ꝟ õ pr. vi. 2. §. opponit ibi q ren. aiaz. de cõse. di. j. ca. sacra in fine infra eo.

B Infra. 26. b

al' plio

Als ne

Als iclinauit

Als et

C supra eo. al' dño meo

D ꝟ õ pr. vi. 2. §. opponitur 2. q. 4. c. nimius in glo.

Als dñs

A Infra. 28. a.

Als in carmelo

autem audisset Dauid in deserto q̄ tonderet Nabal gregē suū: misit decē iuuenes ꝛ dixit eis. Ascēdite in carmelū: ꝛ venietis ad Nabal: ꝛ salutabitis eū ex noīe meo pacifice: ꝛ sic dicetis. Sit fratrib⁹ meis ꝛ tibi pax: ꝛ domui tue pax ꝛ oīb⁹ q̄cūq̧ hēs sit pax. Ex multis annis saluos faciēs tuos ꝛ oīa tua audiui q̄ tonderēt pastores tui greges tuos: q erāt nobiscum in deserto. Nunq̄ eis molesti fuimus: nec aliq̄n defuit q̄cq̄ eis de grege oī tpe quo fuerūt nobiscū i carmelo. Interroga pueros tuos: ꝛ indicabūt tibi. // Nūc ergo inueniāt pue-

B ri tui grāz in oculis tuis (In die enim bona venim⁹ ad te) Quodcūq̧ inuenerit manus tua da seruis tuis: ꝛ filio tuo Dauid. Cūq̧ venissent pueri Dauid: locuti sūt ad Nabal oīa verba h̄ ex noīe Dauid: ꝛ siluerunt. Rn̄dens aūt Nabal pueris Dauid ait. Quis est Dauid ꝛ qs est fi' i⁹ Ysai? Hodie increuerūt serui q fugiūt dn̄os suos. Tollā ergo panes meos ꝛ aq̄s meas ꝛ carnes pecoꝝ q̄ occidi tōsorib⁹ meis: ꝛ dabo viris quos nescio vn̄ sunt? Regressi sunt itaq̧ pueri Dauid p viā suā: ꝛ reuersi venerūt: ꝛ annūciauerūt oīa verba q̄ dixerat Nabal. Tūc ait Dauid pueris suis. Accingat vnusq̧sq̧ gladio suo. Et accincti sunt singuli gladijs suis. Accinctusq̧ est ꝛ Dauid

C ense suo: ꝛ secuti sūt dd̄ q̄si q̄dringēti viri. Porro ducēti remanserunt ad sarcinas. Abigail aūt vxorē Nabal nūciauit vn⁹ de pueris suis: dicēs. Ecce dd̄ misit nūcios de deserto vt bn̄dicerēt dn̄o nr̄o: ꝛ auersatus est eos. Hoīes isti boni satis fuerūt nobis ꝛ nō molesti: nec q̄cq̄ aliq̄n perijt oī tpe quo fuim⁹ ꝯuersati cū eis in deserto. Pro muro erant nobis tā in nocteq̄z in die: oīb⁹ dieb⁹ qb⁹ pauim⁹ apd̄ eos greges. Q̄obrē ꝯsidera ꝛ recogita qd̄ facias: qm̄ cōpleta est malicia aduersuz viꝝ tuū: ꝛ aduersum domū tuā: ꝛ ipse est fili⁹ Belial: ita vt nemo possit ei loq. Festinauit igit̄ abigail ꝛ tulit ducētos panes ꝛ duos vtres vini: ꝛ qnq̧ arietes coctos: ꝛ qnq̧ sata polēte: ꝛ cētū ligaturas vue passe: ꝛ ducētas massas caricaꝝ: ꝛ posuit sup asinos: dixitq̧ pueris suis. Precedite me: ꝛ ecce ego post tergū se-

D q̄r vos. Uiro aūt suo Nabal nō indicauit. Cū ergo ascēdisset asinū ꝛ descēderet ad radicē mōtis: Dauid ꝛ viri ei⁹: descēdebant in occursum eius. Quibus ꝛ illa occurrit. Et ait Dauid. Uere frustra seruaui oīa que huius erant in deserto: ꝛ nō perijt q̄cq̄ de cunctis que ad eū ptinebāt: ꝛ reddidit mihi malū pro bono. Hec faciat ✝ dn̄s inimicis Dauid: ꝛ hec addat si reliq̄ro de oībus que ad ipsum ptinent vsq̧ mane mingentē ad parietē. Cū aūt vidisset abigail Dauid: festinauit ꝛ descēdit de asino ꝛ pcidit corā Dauid sup faciē suā: ꝛ adorauit sup terrā: cecidit ad pedes ei⁹ ꝛ dixit. In me sit dn̄e mi hec iniq̄tas. Loquat̄ obsecro ancilla tua i aurib⁹ tuis: ꝛ audi verba famule tue. Ne ponat oro dn̄s me⁹ rex cor suū super viꝝ istū iniquū Nabal: qm̄ scd̄m nomē suū stultus est: ꝛ est stulticia cū eo. Ego aūt ancilla tua nō vidi pueros tuos dn̄e mi quos misisti. Nunc ergo dn̄e mi viuit dn̄s ꝛ viuit aīa tua q phibuit te ne venires in sanguinē: ꝛ saluauit manū tuā tibi. Et nūc fiant sicut Nabal inimici

E tui: ꝛ q querūt dn̄o meo malū. // Qua ppter suscipe bn̄dictionē hāc quā attulit ancilla tua tibi dn̄o meo: ꝛ da pueris q sequunt̄ te dn̄m meū. Aufer iniq̄tatē famule tue. Faciens eniz faciet dn̄s tibi dn̄o meo domū fidelē: ꝛ plia dn̄i dn̄e mi tu pliaris. Malicia ergo nō inueniat̄ in te: oīb⁹ diebus vite tue. Si eniz surrexerit aliq̄n hō psequens te: vel q̄rens aīam tuā: erit aīa dn̄i mei custodita q̄si in fasciculo viuentiū apud dn̄z deū tuū. Porro inimicoꝝ tuoꝝ aīa rotabit̄: q̄si in impetu ꝛ circulo funde. Cū ergo fecerit tibi dn̄s dn̄o meo oīa bec q̄ locutus est bona de te: ꝛ ꝯstituerit te ducē sup isrl̄: n̄ erit tibi hoc i singultū ꝛ in scrupulū cordis dn̄o meo q̄ effuderis sanguinē innoxiū: aut ipse te vltus

F fueris. Et cū bene fecerit dn̄s dn̄o meo recordaberis ancille tue: ꝛ tu benefacies ei. Et ait dauid ad abigail. // Bn̄dict⁹ dn̄s de⁹ israel q misit te hodie in occursuz meuz: ꝛ bn̄dictū eloquiū tuū: ꝛ benedicta tu q̄ phibuisti me hodie ne irez ad sanguinē: ꝛ vlciscerer me manu mea. Alioqn viuit dn̄s deus israel q phibuit me ne malū facerē tibi: nisi cito venisses in occursū mihi: nō remāsisset Nabal vsq̧ ad lucē matutinā mingēs ad parietē. Suscepit ergo dd̄ de manu ei⁹ oīa q̄ attulerat ei. Dixitq̧ ei. Uade pacifice in domū tuā. Ecce audiui vocē tuā: ꝛ honoraui faciē tuā. Uenit āt abigail ad Nabal. Et ecce erat ei in ꝯuiuiū

Sup.21.a.

oīs ✝ de⁹

Ge.33.b.

// 22.q.4. ca. q̄ dauid. c. iurauit. c. si aliquid de iure iur. i. c. ꝛ si christ⁹ sup. c. 14. deu. 32. c. Ro. 12. d.

in domo eius q̄si conuiuiū regis: ⁊ cor na-
bal iocundū. Erat eni3 ebrius nimis. Et
nō indicauit ei verbū pusillū aut grande
vsq3 mane. Diluculo aūt cū digessisset vi-
nū nabal: indicauit ei vxor sua verba hec.
F Et emortuū est cor eius intrinsecus: ⁊ fa-
ctus est q̄si lapis. Cūq3 pertrāsissent decē
dies: percussit dñs Nabal: ⁊ mortuus est.
Qd cū audisset dd mortuū nabal ait. Bñ-
dict⁹ dñs q iudicauit cā3 opprobrij mei
de manu Nabal: ⁊ seruū suū custodiuit a
malo: ⁊ maliciā nabal reddidit dñs in ca
put ei⁹. Misit ergo dd ⁊ locut⁹ est ad abi-
gail vt sumeret eā sibi in vxorē. Et venerūt
pueri dd ad abigail in carmelū: ⁊ locuti
sūt ad eā dicētes. Dauid misit nos ad te: vt
accipiat te sibi in vxorem. Que consurgēs
adorauit p̄na in terram: ⁊ ait: Ecce famu
la tua sit in ancillā: vt lauet pedes seruoꝝ
dñi mei. Et festinauit ⁊ surrexit abigail: ⁊
ascēdit sup asinū: ⁊ qnque puelle ierunt
cū ea pedisseq3 eius: ⁊ secuta est nūcios Da
uid: ⁊ facta est illi vxor. S3 ⁊ achinoen ac-
cepit dd de Jesrael: ⁊ fuit vtraq3 vxor ei⁹.
32.q.i. ca. qđ ait // Saul aūt dedit Michol filiā suā vxorē
Dauid phalti filio Lai q erat de gallim.

¶ Ca. xxvi. ¶ Ziphei indicant Sauli dd:
ille venit ad q̄rēdū dd cū Abisai descendit
ad Saul in castra: sipho aque ⁊ lācea eius
sublata: qd cū indicaret Saul ille reuocat
eū ⁊ cognoscit culpā suā. Cap. xxvi.

A ET venerunt ziphei ad Saul in ga-
baa dicētes. Ecce Dauid absconditus
est in colle achile q̄ est ex aduerso solitudi-
nis. Et surrexit Saul ⁊ descendit in deser-
tum ziph ⁊ cum eo tria milia viroꝝ de
electis israel vt quereret Dauid in deser-
to ziph. Et castrametatus est Saul in ga-
baa achile q̄ erat ex aduerso solitudinis
in via. Dauid autē habitabat in deserto.
Uidens aūt q venisset Saul post se in de-
al. ⁊ huc sertū: misit exploratores: ⁊ didicit q ⁊ il-
luc venisset certissime. Et surrexit Dauid
clam ⁊ venit ad locū vbi erat saul. Cūq3
vidisset locum in quo dormierat saul ⁊
abner fili⁹ Ner p̄nceps militie ei⁹ ⁊ saulē
dormiētē in tētorio ⁊ reliquū vulgus per
circuitū ei⁹: ait dd ad achimelech etheū:
⁊ Abisai filiū Saruie frēm Joab dicens.
Quis descēdet mecum ad Saul in castra.
Dixitq3 Abisai. Ego descēdā tecū. Uene-
B runt ergo Dauid ⁊ Abisai ad populum
nocte: ⁊ inuenerūt saul iacētē ⁊ dormiētē
in tentorio: ⁊ hastā fixā in terra ad caput
eius. Abner aūt ⁊ p̄p̄lm dormiētes in cir-
cuitu ei⁹. Dixitq3 abisai ad dauid. Conclu-
sit de⁹ inimicū tuū hodie in manus tuas.
Nūc ergo p̄fodiā eū lācea in terra semel: ⁊
scđo opus nō erit. Et dixit dauid ad abi-
sai. Ne interficias eū. // Quis eni3 exten-
det manu3 suā in xp̄m dñi: ⁊ innocens erit? //i.q.i.ca. domini
Et dixit dauid. // Uiuit dñs: q2 nisi dñs p-
cusserit eū: aut dies ei⁹ venerit vt moriat̄: sup̄.24.b
aut in p̄liū descēdens perierit: p̄pitius mi-
hi sit dñs ne extendā manū meā in xp̄m
dñi. Nūc igit̄ tolle hastā q̄ est ad caput ei⁹:
⁊ sciphū aque ⁊ abeamus. Tulit igit̄ dauid
hastā ⁊ sciphū aque q erat ad caput eius et
abierūt. Et nō erat q̄sq3 q videret ⁊ intelli-
geret ⁊ euigilaret: sed oēs dormiebant: q2
sopor domini irruerat super eos. Cūq3 trā-
sisset dauid ex aduerso ⁊ stetisset in vertice
mōtis de longe: ⁊ esset grande interuallū
inter eos: clamauit dauid ad populū ⁊ ad
abner filium ner dicens. Nōne respōde-
C bis abner? Et respondens abner ait. Quis
es tu q clamas ⁊ inquietas regē? Et ait da-
uid ad abner. Nūqd nō vir tu es? Et quis
alius similis tui in isrl? Quare ergo nō
custodisti dominū tuū regē? Ingressus ē
eni3 vnus de turba vt interficeret regem
dñm tuū. Nō est bonū hoc qd fecisti. Uiuit
dñs: q2 filij morti estis vos: q2 nō custo-
distis dñm vestrū xp̄m dñi. Nunc ergo vi-
de vbi sit hasta regis: ⁊ vbi sit siphus aque
qui erat ad caput ei⁹. Cognouit aūt saul
vocē dauid: ⁊ dixit. Nunqd vox hec tua fili sup̄.20.d
mi dauid. Et ait dauid. Uox mea dñe mi
rex. Et ait. Quā ob cām dñs me⁹ p̄sequit̄
seruū suū? Quid feci aut qd est in manu
mea mali? Nunc ergo audi oro dñe mi
rex vba serui tui. Si dñs incitat te aduersū
me odoret̄ sacrificiū. Si aūt filij hominū:
maledicti sunt in conspectu dñi qui eiece-
runt me hodie vt non habitē in hereditā-
D te dñi dicētes. Uade serue dijs alienis. Et
nūc nō effundat̄ sanguis me⁹ in terra co-
rā dño: q2 egressus est rex israel vt q̄rat pu
licē vnū sicut p̄sequit̄ pdix in mōtib⁹. Et
ait saul. Peccaui. Reuertere fili mi dauid
Nequaq̄3 enim vltra tibi malefaciā: eo q
p̄ciosa fuerit anima mea i oculis tuis ho
die. Apparet eni3 q stulte egerim ⁊ ignora
uerim multa nimis. Et rn̄dēs dauid ait.

Ecce hasta regis: transeat vnus de pueris regis et tollat eam. Dñs aũt retribuet vnicuiqꝫ scḋm iustitiã suã et fidẽ. Tradidit enĩ te dñs hodie in manũ meã: et nolui + extẽdere manũ meã in xp̄m dñi. Et sicut magnificata est aĩa tua hodie in oculis meis: sic magnificet aĩa mea in oculis dñi et liberet me de oĩ ãgustia. Ait ergo saul ad dauid. Bñdict᷒ tu fili mi dauid. Et qdẽ faciẽs facies: et potẽs poteris. Abijt aũt dauid in viã suã: et Saul reuersus est in locũ suũ.

Al's + mittere

¶ Ca. Sũ. ¶ De fuga dauid ad Achis regẽ Geth q dedit ei Sicelech: de predis quas agebat dauid. Cap. xxvij.

A Et ait dauid in corde suo. Aliqñ incidã vna die in manus Saul. Nõne melius est vt fugiã: et saluer in terra philistinoꝝ vt desperet Saul: cessetqꝫ me qrere in cũctis finib᷒ israel. Fugiã ergo man᷒ eius. Et surrexit dauid et abijt ipse et sexcẽti viri cũ eo ad Achis filiũ maoch regem geth. // Et habitauit dauid cũ Achis in geth: ipse et viri eius et domus eius et due vxores ei᷒: Achinoen israelites et Abigail vxor Nabal carmeli. Et nũciatũ est saul q fugisset dauid in geth: et nõ addidit vltra qrere eũ.

Infra. 30.a

B Dixit aũt dauid ad Achis. Si inueni grãꝫ in oculis tuis detur mihi locus in vna vrbiũ regiõis hui᷒ vt habitem ibi. Cur enĩ manet seruus tuus in ciuitate regis tecũ. Dedit itaqꝫ ei achis in die illa + sicelech. Propter quã causã facta est siceleg regũ iuda vsqꝫ in diẽ hãc. Fuit autẽ numerus dieꝝ qb᷒ habitauit dauid in regione philistinoꝝ qtuor mẽsium.

Al's + siceleg.

C Et ascendit dauid et viri eius et agebãt p̄das de gessuri et de gezre et de amalechitis. Hi enim pagi habitabant in terra antiquitus euntib᷒ Sur vsqꝫ ad terrã egypti. Et percutiebat dauid oẽꝫ terrã illoꝝ: nec relinquebat viuẽtẽ virũ et mulierẽ: tollẽsqꝫ boues et oues et asinos et camelos et vestes reuertebat᷑ et veniebat ad achis.

D Dicebat aũt ei achis. In quẽ irruisti hodie? Rñdebat dauid. Cõtra meridiẽ iude: et cõtra meridiẽ hieramel: et cõtra meridiẽ ceni. Virũ et mulierẽ nõ viuificabat dauid: nec adducebat in geth: dicẽs. Ne forte loquant᷑ aduersũ nos. Hec fecit dauid. Et hoc erat decretũ illi oĩb᷒ dieb᷒ qb᷒ habitauit in regiõe philistinoꝝ. Credidit ergo achis dauid: dicens. Multa mala operatus est ꝯtra p̄plm̃ suum israel. Erit igr̃ mihi seruus sempiternus.

¶ Ca. Sũ. ¶ Philistijm ꝯtra israel congregãtur: Saul interfecit phitones: saul phitonissam cõsuluit: samuelẽ iubet suscitari: samuel suscitat᷒ sauli dixit: cras mecum eris tu et filij. Cap. xxviij.

A Factum est aũt in diebus illis congregauerunt philistijm agmina sua: vt p̄parent ad bellũ contra israel. Dixitqꝫ Achis ad dauid. Sciens nunc scito qm mecũ egredieris in castris tu et viri tui. Dixitqꝫ dauid ad Achis. Nũc scias q̄ facturus est seruus tuus. Et ait Achis ad dauid. Et ego custodẽ capitis mei ponam te cũctis dieb᷒. // Samuel aũt mortuus est: planxitqꝫ eũ oĩs israel: et sepelierũt eũ in ramatha vrbe sua. Et Saul abstulit magos et ariolos de terra: et interfecit eos q phitones hẽbant in vẽtre. Cõgregatiqꝫ sunt philistijm et venerũt et castrametati sunt in Sunã. Cõgregauit aũt et Saul vniuersũ israel: et venit in gelboe. Et vidit Saul castra philistijm et timuit et expauit cor eius nimis. Cõsuluitqꝫ dñm: et nõ rñdit ei // neqꝫ per somnia: neqꝫ p sacerdotes: neqꝫ p p̄phetas. Dixitqꝫ Saul seruis suis. // Querite mihi mulierẽ hñtẽ phitonẽ: et vadam ad eã et sciscitabor per illã. Et dixerũt serui eius ad eũ. Est mulier phitonẽ habens in endor.

sup. 25.a

sup. 14.f. Leui. 20.d. deut. 18.b Act. 16.c

B Mutauit ergo habitũ suũ: vestitusqꝫ ẽ alijs vestimẽtis: et abijt ipse et duo viri cũ eo: venerũtqꝫ ad mulierẽ nocte: et ait illi. Diuina mihi in phitone: et suscita mihi quẽ dixero tibi. Et ait mlier ad eũ. Ecce tu nosti quanta fecerit Saul: et quo eraserit magos et ariolos de terra. Quare ergo insidiaris anime mee vt occidar. Et iurauit ei Saul in dño dicens. Viuit dominus qa nõ eueniet tibi qcq̄ mali p̄pter hanc rẽ. Dixitqꝫ ei mulier. Quẽ suscitabo tibi? Qui ait. Samuelẽ mihi suscita. Cũ aũt vidisset mulier Samuelẽ: exclamauit voce magna: et dixit ad Saul. Quare imposuisti mihi? Tu es enĩ Saul. Dixitqꝫ ei rex. Noli timere. Quid vidisti? Et ait mulier ad Saul. Deos vidi ascendẽtes de terra. Dixitqꝫ ei. Qualis est forma ei᷒? Que ait. Vir senex ascẽdit: et ipse amict᷒ est pallio. Et intellexit Saul q Samuel esset: et

C inclinauit se sup faciẽ suã in terra: et adorauit. Dixit aũt Samuel ad Saul. Quare inquietasti me vt suscitarer. Et ait Saul.

Coartor nimis. Siquidem philistijm pugnant aduersum me: et deus recessit a me: et exaudire me noluit: neque in manu prophetarum: neque per somnia. Uocaui ergo te vt ostenderes mihi quid faciam. Et ait Samuel. Quid interrogas me cum dominus recesserit a te: et transierit ad emulum tuum. Faciet enim tibi dominus sicut locutus est in manu mea: et scindet regnum tuum de manu tua: et dabit illud proximo tuo Dauid quia non obedisti voci domini: neque fecisti iram furoris eius in amalech. Idcirco quod pateris fecit tibi dominus hodie: et dabit dominus etiam israel tecum in manus philistijm. Cras autem tu et filij tui mecum eritis: sed et castra israel tradet dominus in manus philistijm. Statimque Saul cecidit porrectus in terram. Extimuerat enim verba Samuelis: et robur non erat in eo: quia non comederat panem tota die illa. Ingressa est itaque mulier illa ad Saul. Conturbatus enim erat valde. Dixitque ad eum Ecce obediuit ancilla tua voci tue: et posui animam meam in manu mea: et audiui sermones tuos quos locutus es ad me. Nunc igitur audi et tu vocem ancille tue: et ponam coram te buccellam panis vt comedens conualescas: et possis iter agere. Qui renuit et ait. Non comedam. Coegerunt autem eum serui sui et mulier: et tandem audita voce eorum surrexit de terra: et sedit super lectum. Mulier autem illa habebat vitulum pascualem in domo et festinauit et occidit eum. Tollensque farinam miscuit eam et coxit azyma: et posuit ante Saul et ante seruos eius. Qui cum comedissent surrexerunt et ambulauerunt per totam noctem illam.

Ca. Su. De remissione Dauid ab exercitu philistijm. Cap. xxix.

Congregata sunt ergo philistijm vniuersa agmina in aphec. Sed et israel castrametatus est super fontem qui erat in israel. Et satrape quidem philistijm incedebant in centurijs et milibus. Dauid autem et viri eius erant in nouissimo agmine cum achis. Dixeruntque principes philistijm ad achis: Quid sibi volunt hebrei isti? Et ait achis ad principes philistijm. Nunquid ignoratis Dauid qui fuit seruus Saul regis israel: et est apud me multis diebus + et annis. Et non inueni in eo quicquam ex die qua transfugit ad me vsque ad diem hanc. Irati sunt autem aduersus eum principes philistijm: et dixerunt ei. Reuertatur vir: et sedeat in loco suo in quo constituisti eum: et non descendat nobiscum in prelium: ne fiat nobis aduersarius cum preliari ceperimus. Quo enim aliter poterit placare dominum suum nisi in capitibus nostris. Nonne iste est Dauid cui cantabant in choris dicentes: percussit Saul in milibus suis: et Dauid in decem milibus suis. Uocauit ergo achis Dauid: et ait ei. Viuit dominus: quia rectus es et bonus in conspectu meo: et exitus tuus et introitus tuus mecum est in castris. Et non inueni in te quicquam mali ex die qua venisti ad me vsque in diem hanc: sed satrapis non places. Reuertere ergo et vade in pace: et non offendas oculos satraparum philistijm. Dixitque Dauid ad Achis. Quid enim feci: et quid inuenisti in me seruo tuo a die qua fui in conspectu tuo vsque in diem hanc: vt non veniam et pugnem contra inimicos domini mei regis. Respondens autem achis locutus est ad Dauid. Scio quia bonus es tu in oculis meis sicut angelus dei: sed principes philistinorum dixerunt. Non ascendet nobiscum in prelium. Igitur consurge mane: tu et serui domini tui: qui venerunt tecum: et cum de nocte surrexeritis et ceperit dilucescere pergite. Surrexit itaque de nocte Dauid ipse et viri eius vt proficiscerentur mane: et reuerterentur ad terram philistijm. Philistijm autem ascenderunt in israel.

Ca. Su. Dauid reuertens siceleg succensam inuenit: consuluit dominum et persecutus est latrunculos: cibauitque puerum egyptium qui seruiuit Dauid in hostes et accepit predam et diuisit eam equaliter remanentibus ad sarcinas et ad prelium descendentibus: dona mittit senioribus iuda. Cap. xxx.

A Et ecce vir dei venit de iuda in sermone domini in bethel hieroboam stante super altare et thus iaciente: et exclamauit contra altare in sermone domini et ait. Altare altare: hec dicit dominus. Ecce filius nascetur domui dauid iosias nomine: et immolabit super te sacerdotes excelsorum qui nunc in te thura succendunt: et ossa hominum super te incendet. Deditque in illa die signum dicens. Hoc erit signum quod locutus est dominus. Ecce altare scindetur: et effundetur cinis qui in eo est. Cumque audisset rex sermonem hominis dei quem inclamauerat contra altare in bethel: B extendit manum suam de altari dicens. Apprehendite eum. Et exaruit manus eius quam extenderat contra eum: nec valuit retrahere eam ad se. Altare quoque scissum est: et effusus est cinis de altari: iuxta signum quod predixerat vir dei in sermone domini. Et ait rex ad virum dei. Deprecare faciem domini dei tui: et ora pro me: ut restituatur manus mea mihi. Orauit vir dei faciem domini: et reuersa est manus regis ad eum: et facta est sicut prius fuerat. Locutus est autem rex ad virum dei. Ueni mecum domum ut prandeas: et dabo tibi munera. Responditque vir dei ad regem. Si dederis mihi mediam partem domus tue non veniam tecum: nec comedam panem neque bibam C aquam in loco isto. Sic enim mandatum est mihi in sermone domini precipientis. Non comedes panem neque bibes aquam: nec reuerteris per viam qua venisti. Abiit ergo per aliam viam et non est reuersus per iter quo venerat in bethel. Propheta autem quidam senex habitabat in bethel ad quem venerunt filij sui: et narrauerunt ei omnia opera que fecerat vir dei illa die in bethel. Et verba que locutus fuerat ad regem narrauerunt patri suo. Et dixit eis pater eorum. Per quam viam abijt? Ostenderunt ei filij sui viam per quam abierat vir dei qui venerat de iuda. Et ait filijs suis. Sternite mihi asinum. Qui cum strauissent ascendit et abijt post virum dei: et inuenit eum sedentem subtus terebinthum. Et ait illi. Tu ne es vir dei qui venisti D de iuda? Respondit ille. Ego sum. Dixitque ad eum. Ueni mecum domum ut comedas panem. Qui ait. Non possum reuerti neque venire tecum: nec comedam panem neque bibam aquam in loco isto: quia locutus est dominus ad me in sermone domini dicens. Non comedas panem et non bibas aquam ibi: nec reuerteris per viam qua ieris. Qui ait illi. Et ego propheta sum similis tui. Et angelus locutus est mihi in sermone domini dicens. Reduc eum tecum in domum tuam: ut comedat panem et bibat aquam. Fefellit eum et reduxit secum. Comedit ergo panem in domo eius: et bibit aquam. Cumque sederent ad mensam: factus est sermo domini ad prophetam qui reduxerat eum. Et exclamauit ad virum dei qui venerat de iuda dicens. Hec dicit dominus. Quia non obediens fuisti ori domini: et non custodisti mandatum quod precepit tibi dominus deus tuus: et reuersus es et comedisti panem et bibisti aquam in loco in quo precepit tibi ne comederes panem neque biberes aquam non inferetur cadauer tuum in sepulcrum patrum tuorum. Cumque comedisset et bibisset strauit asinum suum propheta quem reduxerat. Qui cum abisset inuenit eum leo in via: et occidit. Et erat cadauer eius proiectum in itinere. Asinus autem stabat iuxta illum: et leo stabat iuxta cadauer. Et ecce viri transeuntes viderunt cadauer proiectum in via et leonem stantem iuxta cadauer. Et venerunt et diuulgauerunt in ciuitate: in qua propheta ille senex habitabat. Quod cum audisset propheta ille qui reduxerat eum de via ait. Uir dei est qui inobediens fuit ori domini: et tradidit eum dominus leoni: et confregit eum et occidit iuxta verbum domini quod locutus est ei. Dixitque ad filios suos. Sternite mihi asinum. Qui cum strauissent et ille abisset: inuenit cadauer eius proiectum in via et asinum et leonem stantes iuxta cadauer. Non comedit leo de cadauere: nec lesit asinum. Tulit ergo propheta cadauer viri dei: et posuit illud super asinum: et reuersus intulit in ciuitatem prophete senis ut plangeret eum. Et posuit cadauer eius in sepulcro suo. Et planxerunt eum heu heu mi frater. Cumque planxissent eum: dixit ad filios suos. Cum mortuus fuero sepelite me in sepulcro in quo vir dei sepultus est iuxta ossa eius ponite ossa mea. Profecto enim veniet sermo quem predixit in sermone domini contra altare quod est in bethel: et contra omnia phana excelsorum que sunt in urbibus samarie. Post verba hec non est reuersus hieroboam de via sua pessima: sed econtrario fecit de nouissimis populi sacerdotes excelsorum. Quicunque volebat implebat manum suam: et fiebat sacerdos excelsorum. Et propter hanc causam peccauit domus hie-

4. Reg. 23.d.

Infra eo.

Infra eo.

Al's + venit filius suus et narrauit.

Al's + asinum.

Sup eo.

Al's + comedisset et bibisset. j.q.j.c. sigs ingt in pn. 7.q.i.ca. denique. F 11.q.2. Ho sotoz.

G Al's + Et non

Al's + heu mi heu fr

Sup eo.

j.q.i.c. cos in. h. cti' i gh.

roboā ⁊ euersa ē ⁊ deleta de supficie terre.
¶Ca. Sū. ¶De pphetia abie ad vxorem hieroboā: de morte abie filij ei⁹: de morte hieroboā: de regno nadab filij ei⁹: de pctis iude: de sesac rege egypti q spoliauit hierusalē: de scutis aureis ⁊ ereis: de morte roboā ⁊ regno filij eius. Ca.xiiij.

A In tpe illo egrotauit abia fili⁹ hieroboā. Dixitq; hieroboā vxori sue. Surge ⁊ cōmuta habitū ne cognoscaris q sis vxor hieroboā: ⁊ vade in sylo vbi ē ahias pphta q locutus est mihi q regnaturus essem sup pplm hūc. Tolle quoq; in manu tua decē panes ⁊ crustulam ⁊ vas mellis: ⁊ vade ad illum. Ipse.n. indicabit tibi qd euētu⁊ sit puero huic. Fecit vt dixerat hieroboā vxor ei⁹. Et ↄsurgēs abijt in sylo: ⁊ venit in domū ahie. At ille nō poterat videre: q: caligauerāt oculi ei⁹ pre senectute. Dixit aūt dñs ad ahiā. Ecce vxor B hieroboam ingredit vt ↄsulat te: sup filio suo q egrotat. Hec ⁊ hec loqris ei. Cū ergo illa intraret ⁊ dissimularet se eē q erat: audiuit ahias sonitū pedū ei⁹ introeūtis p ostium: ⁊ ait. Ingredere vxor hieroboam. Quare aliā te eē simulas. Ego aūt missus sū ad te durus nūci⁹. Uade ⁊ dic hieroboā. Hec dicit dñs de⁹ israel. Quia exaltaui te medio ppli ⁊ dedi te ducē sup pplm meū israel: ⁊ scidi regnum dom⁹ dauid ⁊ dedi illud tibi: ⁊ nō fuisti sicut seru⁹ me⁹ dauid q custodiuit mādata mea: ⁊ secut⁹ est me in toto corde suo faciēs qđ placitū eēt in ↄspectu meo: sz opat⁹ es male sup oēs q fuerūt ān te: ⁊ fecisti tibi deos alienos C ⁊ ↄflatiles vt me ad iracundiā puocares: me aūt pieciisti post corp⁹ tuū. Idcirco ecce ego inducā mala sup domū hieroboā: ⁊ pcutiā de hieroboā mingētē ad parietē clausū ⁊ nouissimū in israel: ⁊ mūdabo reliquias dom⁹ hieroboā sicut mundari solet fimus vsq; ad purū. Qui mortui fuerint de hieroboā in ciuitate comedēt eos canes: q aūt mortui fuerint in agro vorabunt eos aues celi: q: dñs locutus est. Tu igit surge ⁊ vade in domū tuā: ⁊ in ipso introitu pedū tuoꝝ in vrbē morietr puD er ⁊ plangent eū oīs israel ⁊ sepliet. Iste.n. solus inferet de hieroboā in sepulcrū: q: inuētus est sup eo smo bonus a dño deo israel in domo hieroboā. Cōstituet aūt sibi dñs regē sup israel: q pcutiet domū hieroboā in hac die ⁊ in hoc tpe: ⁊ pcutiet dñs de⁹ israel: sicut moueri solet harundo in aqua. Et euellet israel de terra bona hac: quā dedit patrib⁹ eoꝝ: ⁊ ventilabit eos trans flumē: q: fecerunt sibi lucos vt irritarent dñm. Et tradet dñs deus israel pp E peccata hieroboā q peccauit ⁊ peccare fecit israel. Surrexit itaq; vxor hieroboam: ⁊ abijt ⁊ venit in thersā. Cūq; illa ingrederet limen dom⁹: puer mortu⁹ est ⁊ sepelierunt eū. Et planxit eū omnis israel iuxta sermonē dñi quē locut⁹ est in manu serui sui ahie pphete. Reliqua aūt verbo⁊ hieroboā quō pugnauerit ⁊ quō regnauerit: ecce scripta sunt in libro verboꝝ dierū regum israel. Dies aūt qb⁹ regnauit hieroboā viginti due anni sunt. Et dormiuit hieroboā cū patrib⁹ suis: regnauitq; nadab fili⁹ ei⁹ p eo. Porro roboā fili⁹ salomonis regnauit in iuda. Quadraginta ⁊ vni⁹ āni erat roboā cū regnare cepisset: ⁊ decem ⁊ septē annis regnauit in hierl'm ciuitate quā elegit dñs: vt poneret nomē suū ibi ex oib⁹ tribub⁹ israel. Nomē aūt mrīs ei⁹ naama amanites. Et fecit iudas malū corā dño: ⁊ irritauerūt eū sup oīb⁹ q fecerāt pres eoꝝ in pctis suis q peccauerūt. Edificauerūt.n. ⁊ ipsi sibi aras ⁊ statuas ⁊ lucos sup oēm collē excelsū: ⁊ subter oēm arborē frōdosā. Sz ⁊ effeminati fuerūt in terra: feceruntq; oēs abominatiōes gētiū qs attriuit dñs añ faciē filioꝝ israel. In qnto autē āno regni roboā ascēdit sesac rex egypti in hierusalē: ⁊ tulit thesauros dom⁹ dñi ⁊ thesauros F regios ⁊ vniuersa diripuit: scuta quoq; aurea q fecerat salomō p qb⁹ fecit rex roboā scuta erea: ⁊ tradidit ea in manu ducū scutarioꝝ ⁊ eoꝝ q excubabāt añ ostiū dom⁹ regis. Cūq; ingrederet rex in domū dñi portabāt ea q pcundi hēbāt officiū: ⁊ postea reportabāt ad armamētariū scutarioꝝ. Reliqua autē sermonū roboā ⁊ oīa q fecit: ecce scripta sunt in libro sermonū dierū regū iuda. Fuitq; bellū int roboā ⁊ hieroboā cūctis dieb⁹. Dormiuitq; roboā cū prib⁹ suis: ⁊ sepult⁹ ē cū eis i ciuitate dauid. Nomē aūt mrīs ei⁹ naama amanites. Et regnauit abia fili⁹ ei⁹ p eo.
¶Ca. Sū. ¶De abia q fecit malū: de pugna cū hieroboā q dauid fecit rectū excepto sinōe vrie ethei: de asa q regnauit post

Marginal notes: 4.Reg. 8.c. j.q.j.c.iudicam. — Infra.16.b. Infra.21.f. — Aliter quō regnauerit ⁊ quō pugnauerit. — 2.Parali. 11.c.

abiam q fecit rectũ: de filio inter asa et baasa regem israel: de adiutorio benadab regi asa: de morte asa et de dolore pedũ ei⁹: de iosaphat q successit ei: d nadab rege filio hierobo occiso: de baasa q regnauit post eũ q pcussit oẽs domũ hieroboa. Cap.xv.

A 2.par.13.a

Igitur // in octauodecimo ãno regni hieroboaz filij nabath: regnauit abia sup iudã. Trib⁹ ãnis regnauit in hierl'z. Nomẽ matris ei⁹ maaba filia abessalom. Ambulauitq; in oib⁹ peccatis pris sui q fecerat anteũ: nec erat cor ei⁹ pfectũ cũ dño deo suo sicut cor dauid pris eius. Sz pp dauid dedit ei dñs de⁹ suus lucernã in hierlm vt suscitaret filiũ ei⁹ post eũ: et staret in hierlm: eo q fecisset dauid rectũ in oculis dñi: et nõ declinasset ab oib⁹ q pceperat ei cũctis diebus vite sue: excepto sermõe vrie ethei. Attñ bellũz fuit inter abiam et hierobo oi tpe vite ei⁹. Reliq ãt sermonũ abie et oia q fecit: nõne hec scripta sunt in libro vboꝝ dieꝝ regũz iuda? Fuitq; bellũ inter abiaz et inter hieroboã // Et dormiuit abia cũ patrib⁹ suis et sepelierunt eũ in ciuitate dauid: regnauitq; asa fili⁹ ei⁹ p eo. In ãno ergo vicesimo hierobo regis israel regnauit asa rex iuda: et qdraginta et vno ãno regnauit in hierusalẽ. Nomẽ mris ei⁹ maacha filia abessalom. Et fecit asa rectũ ante cõspectũ dñi sicut dauid pr ei⁹. Et abstulit effeminatos de tra: purgauitq; vniuersas sordes idoloꝝ q fecerunt pres ei⁹. Insup et maacham mrem suã amouit ne esset pnceps in sacris priapi: et in luco ei⁹ quẽ cõsecrauerat. Subuertitq; specũ ei⁹ et cõfregit simulacrũ turpissimũ: et cõbussit in torrẽte cedron. Excelsa aũt nõ abstulit. Uerũtñ cor asa pfectũ erat cũ dño deo suo cũctis diebus suis et intulit ea q sanctificauerat pr suus et vouerat in domũ dñi argẽtũ et aurũ et vasa. // Bellũ aũt erat inter asa et baasa regẽ israel cũctis dieb⁹ eoꝝ. Ascẽdit q; baasa rex israel in iudã: et edificauit rama vt nõ posset qspiaz egredi vel ingredi de pte asa regis iude. Tollẽs itaq; asa oẽ argẽtũ et aurũ qd remãserat in thesauris dom⁹ dñi: et in thesauris dom⁹ regie: dedit illud in man⁹ suoꝝ suoꝝ: et misit ad benadab filiũ tabremon filij ezion regẽ syrie: q habitabat in damasco dicẽs. Fedus est inter me et te: et inter patrẽ meũ et patrẽ tuũ: ideo misi tibi munera argẽtũz et auꝝ: et peto vt venias et irritũ facias fedus qd habes cũz baasa rege israel et recedat a me. Acqescẽs benadab regi asa misit pncipes exercit⁹ sui in ciuitates israel: et pcusserunt ahion et dan et abel domũ maacha et vniuersaz cennereth: oẽs .s. terrã neptalim. Qd cũ audisset baasa intermisit edificare rama: et reuersus est in thersa. Rex aũt asa nũciũz misit in oẽz iudã dicens. Nemo sit excusat⁹. Et tulerũt lapides de rama et ligna ei⁹ qbus edificauerat baasa et extruxit de eis rex asa: gabaa beniamin et masphã. Reliqua aũt oĩuz sermonũ asa et vniuerse fortitudines ei⁹ et cũcta q fecit: et ciuitates qs extruxit: nõne hec scripta sũt in libro vboꝝ dierũ regũ iuda? // Uerũtñ in tpe senectutis sue doluit pedes: et dormiuit cũ prib⁹ suis: et sepult⁹ est cũ eis in ciuitate dauid pris sui. Regnauitq; iosaphat fili⁹ ei⁹ p eo. Nadab vo fili⁹ hierobo regnauit sup israel ãno secũdo asa regis iuda. Regnauitq; sup israel duob⁹ ãnis. Et fecit qd malũ est in cõspectu dñi: et ambulauit in vijs pris sui: et in pctis ei⁹ qb⁹ peccare fecit isrl. Insidiat⁹ ẽ aũt ei baasa filius ahie de domo isachar: et pcussit eũ in gebbethon q est vrbs philistinoꝝ. Siqdẽz nadab et ois isrl obsidebãt gebbethõ. Interfecit ergo illũ baasa in ãno tertio asa regis iuda: et regnauit p eo. Cũq; regnasset: pcussit oẽz domũ hierobo. Nõ dimisit nec vnã qdẽ aiaz de semie ei⁹: donec deleret eũ: iuxta vbũ dñi qd locut⁹ fuerat in manu serui sui ahie sylonitis pp pctã hierobo q peccauerat et qb⁹ peccare fecerat israel: pp delictũ quo irritauerat dñm deuz isrl. Reliq aũt sermonũ nadab et oia q operat⁹ ẽ: nõne hec scripta sũt i libro vboꝝ dieꝝ regũ isrl. // Fuitq; bellũ int asa et baasa regẽ isrl cũctis dieb⁹ eoꝝ. Anno tertio asa regis iuda regnauit baasa fili⁹ ahie super oẽz isrl in thersa vigintiqtuor ãnis. Et fecit malũ corã dño: ãbulauitq; in vijs hierobo et in pctis ei⁹ qb⁹ peccare fec isrl.

¶ Ca. Sũ. ¶ De iehu ppha misso ad baasa: de morte baasa: et q baasa interfecit iehu cui successit hela fili⁹ ei⁹ quẽ occidit zamri et regnauit p eo: q postea semetipsũ succendit cũ obsiderẽt eũ. Amri quẽ elegerat israel media ps ppli seqbat thebni: pualuit tñ ppls q erat cũ amri: d regno achab filio

Marginalia (left): Als + roboam · B · 2.Paral. 14.a · C · Infra eo. · D · Als + tabremõ

Marginalia (right): E · // 2.palip. 16.d. · F · Capua ciuitas a rege capi dicit. · G · Als + ne · Supra eo. · Al. + via · Agesila⁹ rex lacedemonioꝝ rum vir eptim⁹ claret.

ei⁹: & reedificatõe hiericho ab abiel. Ca. xvi.

A Factus est autem sermo domini ad iehu filium anani contra baasa dicens. Pro eo quod exaltaui te de puluere & posui te ducem super populum meum israel: tu autem ambulasti in via hieroboam: & peccare fecisti populum meum israel: vt me irritares in peccatis eorum: ecce ego demetam posteriora baasa & posteriora domus eius: & faciam domum tuam sicut domum hieroboam filij nabath.

B // Qui mortuus fuerit de baasa in ciuitate comedent eum canes: & qui mortuus fuerit ex eo in regione: comedent eum volucres celi. Reliqua autem sermonum baasa & quecunque fecit & prelia eius: nonne hec scripta sunt in libro verborum dierum regum israel? Dormiuit ergo baasa cum patribus suis: sepultus est in thersa: & regnauit hela filius eius pro eo. Cum autem in manu iehu filij anani prophete verbum domini factum esset contra baasa & contra domum eius: & contra omne malum quod fecerat coram domino ad irritandum eum in operibus manuum suarum vt fieret sicut domus hieroboam: ob hanc causam occidit eum: hoc est iehu filium anani prophetam.

C Anno vicesimosexto asa regis iuda regnauit hela filius baasa super israel in thersa duobus annis. Et rebellauit contra eum seruus suus zambri dux medie partis equitum. Erat autem hela in thersa bibens & temulentus in domo arsa prefecti thersa. Irruens ergo zambri percussit & occidit eum anno vicesimoseptimo asa regis iuda: & regnauit pro eo. Cumque regnasset & sedisset super solium eius: percussit omnem domum baasa: & non dereliquit ex ea mingentem ad parietem & propinquos & amicos eius. // Deleuitque zambri omnem domum baasa iuxta verbum domini quod locutus fuerat ad baasa in manu iehu prophete propter vniuersa peccata baasa & peccata hela filij eius qui peccauerunt & peccare fecerunt israel: prouocantes dominum deum israel in vanitatibus suis.

D Reliqua autem sermonum hela & omnia que fecit: nonne hec scripta sunt in libro verborum dierum regum israel. Anno vicesimoseptimo asa regis iuda regnauit zambri septem diebus in thersa. Porro exercitus obsidebat gebbethon vrbem philisthinorum. Cumque audisset rebellasse zambri & occidisse regem: fecit sibi regem omnis israel amri qui erat princeps militie super israel in die illa in castris. Ascendit ergo amri & omnis israel cum eo de gebbethon & obsidebant thersa. Videns autem zambri quod expugnanda esset ciuitas ingressus est palatium & succendit se cum domo regia: & mortuus est in peccatis suis: que peccauerat faciens malum coram domino & ambulans in via hieroboam & in peccato eius quo fecit peccare israel. Reliqua autem sermonum zambri & insidiarum eius & tyrannidis: nonne hec scripta sunt in libro verborum dierum regum israel?

E Tunc diuisus est populus israel in duas partes. Media pars populi sequebatur thebni filium gineth vt constitueret eum regem: & media pars amri. Preualuit autem populus qui erat cum amri populo qui sequebatur thebni filium gineth: mortuusque est thebni & regnauit amri. Anno tricesimo primo asa regis iuda: regnauit amri super israel duodecim annis. In thersa regnauit sex annis. Emitque montem samarie a somer duobus talentis argenti: & edificauit eum. Et vocauit nomen ciuitatis quam extruxerat nomine somer domini montis samariam.

F Fecit autem amri malum in conspectu domini & operatus est nequiter super omnes qui fuerunt ante eum. Ambulauitque in omni via hieroboam filij nabath: & in peccatis eius quibus peccare fecerat israel: vt irritaret dominum deum israel in vanitatibus suis. Reliqua autem sermonum amri & prelia eius que gessit: nonne hec scripta sunt in libro verborum dierum regum israel? Dormiuitque amri cum patribus suis: & sepultus est in samaria: regnauitque achab filius eius pro eo. Achab vero filius amri regnauit super israel anno tricesimo octauo asa regis iuda.

G Et regnauit achab filius amri super israel in samaria viginti & duobus annis. Et fecit achab filius amri malum in conspectu domini super omnes qui fuerunt ante eum. Nec suffecit ei vt ambularet in peccatis hieroboam filij nabath: insuper duxit vxorem iezabel filiam methbaal regis sydoniorum. // Et abijt & seruiuit baal & adorauit eum: & posuit aram baal in templo baal: quod edificauerat in samaria: & plantauit lucum. Et addidit achab in opere suo irritans dominum deum israel super omnes reges israel qui fuerunt ante eum. In diebus eius edificauit ahiel de bethel hiericho. In abiram primitiuo suo fundauit eam: & in segub nouissimo suo posuit portas eius: iuxta verbum domini quod locutus fuerat in manu iosue filij nun.

¶ Ca. Sū. ¶ Venit helias ad achab: claudit celum ne pluat: pascitur a coruis: & postea a muliere sareptana suscipitur & farina de hydria & lecythus olei non defecit: et eius filium suscitat helias. Cap. xvij.

A Et dixit helias thesbites de habitatoribus galaad ad achab. // Viuit dominus deus israel in cuius conspectu sto: si

Marginal notes: sup. 14. c. & j. 21. f. — Mo. + non reliquit ei. 4. Re. 9. g — Mo. + secum domus regiam — Mo. + thebni filium gineth — Mo. + samarie — Mo. + ethbaal 4. Reg. 10. d. — Infra. 18. c. 4. re. 5. c. Jaco. 5. c.

erit annis his ros ⁊ pluuia: nisi iuxta oris
mei vba. Et factũ ẽ vbũ dñi ad eũ dicẽs.
Recede hinc ⁊ vade ꝯ orientẽ: ⁊ abscõdere
in torrente carith q est ꝯ iordanẽ: ⁊ ibi de
torrente bibes. Coruisq; pcepi vt pascant
te ibi. Abijt ergo ⁊ fecit iuxta vbum dñi.
Cũq; abijsset sedit in torrente carith q est
ꝯ iordanem. Corui q̃q; deferebant ei panẽ
⁊ carnes mane: sil̃r panes ⁊ carnes vespi: ⁊
bibebat de torrente. Post dies aũt aliquã-
tos siccatꝰ est torrẽs. Nõ enim pluerat super
terrã. Factꝰ est sermo dñi ad eum dicens.
Surge ⁊ vade in sareptã sidonioꝝ ⁊ ma
nebis ibi. Precepi enim ibi mulieri vidue
vt pascat te. Surrexit: ⁊ abijt i sareptã si-
donioꝝ. Cũq; venisset ad portã ciuitatis:
apparuit ei mulier vidua colligẽs ligna. Et
vocauit eã: dixitq; ei. Da mihi paululum
aq̃ in vase vt bibã. Cũq; illa pgeret vt af-
ferret: clamabat post tergũ eiꝰ dicẽs Affer
mihi obsecro ⁊ bucellã panis i manu tua.
Que rñdit. Uiuit dñs deꝰ tuus: q2 nõ ha
beo panẽ nisi q̃tũ pugillus cape põt farĩ
ne i hydria ⁊ paululũ olei in lecytho. En
colligo duo ligna: vt igrediar ⁊ faciã illud
mihi ⁊ filio meo: vt comedamꝰ ⁊ moria-
mur. Ad quã helias ait. Noli timere: sꝫ va
de ⁊ fac sicut dixisti. Uerũtñ mihi pmũ fac
de ipsa farinula subcinericiũ panẽ paruu
lũ ⁊ affer ad me: tibi aũt ⁊ filio tuo facies
postea. Hec aũt dicit dñs deꝰ isrl̃. Hydria farĩ
ne nõ deficiet: nec lecythꝰ olei minuetur vsq;
in diẽ in q̃ dñs daturꝰ est pluuiã sup faciẽ
terre. Que abijt ⁊ fecit iuxta vbũ helie. Et co
medit ipse ⁊ illa ⁊ domꝰ eius. Et ex illa die
hydria farine nõ defecit: ⁊ lecythꝰ olei non
est imminutus iuxta vbũ dñi qd locutꝰ
fuerat in manu helie. Factũ est autem post
vba hec egrotauit filius mulieris mr̃is fa
milias ⁊ erat lãguor fortissimꝰ ita vt non
remaneret i eo halitꝰ. Dixit ergo ad heliã
Quid mihi ⁊ tibi vir dei: ingressus es ad
me vt rememorarent̃ iniq̃tates mee: ⁊ in
terficeres filiũ meũ? Et ait ad eũ helias.
Da mihi filiũ tuũ. Tulitq; eũ de sinu
eiꝰ: ⁊ portauit i cenaculũ vbi ipse mane-
bat: ⁊ posuit sup lectulũ suũ: ⁊ clamauit
ad dñm ⁊ dixit. Dñe deꝰ meꝰ etiãne viduã
apd quã ego vtcũq; sustẽtor afflixisti: vt i-
terficeres filiũ eiꝰ? Et expãdit se atq; mẽ
sus est sup pueꝝ tribꝰ vicibꝰ. Et clamauit
ad dñm ⁊ ait. Dñe deꝰ meꝰ reuertat̃ ob-
secro aĩa pueri huiꝰ in viscera eiꝰ. Et exau
diuit dñs vocẽ helie: ⁊ reuersa est aĩa pue-
ri intra eũ ⁊ reuixit. Tulitq; helias pueꝝ
⁊ deposuit eũ de cenaculo in inferiorẽ do-
mũ: ⁊ tradidit mr̃i sue. Et ait illi. En vi-
uit filiꝰ tuꝰ. Dixitq; mulier ad heliã. Nũc
in isto cognoui qm̃ vir dei es tu: ⁊ verbũ
domini in ore tuo verum est.

¶ Ca. xviij. ¶ Uenit helias ad achab vt da-
ret ei pluuiã: de abdia q centũ pphas dñi
abscõdit ⁊ pauit: de ostẽsiõe helie ad achab:
de interfectiõe sacerdotũ baal ⁊ helia post
consũptionem holocausti: ⁊ igne misso
de celo: de pluuia data. Cap. xviij.

Post dies multos factũ est vbum dñi
ad heliã in anno tertio dicẽs. Uade
⁊ ostẽde te achab: ⁊ dem pluuiã sup faciẽ ter
re. Iuit ergo helias vt ostenderet se achab.
Erat autẽ fames vehemẽs in samaria. Uo
cauitq; achab abdiã dispẽsatorẽ domꝰ sue
Abdias aũt timebat dñm deũ valde. Nã cũ
interficeret iezabel pphetas dñi: ille tulit cẽ
tũ pphetas ⁊ abscõdit eos quĩquagenos ⁊ quĩ
quagenos in speluncis ⁊ pauit eos pane et
aq̃. Dixit ergo achab ad abdiã. Uade i ter
ram ad vniuersos fontes aq̃rum: ⁊ cunctas
valles: si forte possimus inuenire herbam
⁊ saluare equos ⁊ mulos: ⁊ nõ penitꝰ iumẽ
ta intereant. Diuiseruntq; sibi regiones
vt circuirẽt eas. Achab ibat p viã vnã: ⁊
abdias p viam alterã seorsũ. Cũq; esset
abdias in via: helias occurrit ei. Qui cum
cognouisset eũ: cecidit sup faciem suam ⁊
ait. Nũ tu es dñe mi helias? Cui ille rñdit.
Ego. Et dixit. Uade ⁊ dic dño tuo. Adest
helias. Et ille. Quid peccaui inquit qm̃
tradis me seruũ tuũ in manu achab vt
interficiat me? Uiuit dñs deꝰ tuꝰ: q2 non
est gẽs aut regnũ in quo nõ miserit dñs
meus te requirẽs. Et rñdẽtibꝰ cũctis: nõ
est hic. adiurauit regna singula ⁊ gẽtes eo
q nequaq̃ reperireris. Et nũc dicis mihi
vade ⁊ dic dño tuo: adest helias? Cũq; re-
cessero a te: spũs dñi asportabit te in locũ
quẽ ego ignoro: ⁊ ingressus nũciabo achab:
⁊ nõ inueniẽs te interficiet me. Seruus
autẽ tuus timet dñm ab infantia sua. Nũ
qd nõ indicatũ est tibi dño meo: qd fece-
rim cũ interficeret iezabel pphetas dñi: q
absconderim de pphetis dñi centũ viros
quĩquagenos ⁊ quĩquagenos in speluncis ⁊
pauerim eos pane ⁊ aqua? Et nunc tu di-

Marginal notes (left): Ps.41.c. helitie. 23.q.4. §.sed obijcit — B — 7.q.i. sciscitaris. De iure iurã.c. si christus — Lu.4.d — Als sarepta — Als sarepta — Ju.4.c. — Eccl.45.a. — C — D — 4.Re.4.f. — Act.20.c.

Marginal notes (right): A — 23.q.4. c.nimiũ ⁊.q.eadẽ. §.sed obijcit — B — Als supest et — C

tis vade & dic dño tuo: adest helias vt interficiat me. Et dixit helias. Uiuit dñs exercituum ante cuius vultum sto: q: hodie apparebo ei. Abijt ergo abdias i occursum achab & indicauit ei. Uenitq3 achab in occursu3 helie. Et cum vidisset eu3: ait. Tu ne es ille q cõturbas israel. Et ille ait. Non ego turbaui isrl: s3 tu & domus patris tui: q dereliquistis mãdata dñi & secuti estis baalim. Ueruntñ nunc mitte & ꝯgrega ad me vniuersum isrl in monte carmeli & prophetas baal quadringentos quinquaginta: prophetasq3 lucoꝝ quadringentos q comedunt de mensa iezabel. Misit achab ad oẽs filios israel & ꝯgregauit prophetas in monte carmeli. Accedẽs autẽ helias ad oẽm ppl̃m israel ait. Usq3quo claudicatis in duas partes. Si dñs est de⁹: sequimini eum. Si aute3 baal: sequimini illum. Et non rñdit ei ppls verbu3. Et ait rursus helias ad ppl̃3. Ego remansi propheta dñi solus: prophete autem baal quadringenti & quinquaginta, prophetæq3 lucoꝝ quadringenti viri sunt. Dent nobis duo boues & illi eligant sibi boue3 vnu3 & in frusta cedentes ponãt sup ligna: ignem aũt nõ supponãt. Et ego faciã bouẽ alteꝝ: & imponã sup ligna: ignẽ aũt nõ suppona3. Inuocate noĩa deoꝝ vroꝝ & ego inuocabo nomẽ dñi mei: & de⁹ q exaudierit p igne3 ipse sit de⁹. Rñdẽs oĩs ppl̃s ait. Optima propositio quã locut⁹ est helias. Dixit ergo helias prophetis baal. Eligite vobis bouem vnu3 & facite primi q: vos plures estis: & inuocate noĩa deoꝝ vestroꝝ: ignẽq3 non supponatis. Qui cu3 tulissent boue3 quẽ dederat eis: fecerunt & inuocabãt nomen baal de mane vsq3 ad meridiẽ dicẽtes. Baal exaudi nos. Et non erat vox: nec qui rñderet. Trãsiliebantq3 altare qd fecerãt. Cũq3 esset iã meridies: illudebat illis helias dicens. Clamate voce maiore. De⁹ eni3 est et forsitan loquit: aut in diuersorio ẽ aut in itinere aut certe dormit vt excitet. Clamabant ergo voce magna: & incidebãt se iuxta ritum suu3 cultris & lanceolis donec perfunderent sanguine. Postq̃ aũt transijt meridies: & illis prophetantibus venerat tẽpus quo sacrificium offerri solet: nec audiebat vox nec aliquis respondebat nec attendebat orantes: dixit helias oĩ ppl̃o. Uenite ad me. Et accedente ad se ppl̃o curauit altare dñi qd destructum fuerat: & tulit duodecim lapides iuxta numeru3 tribuum filioꝝ iacob: ad que3 factus est sermo dñi dicens: israel erit nomen tuum: & edificauit de lapidibus altare i nomine dñi. Fecitq3 aqueductum: quasi per duas aratiũculas in circuitu altaris: & cõposuit ligna: diuisitq3 p membra boue3: & posuit super ligna & ait. Implete quattuor hydrias aqua: & fundite sup holocaustum & super ligna. Rursumq3 dixit. Etiam secundo hoc facite. Qui cum fecissent secundo ait. Etiã tertio id ipsu3 facite. Feceruntq3 tertio: & currebãt aq circũ altare & fossa aqueduct⁹ repleta est. Cũq3 iam tp̃s esset vt offerret holocaustum: accedens helias propheta ait. Dñe deus habraã & isaac & isrl: ostẽde hodie q: tu es deus israel & ego seruus tu⁹. & iuxta preceptum tuu3 feci oĩa verba hec. Exaudi me dñe exaudi me: vt discat ppl̃s iste: q: tu es dñs deus & tu ꝯuertisti cor eoꝝ iterum. Cecidit autẽ ignis dñi & vorauit holocaustum & ligna & lapides puluerem quoq3 & aquam q̃ erat in aqueductu lambens: Qd cu3 vidisset oĩs populus: cecidit in faciem suam: & ait. Dñs ipse est de⁹: dñs ipse est deus. Dixitq3 helias ad eos. Apprehendite prophetas baal: ne vnus quidem effugiat ex eis. Quos cum apprehendissent duxit eos helias ad torrentem cyson. Et interfecit eos ibi. Et ait helias ad achab. Ascende comede & bibe: q: sonus multe pluuie est. Ascendit achab vt comederet & biberet. helias autem ascendit in verticẽ carmeli & pronus in terrã posui faciem suas inter genua sua: & dixit ad pueru3 suum. Ascende & prospice ꝯ mare. Qui cu3 ascendisset & contẽplatus esset ait. Non est q̃cq̃. Et rursu3 ait illi. Reuertere septẽ vicib⁹. In septima autẽ vice ecce nubecula parua quasi vestigium hoĩs ascendebat de mari. Qui ait. Ascẽde & dic achab. Junge curru3 tuum & descende ne occupet te pluuia. Cũq3 se verteret huc atq3 illuc ecce celi contenebrati sunt: & nubes & ventus: & facta est pluuia grandis. Ascendens itaq3 achab abijt in iezrael, & manus dñi facta est super heliam accinctisq3 lumbis currebat ante achab donec veniret in iezrahel.

¶ Ca. xix. ¶ Fugit helias iezabel: dormit sub vmbra iuniperi mane in spelũca petit anime sue mortem: videt dominũ: mittit vngere azahel regem super syriam & hiere-

Marginalia: Sup. 17 c. — 4 re. 4. b. — 11. q. 7. §. si. 23. q. 4. c. q peccat — D — Fol. 49. ca. si. de regularib⁹ ca. in penult. in glo. — M. dñi — 1. re. 9. b sup. 2. f. — E — F — 3. 4. l. c cum scriptura in glo. — G — 32. q. 4. c. nimiũ & q. 5. ca. reos. 12. q. 4. c. q peccat §. s3 obijcitur. & c. ca. vl. dicta. — sup. 17. a. — Jac. 5. d.

sup isrl' & heliseum in prophetam pro se: heliseus sequitur & sibi ministrat. Ca.xix.

A Nunciauit aut achab iezabel oia q fecerat helias & quo occidisset vniuersos pphetas baal gladio. Misitq; iezabel nuciu ad helia dices. // Hec mihi faciant dij & hec addat: nisi hac hora cras posuero aiam tua sicut aia vni' ex illis. // Timuit ergo helias: & surges abijt quocuq; eu ferebat volutas. Venitq; in bersabee iuda: & dimisit ibi puer suu: & pcessit in desertu via vni' diei. Cuq; venisset & sederet subter vna iunipe: petiuit aie sue vt moreret: & ait. // Sufficit mihi dne: tolla aia mea. Neq; eni melior su q patres mei. Proiecitq; se: & obdormiuit in vmbra iuniperi. Et ecce agelus dni tetigit eum: & dixit illi. Surge: comede. Respexit: & ecce ad caput suu subcinericius panis & vas aq. Comedit ergo & bibit: & rursu obdormiuit. Reuersusq; e agelus dni scdo: & tetigit eu: dixitq; illi. Surge comede. Gradis eni tibi restat via. Qui cu surrexisset: comedit & bibit: & abulauit i fortitudine cibi illi' qdraginta dieb' & qdraginta noctibus vsq; ad mote dei oreb. Cuq; venisset illuc: mansit i spelunca. Et ecce sermo dni ad eu: dixitq; ei. // Quid hic agis helia? At ille rndit. zelo zelat' su p dno deo exercituu q dereliqrut pactu dni filij isrl. // Altaria tua destruxerut & pphetas tuos occiderut gladio: & derelictus su ego solus: & qrut aiam mea vt auferat ea. Et ait ei. Egredere & sta in monte cora dno. Et ecce dns transijt: & spus gradis & fortis subuertes motes & coterens petras ante dnm. Non in spu dns. Et post spm comotio. No i comotioe dns. Et post comotione ignis. No in igne dns. Et post igne sibilus aure tenuis. // Qd cu audisset helias operuit vultu suu pallio: & egressus stetit in ostio spelucae: & ecce vox ad eu dicens. Quid hic agis helia? Et ille rndit. zelo zelat' su p dno deo exercituu: q dereliqrut pactu tuu filij israel. Altaria tua destruxerut & pphetas tuos occiderut gladio: & derelictus su ego solus: & qrunt aiam mea vt auferat ea. // Et ait dns ad eu. Vade & reuertere in via tua p desertu in damascu. Cuq; perueneris illuc // vnges azahel rege sup syria: & iehu filiu namsi vnges rege sup isrl. heliseu aut filiu saphat q e de abelmeula vnges pphta pro te. Et erit quicuq; fugerit gladiu azahel: occidet eu iehu: & quicuq; fugerit gladiu iehu interficiet eu heliseus. Et derelinqua mihi in isrl septe milia viro // quo genua no sunt incuruata ante baal: & oe os qd no adorauerit eu osculas manu. Profectus ergo inde helias reppit heliseu filiu saphat arate in duodecim iugis bou: & ipse in duodeci iugis bou arantibus vnus erat. Cuq; venisset helias ad eum: misit pallium suum super eu. Qui statim relictis bob' cucurrit post heliam & ait. Osculer oro pre meu & mre mea: & sic seqr te. Dixitq; ei. Vade & reuertere. Qd eni meu erat feci tibi. Reuersus aut ab eo tulit par boum & mactauit illo: & in aratro bou coxit carnes & dedit pplo & comederunt. Consurgensq; abijt & secutus est heliam & ministrabat ei.

Ca. Su. De pma obsidioe samarie et fuga benadab regis syrie p pueros pncipu puinciar: de pugna scda cu syris & eor interfectioe & benadab ret' & dimissus e: de ppha q dixit alteri: pcute me q pphetauit ad achab & custodi viru istum. Cap.xx.

A Orro benadab rex syrie congregauit oes exercitu suu: & triginta duos reges secu & eqs & curr': & ascedens pugnabat 9 samaria: & obsedit ea. Mittesq; nucios ad achab rege isrl i ciuitate ait. Hec dicit benadab. Argetu tuu & au tuu meu est: & vxores tue & filij tui optimi mei sut. Rnditq; rex isrl. Iux vbu tuum dne mi rex: tu' su ego & oia mea. Reuertetesq; nucij dixerut. Hec dic benadab q misit nos ad te. Argetu tuu & au tuu & vxores tuas & filios tuos dabis mihi. Cras igit hac ea de hora mitta suos meos ad te & scrutabut domu tua & domu suo tuo: & oe qd eis placuerit ponet in manib' suis & auferet. Vocauit at rex isrl oes seniores tre: & ait. Aduertite & videte: qm insidiet nob. Misit n. ad me p vxorib' meis: & filijs' & p argeto & auro & no abnui. Dixerutq; oes maiores natu & vniuersus pples ad eum. No audias neq; acqescas illi. Rnditq; nucijs benadab. Dicite dno meo regi. Oia pp que misisti ad suu tuu in initio facia: hanc aute re facere no possu. Reuersiq; nuncij retulerunt ei. Qui remisit & ait. Hec faciat mihi dij & hec addat si sufficerit puluis samarie pugillis oia pplu q seqt me. Et rndens rex isrl ait. Dicite ei. Ne glorie

Margin notes: 4.re.4. / B / 7.q.i.c.sci litaris. / Jone. 4.a / B / supra eo. / Ro.11.a / C / Sup eo. / Eccl.48. b. / Hec sacra vnctione c. vnctio / D / Ro.11.a / 86.di.c. no satis & ite dns / A / Mo + a

accinct⁹ eque vt discinct⁹. Factū est autē cū audisset benadab v̄bū istō: bibebat ipse et reges in vmbraculis: ⁊ ait suis suis. Cir-

C cūdate ciuitatē. Et circundederūt eā. Et ecce ꝓpheta vn⁹ accedēs ad achab regē isrl̄: ait ei. Hec dicit dn̄s. Certe vidisti oēz multitudinē hanc nimiā. Ecce ego tradā eā in manuz tuā hodie: vt scias q: ego suz dn̄s. Et ait achab. Per quez. Dixitqȝ ei. Hec dicit dn̄s. Per pedissequos p̄ncipū ꝓuinciarū. Et ait. Quis incipiet preliari. Et ille dixit. Tu. Recensuit ergo pueros p̄ncipuz ꝓuinciaꝝ ⁊ repperit numeꝝ ducentoꝝ triginta duoꝝ. Et recēsuit post eos ppl̄m: oēs filios isrl̄ septē milia: ⁊ egressi sunt meridie. Benadab autē bibebat tumulēt⁹ in vmbraculo suo: ⁊ reges trigintaduo cū eo: q ad auxiliū ei⁹ venerāt. Egressi sūnt aūt pueri p̄ncipuz ꝓuinciaꝝ in p̄ma fronte. Misit itaqȝ benadab: q nunciauerūt ei dicentes. Uiri egressi sūt de samaria. At ille ait. Siue ꝓ pace veniūt app̄hēdite eos viuos: siue vt p̄lient viuos eos capite. Egressi sūt ergo pueri

D p̄ncipū ꝓuinciaꝝ: ac reliqu⁹ exercit⁹ sequebat. Et pcussit vnusqsqȝ viꝝ qui ꝯ se veniebat. Fugeruntqȝ syri ⁊ psecut⁹ est eos isrl̄. Fugit q̄z benadab rex syrie i equo cuz equitib⁹ suis. Nec nō egressus rex israel pcussit equos ⁊ curr⁹: ⁊ pcussit syriā plaga magna nimis. Accedēs aūt ꝓpha ad regē isrl̄ dixit ei. Uade ⁊ cōfortare: ⁊ scito ⁊ vide quid facias. Seqnti eniz anno rex syrie ascēdet

Infra eo. ꝯ te. Serui v̄o regis syrie dixerunt ei. Dij mōtiuz sūt dij eoꝝ: idō supauerūt nos. Sz melius est vt pugnem⁹ ꝯ eos in cāpestrib⁹: ⁊ obtinebim⁹ eos. Tu ḡ v̄bū hoc fac. Amo-

a se ✝ suo ue reges singulos ab exercitu ✝ tuo ⁊ pone p̄ncipes pro eis: ⁊ instaura numeꝝ militum qui ceciderunt de tuis: ⁊ equos fm equos pristinos: ⁊ currus fm curr⁹ quos ante habuisti: ⁊ pugnabim⁹ ꝯ eos in cāpestrib⁹: ⁊ videbis q obtinebimus eos. Credidit consilio eorum ⁊ fecit ita. Igit̄ postq̄ annus trāsierat recēsuit benadab syros: ⁊ ascendit in afec: vt pugnarent ꝯ israel. Porro isrl̄ recensiti sunt: ⁊ acceptis cibarijs ꝓfecti ex aduerso: castraqȝ metati sūt ꝯ eos q̄si duo parui greges capraꝝ: syri autē repleuerunt terrā. Et accedēs vnus vir dei dixit ad regem israel. Hec dicit dn̄s. ꝗ

E Q: dixerunt syri: deus montiuz est dn̄s:

Supra eo. nō est de⁹ valliū dabo oēm multitudinez hanc grandē in manu tua: ⁊ scietis q: ego suz dn̄s. Dirigebātqȝ septē dieb⁹ ex aduerso hi atqȝ illi acies: septima aūt die cōmissum est bellū. Percusseruntqȝ filij isrl̄ de syris centū milia peditū in die vna. Fuge-

Afec ✝ runt ✝ aūt q remanserunt in afec in ciuitatē: ⁊ cecidit murus sup vigintiseptē milia hoīum q remanserant. Porro benadab fugiens ingressus est ciuitatē in cubiculū qd̄ erat intra cubiculū. Dixerūtqȝ ei serui sui. Ecce audiuim⁹ q reges domus isrl̄ clementes sint. Ponamus itaqȝ saccos in lumbis nr̄is ⁊ funiculos in capitib⁹ nr̄is: ⁊ egrediamur ad regē israel: forsitan saluabit aīas nr̄as. Accinxerunt saccis lumbos suos: ⁊ posuerūt funiculos i capitib⁹ suis: venerūtqȝ ad regē isrl̄ ⁊ dixerunt ei. Ser-

F uus tuus benadab dicit. Uiuat oro te aīa mea. Et ille ait. Si adhuc viuit frater me⁹ est. Qd̄ acceperunt viri ꝓ omine: ⁊ festinātes rapuerunt v̄bū ex ore eius atqȝ dixerunt. Frater tuus benadab viuit. Et dixit eis. Ite ⁊ adducite eū ad me. Egressus est ergo ad eū benadab: ⁊ leuauit eum in curruz suuz. Qui dixit ei. Ciuitates quas tulit pater meus a p̄re tuo reddā: ⁊ plateas fac tibi in damasco sicut fecit pater me⁹ in samaria: ⁊ ego federat⁹ recedā a te. Pepigit ergo fedus: ⁊ dimisit eū. Tunc vir quidā de filijs ꝓphetaꝝ dixit ad sociū suuz in sermōe dn̄i. Percute me. At ille noluit pcutere. Cui ait. Q: noluisti audire vocem dn̄i: ecce recedes a me ⁊ pcutiet te leo. Cūqȝ paululū recessisset ab eo: inuenit eū leo atqȝ pcussit. Sz ⁊ alteꝝ inueniens virum dixit ad eū. Percute me. Qui pcussit eū: ⁊ vulnerauit. Abijt ergo ꝓpha ⁊ occurrit re-

G gi in via: ⁊ mutauit aspsione pulueris os ⁊ oculos suos. Cūqȝ rex trāsisset: clamauit ad regē: ⁊ ait. Seru⁹ tu⁹ egressus est ad p̄liadū in cominus. Cūqȝ fugisset vir vn⁹: adduxit eū qdā ad me: ⁊ ait. Custodi virū istuz. Qui si lapsus fuerit erit aīa tua pro aīa eius: aut talētuz argenti appendes. Dū autez ego turbatus huc illucqȝ me verterē: subito non cōparuit. Et ait rex isrl̄ ad eum. Hoc est iudiciuz tuuz qd̄ ipse decreuisti. At ille statiz abstersit puluerē de facie sua: ⁊ cognouit eū rex isrl̄ q esset de ꝓphetis. Qui ait ad eum. Hec dicit dn̄s. Quia dimisisti virum dignuz morte de manu tua: erit anima tua pro anima eius: ⁊ po-

pulus tuus pro populo eius. Reuersus est igitur rex israel in domum suam audire contemnens: et furibundus venit in samariam.

Als. samaria

¶ Ca. Sū. ¶ De occisione naboth pro vinea sua: iezabel mittit vt occidatur naboth: lapidatur naboth: et helias qualiter increpauit achab: de penitentia achab. Cap. xxi.

A Post verba autem hec tempore illo vinea erat naboth iezraelite que erat in iezrael iuxta palatium achab regis samarie. Locutus est ergo achab ad naboth dicens. Da mihi vineam tuam: vt faciam mihi hortum olerum: quia vicina est et prope domum meam: daboque tibi pro ea vineam meliorem. Aut si commodius tibi putas: argenti precium quantum digna est. Cui respondit naboth. Propitius sit mihi dominus ne dem hereditatem patrum meorum tibi. Uenit ergo achab in domum suam indignans et frendens super verbo quod locutus fuerat ad eum naboth iezrahelites dicens: non dabo tibi hereditatem patrum meorum. Et proijciens se in lectulum suum auertit faciem suam ad parietem et non comedit panem. Ingressa est autem ad eum iezabel vxor sua: dixitque ei. Quid est hoc: vnde anima tua contristata est: et quare non comedis panem? Qui respondit ei. Locutus sum naboth iezrahelite: et dixi ei. Da mihi vineam tuam: accepta pecunia: aut si tibi placet dabo tibi vineam meliorem pro ea. Et ille ait. Non dabo tibi vineam meam. Dixit ergo ad eum iezabel vxor eius.

C Grandis auctoritatis es: et bene regis regnum israel. Surge et comede panem et equo animo esto. Ego dabo tibi vineam naboth iezrahelite. Scripsit itaque literas ex nomine achab et signauit eas annulo eius: et misit ad maiores natu et optimates qui erant in ciuitate eius habitabant cum naboth. Literarum autem hec erat sententia. Predicate ieiunium et sedere facite naboth inter primos populi. Et submittite duos viros filios belial contra eum et falsum testimonium dicant. Benedixit naboth deum et regem. Et educite eum et lapidate: sicque moriatur. Fecerunt ergo ciues eius maiores natu et optimates qui habitabant cum eo in vrbe: sicut preceperat eis iezabel: et sicut

D scriptum erat in literis quas miserat ad eos. Predicauerunt ieiunium: et sedere fecerunt naboth inter primos populi. Et adductis duobus viris filijs diaboli fecerunt eos sedere contra eum. Et illi scilicet vt viri diabolici dixerunt contra eum testimonium coram multitudine. Benedixit naboth deum et regem. Quobrem eduxerunt eum extra ciuitatem et lapidibus interfecerunt. Miseruntque ad iezabel dicentes. Lapidatus est naboth: et mortuus est. Factum est autem cum audisset iezabel lapidatum naboth et mortuum: locuta est ad achab. Surge posside vineam naboth iezrahelite: qui noluit tibi acquiescere: et dare eam accepta pecunia. Non enim viuit naboth: sed mortuus est. Quod cum audisset achab mortuum videlicet naboth: surrexit et descendebat in vineam naboth iezrahelite vt possideret eam. Factus est igitur sermo domini ad heliam thesbiten dicens. Surge et descende in occursum achab regis israel: qui est in samaria. Ecce ad vineam naboth descendit vt possideat eam. Et loqueris ad eum dicens. Hec dicit dominus deus. Occidisti insuper et possedisti. Et post

Act. 7. g

E

F hec addes. Hec dicit dominus. In loco hoc in quo linxerunt canes sanguinem naboth: lambent quoque sanguinem tuum. Et ait achab ad heliam. Num inuenisti me inimicum tibi. Qui dixit. Inueni: eo quod venundatus sis vt faceres malum in conspectu domini. Hec dicit dominus. Ecce ego inducam super te malum: et demetam posteriora tua et interficiam de achab mingentem ad parietem et clausum et vltimum in israel. Et dabo domum tuam sicut domum hieroboam filij nabath: et sicut domum baasa filij ahia: quia egisti vt me ad iracundiam prouocares: et peccare fecisti israel. Sed et de iezabel locutus est dominus dicens. Canes comedent iezabel in agro iezrahel. Si mortuus fuerit achab in ciuitate comedent eum canes. Si autem mortuus fuerit in agro: comedent eum volucres celi. Igitur non fuit alter talis sicut achab: qui venundatus est vt faceret malum in conspectu domini.

4. reg. sup. 14. c. infra. 16. et 22. f.

G Concitauit enim eum iezabel vxor sua et abominabilis factus est: intantum vt sequeretur idola que fecerant amorrei quos consumpsit dominus a facie filiorum israel. Itaque cum audisset achab sermones istos: scidit vestimenta sua: et operuit cilicio carnem suam: ieiunauitque et dormiuit in sacco et ambulauit dimisso capite. Et factus est sermo domini ad heliam thesbiten dicens. Nonne vidisti humiliatum achab coram me? Quia igitur humiliatus est mei causa non inducam malum in diebus eius: sed in diebus filij sui inferam malum domui eius.

1. Mach. 1. b.

Ps. 50. 9. c. 33. q. 3. c. conueniorum. De pe. di. 1. g. deni q. De pe. di. 3. c. tal in fi. ca. sicut achab et 9. niniuite.

¶ Ca. Sū. ¶ De conductu achab et iosaphat regum: de pseudis prophetis: de michea: de bello vbi perijt achab et classibus eius: post quem regnauit ioram filius eius. Cap. xxij.

A Transierunt igitur tres anni absque bello inter syriam et israel. In anno autem tertio

// 1.par. 18.a

descēdit iosaphat rex iuda ad regē isrl'. Dixitq; rex isrl' ad seruos suos. // Ignoratis q̄ nostra sit ramoth galaad: et negligim⁹ tollere eā de manu regis syrie? Et ait ad iosaphat. Uenies ne mecū ad prelīādum in ramoth galaad? Dixitq; iosaphat ad regē isrl'. // Sicut ego sum: ita et tu. Ppls me⁹ et ppls tu⁹ vnū sūt: et equites mei equites tui. Dixitq; iosaphat ad regem isrl'. // Quere oro te hodie s̄monē dn̄i. Cōgregauit ergo rex isrl' pphetas q̄dringētos circiter viros et ait ad eos. Ire debeo in ramoth galaad ad bellādū: an quiescere? Qui rn̄derūt.

// De fil. micheas. // 4.re.3.a

B Ascēde: et dabit eā dn̄s in manu regis. Dixit aūt iosaphat. Nō ē hic ppha dn̄i q̄spiā vt interrogem⁹ p eū. Et ait rex isrl' ad iosaphat. Remāsit vir vn⁹ p quē possum⁹ interrogare dn̄m. S; ego odi eū: q: nō pphetat mihi bonū s; malū: micheas fili⁹ iemla. Cui iosaphat ait Ne loq̄ris ita rex. Uocauit ergo rex isrl' eunuchū quēdā et dixit ei. Festina adducere micheā filiū iemla. Rex āt isrl' et iosaphat rex iuda sedebāt vnusq̄sq; in solio suo vestiti cultu regio: in area iuxta ostiū porte samarie: et vniuersi pphetē pphetabāt in cōspectu eox. Fecit quoq; sibi sedechias filius chanaan cornua ferrea et ait. Hec dicit dn̄s. His vētilabis syriā: donec deleas eā. Oēsq; pphete similiter pphetabāt dicētes. Ascēde in ramoth galaad: et vade psp̄e: et tradet dn̄s i manus regis. Nunci⁹ vero q̄ ierat vt vocaret micheā locutus est ad eū dicēs. Ecce

C sermones pphetarū ore vno regi bona p̄dicāt: sit ergo s̄mo tuus similis eox: et loq̄re bona. Cui micheas ait. Uiuit dn̄s: q: q̄cūq; dixerit mihi dn̄s hoc loquar. Uenit itaq; ad regē: et ait illi rex. Michea: ire debemus in ramoth galaad ad preliandū an cessare? Cui ille rn̄dit Ascēde et vade p̄spere: et tradet dn̄s in manu regis. Dixit aūt rex ad eū. Iterū atq; iterū adiuro te: vt nō loq̄ris mihi nisi qd̄ verū ē in noīe dn̄i. Et ille ait Uidi cūctū isrl' dispsum in mōtib⁹ quasi oues nō habētes pastorē. Et ait dn̄s. Nō hn̄t isti dn̄m. Reuertat' vnusq̄sq; in domū suā in pace. Dixit ergo rex ad iosaphat. Nūqd nō dixi tibi: q: nō pphetat mihi bonū: s; semp malū. Ille vo addēs ait: Propē hoc audi s̄monē dn̄i. Uidi dn̄m sedēt sup soliū suū: et oēm exercitū celi assistētē ei a dextris et a sinistris. Et ait dn̄s.

2.sup.18.b.

D Quis decipiet achab regē isrl': vt ascēdat et cadat in ramoth galaad? // Et dixit vnus verba huiuscemodi: et ali⁹ aliter. Egressus ē aūt spūs: et stetit corā dn̄o: et ait. Ego decipiā illū. Cui locut⁹ ē dn̄s. In quo? Et ille ait. Egrediar: et ero spūs mēdax i ore oim pphetax ei⁹. Et dixit dn̄s. Decipies et p̄ualebis. Egredere et fac ita. Nūc igit' ecce dedit dn̄s spūm mēdacij in ore oim pphetarū tuox q hic sunt: et dn̄s locut⁹ ē ꝯ te malū. Accessit āt sedechias fili⁹ chanaā et pcussit micheā in maxillā et dixit. Me ne ergo dimisit spūs dn̄i: et locut⁹ ē tibi. Et ait micheas. Uisur⁹ es i die illa qn̄ ingrederis in cubiculū intra cubiculū vt abscōdaris: et ait rex isrl'. Tollite micheam et maneat apd̄ amon p̄ncipē ciuitatis: et apd̄ ioas filiū amalech: et dicite eis. Hec dic̄ rex. Mittite virū istu; in carcerē et sustētate eū pa

// 2.par. 18.c.

E ne tribulatiōis et aq̄ angustie donec reuertar in pace. Dixitq; micheas. Si reuersus fueris i pace: nō ē locut⁹ in me dn̄s. Et ait. Audite ppli oēs. Ascēdit itaq; rex isrl' et iosaphat rex iuda in ramoth galaad. Dixit itaq; rex isrl' ad iosaphat. Sume arma et ingredere pliū: et induere vestib⁹ tuis. Porro rex isrl' mutauit habitū suū: et ingressus ē bellū. Rex aūt syrie p̄cepat p̄cipib⁹ curruū triginta duob⁹ dicēs. Nō pugnabitis ꝯ minorē et maiorē quēpiā ꝯ regē isrl' solū. Cū ergo vidissent p̄ncipes curruū iosaphat: suspicati sūt q ipe eēt rex isrl'. Et impetu fc̄o pugnabāt ꝯ eū. Et exclamauit iosaphat. Intellexerūtq; p̄ncipes curruū q̄ nō eēt rex isrl': et cessauerūt ab eo. ✠ Uir āt

Als ✠ vnus

qdā tetēdit arcū i incertū sagittā dirigēs et casu pcussit regē isrl' inter pulmonē et stomachū. At ille dixit aurige suo. Uerte manū tuā: et eijce me de exercitu: q: grauiter vulnerat⁹ sum. Cōmissuz ē ergo pliū in die illa. Et rex stabat in curru suo ꝯ syrios. Et mortu⁹ ē vespe. Fluebat ✠ āt sanguis plage in sinu curr⁹: et p̄co insonuit i vniuerso exercitu añq; sol occūberet dicēs. Unusq̄sq; reuertat' i ciuitatē et i terrā suā. Mortu⁹ est aūt rex et platus est in samariā. Sepelierūtq; regē in samaria et lauerūt currū ei⁹ in piscina samarie: et linxerūt canes sanguinē eius: et habenas lauerūt iuxta verbū dn̄i qd̄ locutus fuerat. // Reliqua aūt s̄monū achab et vniuersa q̄ fecit et domus ✠ eburneā quā edificauit:

// Als ✠ q;

F

// Als ✠ eburnee cas̄ge nimiu.

cūctarūqȝ vrbiū quas extruxit: nōne hec scripta sunt in libro sermonū dierū regū israel? Dormiuit ergo achab cū prib⁹ suis: ⁊ regnauit ochozias filius eius pro eo. Josaphat vero filius asa regnare cepat sup iudā anno quarto achab regis israel. Triginta quinqȝ annoꝝ erat cū regnare cepisset: ⁊ viginti quinqȝ annis regnauit in hierusalē. Nomē mrīs eius azuba filia salai. Et ābulauit in oī via asa prīs sui: ⁊ nō declinauit ex ea. Fecitqȝ qḋ rectū est in ꝯspectu dñi: verūtn̄ excelsa nō abstulit. Adhuc enim populus sacrificabat ⁊ adolebat incēsū in excelsis. Pacēqȝ habuit iosaphat cū rege israel. Reliqua aūt ꝟboꝝ iosaphat ⁊ opera eius q̄ gessit ⁊ plia: nōne hec scripta sunt in libro ꝟboꝝ dierū regū iuda?

G Sed ⁊ reliquas effeminatoꝝ qui remanserāt in dieb⁹ asa prīs eius abstulit de terra. Nec erat tūc rex cōstitut⁹ in edom. Rex vero iosaphat fecerat classes in mari q̄ nauigarēt in ophir ppͤ aurū: ⁊ ire nō potuerūt: q: cōfracte sunt in asyongaber. Tunc ait ochozias filius achab ad iosaphat. Uadāt serui mei cū seruis tuis in nauibus. Et noluit iosaphat. Dormiuitqȝ iosaphat cū prib⁹ suis: ⁊ sepult⁹ ē cū eis in ciuitate dauid prīs sui: regnauitqȝ iorā fili⁹ ei⁹ ꝓ eo. Ochozias aūt fili⁹ achab regnare cepit sup isrl̄ in samaria anno septimodecimo iosaphat regis iuda: regnauitqȝ super isrl̄ duob⁹ annis. Et fecit malū in cōspectu dñi: ⁊ ābulauit ī via prīs sui ⁊ matris sue: ⁊ in via hieroboā filij nabath q peccare fecit isrl̄. Seruiuit qȝ baal ⁊ adorauit eū: ⁊ irritauit dñz deū israel: iuxta omnia que fecerat pater eius.

¶ Explicit primus liber Malachim.i. Regum tertius.

¶ Incipit scḋs liber malachi.i.q̄rt⁹ Regū.

¶ Ca. Sm̄. ¶ De puaricatiōe moab ⁊ casu ochozie ⁊ egrotatiōe ei⁹: de ꝟbis angeli ad heliā sup ochoziā: de duob⁹ qnquagēarijs heliā igne ꝯsumptis: ꝯ morte ochozie: ⁊ iorā frīs ei⁹ ī gnauit ꝓ eo. c. j.

A PReuaricatus ē aūt moab in isrl̄ postq̄ȝ mortu⁹ ē achab. Ceciditqȝ ochozias p cācellos cenaculi sui qḋ habebat in samaria ⁊ egrotauit. Misitqȝ nūcios dicens ad eos. Jte ꝯsulite beelzebub deū accaron: vtrum viuere queā de infirmitate mea hac. Angelus aūt dñi locut⁹ est ad heliā thesbitē: dicēs. Surge ascende in occursum nuncioꝝ regis samarie: ⁊ dices ad eos. Nūquid nō est deus in israel vt eatis ad ꝯsulendū beelzebub deū accaron? Quāobrē hec dicit dñs. De lectulo super quē ascēdisti nō descēdes: sȝ morte morieris. Et abijt helias: reuersiqȝ sunt nuncij ad ochoziam. Qui dixit eis. Quare

Surrexerunt ergo leuite: mahath filius amasie et iohel filius azarie de filiis caath. Porro de filiis merari cis filius abdai: et azarias filius ialaleel. De filiis autem gerson: ioha filius zemma: et eden filius ioaha. At vero de filiis elisaphan samri et iahihel. De filiis quoque asaph: zacharias et mathanias: necnon de filiis heman: iahihel et semei. Sed et de filiis idithun semeias et ozihel. Congregaueruntque fratres suos et sanctificati sunt: et ingressi sunt iuxta mandatum regis et imperium domini vt expiarent domum dei. D Sacerdotes quoque ingressi templum domini vt sanctificarent illud extulerunt omnem immundiciam quam intro repererant in vestibulo domus domini: quam tulerunt leuite: et asportauerunt ad torrentem cedron foras. Ceperunt autem prima die mensis primi mundare: et in die octauo eiusdem mensis: ingressi sunt porticum domus templi domini. Expiaueruntque templum diebus octo: et in die sextadecima mensis eiusdem quod ceperant impleuerunt. Ingressi quoque sunt ad ezechiam regem: et dixerunt ei. Sanctificauimus omnem domum domini et altare holocausti: vasaque eius: necnon et mensam propositionis cum omnibus vasis suis: cunctaque templi supellectilem quam polluerat rex achaz in regno suo postquam preuaricatus est: et ecce exposita sunt E omnia coram altari domini. Consurgensque diluculo ezechias rex adunauit omnes principes ciuitatis: et ascendit in domum domini. Obtuleruntque simul tauros septem et arietes septem: et agnos septem: et hircos septem: pro peccato: pro regno: pro sanctuario: pro + iuda. Dixitque sacerdotibus filiis aaron vt offerrent super altare domini. Mactauerunt igitur tauros et susceperunt sanguinem sacerdotes et fuderunt illum super altare. Mactauerunt etiam arietes: et illorum sanguinem super altare fuderunt. Immolaueruntque agnos et fuderunt super altare sanguinem. Applicuerunt hircos pro peccato coram rege et vniuersa multitudine. Imposueruntque manus suas super eos et immolauerunt illos sacerdotes et asperserunt sanguinem eorum coram altari pro piaculo vniuersi israelis. F Pro omni quippe israel preceperat rex vt holocaustum fieret et pro peccato. Constituit quoque leuitas in domo domini cum cymbalis et psalteriis et citharis secundum dispositionem dauid regis et gad videntis et nathan prophete. Siquidem domini preceptum fuit per manum prophetarum eius. Steteruntque leuite tenentes organa dauid et sacerdotes tubas. Et iussit ezechias vt offerrent + holocausta super altare. Cumque offerrentur holocausta ceperunt laudes canere domino # et clangere tubis atque in diuersis organis que dauid rex israel repperat concrepare. Omni autem turba adorante: cantores et hi qui tenebant tubas erant in officio suo donec compleretur holocaustum. Cumque finita esset oblatio: incuruatus est rex et omnes qui erant cum eo: et adorauerunt. Precepitque ezechias et principes leuitis vt laudarent dominum sermonibus dauid et asaph videntis. Qui laudauerunt eum magna leticia et incuruato genu adorauerunt. G Ezechias autem etiam hec addidit. Impleuistis manus vestras domino: accedite et offerte victimas et laudes in domo domini. Obtulit ergo vniuersa multitudo hostias et laudes et holocausta mente deuota. Porro numerus holocaustorum que obtulit multitudo hic fuit. Tauros lxx. arietes centum agnos ducentos: sanctificaueruntque domino boues sexcentos et oues tria millia. Sacerdotes vero pauci erant nec poterant sufficere vt pelles holocau

alo+ iiii. Ale+ holocaustum. # .i.par. xv.d.

florum detraherent. Unde et leuite fres eorum adiuuerūt eos donec implerent opus et sanctificarent antistites. Leuite quippe faciliori ritu sctificant q̄ sacerdotes. Fuerūt ergo holocausta plurima adipes pacificorum et libamina holocaustorum. Et cōpletus ē cultus domus dñi. Letatusqȝ est ezechias et ois pplš eo q ministeriū dñi esset expletū. De repēte quippe hoc fieri + placuerat.

Al. + placuit

¶ La. Sū. ¶ De predicatoribus quos Ezechias misit in omnes israel vt venirent et celebrarent phase domino: et de pascha Ezechie domino celebrato. Cap. xxx.

A Misit qȝ ezechias ad omnē israel et iudam: scripsitqȝ epl̄as ad effraim et manassen vt venirēt ad domū dñi in hierusalem et facerēt phase domino deo isrl̄. Inito ergo consilio regis et principum et vniuersi cetus hierusalem decreuerunt vt facerent phase mēse secundo. Non enim occurrerant facere in tempore suo: quia sacerdotes qui possent sufficere sanctificati non fuerant: et populus nondum congregatus fuerat in hierusalem. Placuitqȝ sermo regi et omni multitudini: et decreuerūt vt mitterent nūcios in vniuersū isrl̄ de bersabee vsqȝ dan: vt venirent et facerent phase dño deo isrl̄ in hierlm. Multi enim nō fecerāt sicut in lege pscriptū est. Perrexerūtqȝ cursores cum eplis ex regis imperio et pncipū eius in vniuersum isrl̄ et iudam: iuxta id qd̄ rex iusserat pdicātes. Filij isrl̄ reuertimini ad dñm deū habraam et isaac et

Ipsa eo.

B israel: et reuertetur ad reliquias q̄ effugerūt + manus regis assyriorum. Nolite fieri sicut patres vestri et fratres: qui recesserunt a domino deo patrum suorum: et tradidit eos in interitū: vt ipsi cernitis. Nolite indurare ceruices vestras sicut patres vestri. Tradite manus vestras dño: et venite ad sanctuarium eius qd̄ sanctificauit in eternū. Seruite dño deo patrū vestrorum: et auertetur a vobis ira furoris eius. Si enim vos reuersi fueritis ad dominū: fres vestri et filij habebunt misericordiam coram dñis suis: qui illos duxerunt captiuos et reuertentur in terrā hanc. Pius enim et clemens est dominus deus vester: et nō auertet faciē suam a vobis: si reuersi fueritis ad eū. Igitur cursores pergebāt velociter de ciuitate in ciuitatem per terrā effraim et manasse vsqȝ ad zabulon: illis irridentibus et subsannantibus eos.

Al. + manu. uni.

Ipsus eo.

Attamen quidam viri ex aser et manasse et zabulon acquiescētes consilio: venerūt hierusalē. In iuda vero facta ē manus dñi vt daret eis cor vnū: vt facerēt iuxta pceptū regis et principum verbū dñi. Cōgregatiqȝ sunt in hierusalē ppli multi. vt facerēt solēnitatē azymorum in mēse scdo. Et surgētes destruxerūt altaria q̄ erāt in hierusalē: atqȝ vniuersa in qbus idolis adolebant incensum subuertētes proiecerunt in torrētem cedron. Immolauerūt aūt phase quartadecima die mēsis scdi. Sacerdotes quoqȝ atqȝ leuite tandē sanctificati obtulerūt holocausta in domo dñi: steteruntqȝ in ordine suo iuxta dispōnem et legē moysi hois dei. Sacerdotes vero suscipiebāt effūdendum sanguinē de manibus leuitarum eo q multa turba sanctificata nō eēt: et idcirco immolarēt leuite phase his qui nō occurrerāt sanctificari dño. Magna ēt pars ppli de effraim et manasse et isachar et zabulon q̄ sanctificata nō fuerat comedit phase: nō iuxta qd̄ scriptum est. Et orauit pro eis ezechias dicēs. Dñs bonus ppitiabitur cūctis qui in toto corde requirūt dñm deum patrū suorū: et non imputabit eis q minus sanctificati sunt. Quē exaudiuit dñs et placatus est pplo. Feceruntqȝ filij isrl̄ q inuenti sunt in hierusalē solēnitatē azymorū septē diebus in leticia magna: laudātes dñm per singulos dies: leuite quoqȝ et sacerdotes p organa que suo officio cōgruebāt. Et locutus est ezechias ad cor

D omnium leuitarum: q hēbant intelligētiā bonam sup dño. Et comederunt septē diebus solēnitatis imolantes victimas pacificorum et laudantes dñm deum patrū suorum. Placuitqȝ vniuerse multitudini vt celebrarēt ēt alios dies septē. Qd̄ et fecerūt cū ingēti gaudio. Ezechias aūt rex iuda pbuerat multitudini mille tauros: et septē milia ouiū. Pricipes vero dederāt pplo tauros mille: et oues decē milia. Sanctificata ē ergo sacerdotū plurima multitudo: et hilaritate pfusa ois turba iuda tā sacerdotū et leuitarum q̄ vniuerse freqntie q̄ venerat ex isrl̄: pselitorum quoqȝ de terra isrl̄ et habitātiū in iuda. Factaqȝ ē grādis celebritas in hierusalē qualis a diebus salomonis filij dauid regis isrl̄ in ea vrbe nō fuerat. Surrexerūt aūt sacerdotes atqȝ leuite benedicētes + pplo. Et exaudita est vox eorum: peruenitqȝ

Al. + domino
Al. + pplm

uenitq; oratio in habitaculu sanctu celi.

¶ Ca. xxxi. ¶ Ezechias sacerdotu et leuitaru diuisit offertoriu: de collatione decimaru: dantur: colliguntur: distribuunt: repetuntur: bona que fecit ezechias et quo modo psperatus est. Cap. xxxi.

A Cumq; hec fuisset rite celebrata egressus est ois israel q inuetus + fuerat in vrbib⁹ iuda: et fregerut simulacra: succideruntq; lucos: demoliti sunt excelsa et altaria destruxerut: no solu de vniuerso iuda et beniamin: sz et de effraim quoq; et manasse: donec penit⁹ euerteret. Reuersiq; sunt oes filij isrl in possessioes et ciuitates suas. Ezechias aut ostituit turmas sacerdotales: et leuiticas p diuisioes suas vnuquemq; in officio pprio ta sacerdotu videlicet q leuitaru ad holocausta et pacifica: vt ministraret et osfiterent caneretq; in portis castrorum dni. Pars aut regis erat vt de ppria ei⁹ substatia offerret holocaustu mane semp et vespere: sabbatis quoq; et caledis et solenitatib⁹ ceteris: sicut scriptu est in B lege moysi. Precepit et pplo habitatiu hierlm vt daret partes sacerdotib⁹ et leuitis: vt possent vacare legi dni. Qd cu percrebuisset in aurib⁹ multitudinis: plurimas obtulere pmitias filij isrl frumenti vini et olei: mellis quoq; et omnium que gignit hum⁹ decimas obtulerut. Sz et filij israel et iuda q habitabat in vrbib⁹ iuda obtulerut decimas boum: et ouiu: decimasq; sanctorum q vouerat dno deo suo: atq; vniuersa portates fecerut aceruos plurimos. Mese tertio ceperut aceruorum + iacere fundameta: et mese septimo copleuerut eos. Cuq; ingressi fuissent ezechias et pncipes ei⁹: viderut aceruos et bndixerut dno ac pplo israel. Interrogauitq; ezechias sacerdotes et leuitas: cur ita iacerent aceruj. Rndit illi azarias sacerdos pmus C de stirpe sadoch dices. Ex quo ceperut offerri primitie in domo dni: comedim⁹ et saturati sum⁹ et remanserut plurima: eo q bndixerit dns pplo suo. Reliquiarum aut est copia ista: qua cernis. Precepit igitur ezechias vt pparaet horrea in domo dni. Qd cu fecissent: intulerut ta pmitias q decimas: et quecuq; vouerat fideliter. Fuit autem pfect⁹ eorum chonenias leuita et semei frater ei⁹ secudus. Post que iehihel et azarias et naad et asahel et hierimoth: iozabat quoq; et elihel et iesmachias et maath et baneias ppositi sub manib⁹ chonenie et semei fratris ei⁹ ex imperio ezechie regis et azarie potificis dom⁹ dni: ad quos oia pertinebat. Core vo fili⁹ iemna leuites et ianitor orietalis porte ppositus erat his q sponte offerebant dno: pmitijsq; et osecratis in sancta sanctorum et sub cura ei⁹ eden et beniamin: iesue et semeias: amarias quoq; et sechenias in ciuitatib⁹ sacerdotu: vt fideliter distribueret fratrib⁹ suis ptes minorib⁹ atq; maiorib⁹: exceptis maribus ab annis trib⁹ et sup: a cuctis qui ingrediebant teplu dni. Et qcqd per singulos dies D coducebant in ministeriis atq; obseruationibus iuxta diuisiones suas: sacerdotib⁹ per familias et leuitis a vicesimo anno et supra p ordines et turmas suas: vniuersequ multitudini tam vxorib⁹ q liberis eorum vtriusq; sex⁹ fideliter cibi de his que sanctificata fuerat prebebatur. Sed et filiorum aaron per agros et suburbana vrbium singularu dispositi erat viri q partes distribuerent vniuerso sexui masculino: de sacerdotibus et leuitis. Fecit ergo ezechias vniuersa que diximus in omni iuda: operatusq; est bonu et rectum et veru cora dno deo suo: in vniuersa cultura ministerij domus dni iuxta lege et cerimonias: voles requirere deum suu in toto corde suo. Fecitq; et prosperatus est.

Ads + est

Ms + iacere

¶ Ca. xxxii. ¶ De strage facta ab angelo in castris sennacherib: d morte ipi⁹: d egritudine ezechie: d supbia cordis ei⁹ et humilitate: d diuitijs ei⁹: d pcto ei⁹ i nucijs babylois ondedo oia domus ei⁹: de morte ei⁹: de regno manasses filij eius. Ca. xxxij.

A Post q et huiuscemodi veritatem venit sennacherib rex assyriorum. Et in-

iiii. Re. 18. c.

gressus iudā obsedit ciuitates munitas: volēs eas cape. Qđ cum ✝ vidisset ezechias venisse .s. sennacherib ⁊ totū belli impetū3 verti ꝯ hierl'm inito cū p̄ncipib⁹ cōsilio viriliq3 fortissimis vt obturarent capita fontiū q erāt extra vrbē. Et hoc omniū decernēte s̄nīa ꝯgregauit plurimā multitudinē: ⁊ obturauerūt cunctos fontes ⁊ riuū q fluebāt in medio terre dicētes. Ne veniāt reges assyrioꝝ: ⁊ inueniāt aquarū abūdātiā. Edificauit quoq3 agēs idustrie oēm murū q fuerat dissipatus: ⁊ extruxit turres desup: ⁊ forinsec⁹ alterū murū.

Al's ✝ audisset

B

Instaurauitq3 mello in ciuitate dauid ⁊ fecit vniuersi generis armaturā ⁊ clypeos. Cōstituitq3 p̄ncipes bellatoꝝ in exercitu. Et ꝯuocauit vniuersos i platea porte ciuitatis ac locut⁹ est: ad cor eoꝝ dicens. Viriliter agite ⁊ confortamini. Nolite timere: nec paueatis reg: assyrioꝝ: ⁊ vniuersam multitudinē q̄ est cū eo. Multo .n. plures nobiscū sunt q̄3 cū illo. Cū illo .n. est brachiū carneū: nobiscū dn̄s de⁹ n̄r q auxiliator est n̄r: pugnatq3 ꝓ nobis. Cōfortatusq3 est pp̄ls huiuscemodi verbis ezechie regis iuda.

¶ 4. Reg. 6. d.

Que postq̄3 gesta sunt: misit sennacherib rex assyrioꝝ seruos suos hierl'm. Ipse .n. cū vniuerso exercitu obsidebat lachis ad ezechiā regem iuda ⁊ ad oēm pp̄lm q erat in vrbe dicēs.

C

Hec dicit sennacherib rex assyrioꝝ. In quo hn̄tes fiduciā sedetis obsessi in hierl'3. Num ezechias decepit vos vt tradat morti in fame ⁊ siti: affirmās q̄ dn̄s de⁹ vester liberet vos de manu regis assyrioꝝ. Nūqd nō iste est ezechias q destruxit excelsa illi⁹ ⁊ altaria: ⁊ p̄cepit iude ⁊ hierl'3 dicēs: corā altari vno adorabitis ⁊ in ipso cōburetis incēsum. An ignoratis q̄ ego fecerim: ⁊ p̄res mei cūctis terraꝝ pp̄lis. Nūqd p̄ualuerūt dij gentiū omniūq3 terrarū liberare regionē suā de manu mea? Quis est de vniuersis dijs gētiū q̄s vastauerūt p̄res mei qui potuerit eruere pp̄lm suū de manu mea: vt possit ēt de⁹ vester eruere vos de hac manu.

¶ 4. Reg. 18. f.

D

Nō vos ergo decipiat ezechias: nec vana p̄suasione deludat: neq3 credatis ei. Si enim nullus potuit de⁹ cūctaꝝ gentium atq3 regionū liberare pp̄lm suū de manu mea: ⁊ de manu patrū meoꝝ: ꝯsequenter nec de⁹ vester poterit eruere vos de hac manu. S3 ⁊ alia multa locuti sunt serui ei⁹ ꝯ dn̄3 deū: ⁊ ꝯ ezechiā seruum ei⁹. Epl'as quoq3 scripsit plenas blasphemie in dn̄m deū israel ⁊ locut⁹ est aduersū3 eū. Sicut dij gentiū ceteraꝝ nō potuerunt liberare pp̄lm suū de manu mea: sic ⁊ de⁹ ezechie eruere nō poterit pp̄lm suū de manu ista. Insup ⁊ clamore magno lingua iudaica ꝯ pp̄lm q sedebat in muris hierl'm psonabat: vt terreret eos ⁊ caperet ciuitatem.

E

Locutusq3 est ꝯ deū israel sicut aduersum deos pp̄loꝝ terre opa manuū hominū3. Orauerūt igit̄ ezechias rex ⁊ esaias filius amos ꝓphetes aduersū3 hāc blasphemiā: ac vociferati sūt vsq3 in celū. Et misit dn̄s angelū suū q pcussit oēm virū robustū ⁊ bellatorē ⁊ p̄ncipē exercit⁹ regis assyrioꝝ. Reuersusq3 est cū ignominia in terram suā. Cūq3 ingressus eēt domū dei sui: filij qui egressi fuerāt de vtero ei⁹ interfecerūt eū gladio. Saluauitq3 dn̄s ezechiā ⁊ habitatores hierl'm de manu sennacherib regis assyrioꝝ ⁊ de manu omniū3: ⁊ p̄stitit ei q̄etē p circuitū.

F

Multi ēt deferebāt hostias ⁊ sacrificia dn̄o in hierl'm: ⁊ munera ezechie regi iuda. Qui exaltat⁹ est post hec corā cūctis gentib⁹. In dieb⁹ illis egrotauit ezechias vsq3 ad mortē: ⁊ orauit dn̄3. Exaudiuitq3 eū: ⁊ dedit ei signū3 s3 nō iuxta bn̄ficia q̄ accepat retribuit: q2 eleuatū est cor ei⁹. Et fact' est ꝯ eū ira: ⁊ ꝯ iudā ⁊ hierl'3. Humiliatusq3 est postea eo q exaltatū fuisset cor ei⁹: tā ipse q̄3 habitatores hierl'm: ⁊ idcirco nō venit sup eos ira dn̄i in dieb⁹ ezechie.

¶ 4. Reg. 20. a. Esa. 38. a.

Fuit aūt ezechias diues ⁊ inclyt⁹ valde: ⁊ thesauros sibi plurimos ꝯgregauit argēti ⁊ auri: ⁊ lapidis p̄ciosi: aromatū ⁊ armoꝝ vniuersi generis ⁊ vasoꝝ magni precij: apothecas quoq3 frumēti vini ⁊ olei ⁊ p̄sepia omniū iumentoꝝ caulasq3 pecorib⁹ ⁊ vrbes sex edificauit. Hēbat qppe greges ouiū ⁊ armentoꝝ innūerabiles eo q dedisset ei dn̄s substantiā multā nimis. Ipse est ezechias q obturauit supiorē3 fontē aquaꝝ gyon: ⁊ auertit eas subter ad occidētem vrbis dauid. In omnib⁹ opib⁹ suis fecit ꝓspere q̄ voluit.

G

Attn̄ in legatione p̄ncipū babylonis q missi fuerāt ad eū vt interrogarent de portēto qđ acciderat sup terra3 dereliqt eum domin⁹ vt tentaretur ⁊ nota fierent omnia que erant in corde eius. Reliqua autē sermonū ezechie ⁊ misericordiarū

eius scripta sunt in visiõe esaie filij amos prophete: et in libro regũ iuda et israel. Dormiuitqȝ ezechias cuȝ patrib⁹ suis: et sepelierunt eũ supra sepulcra filioȝ dauid. Et celebrauit eius exequias vniuersus iuda et oẽs habitatores hierusalẽ: regnauitqȝ manasses filius eius pro eo.

¶ Ca. Sũ. ¶ De regno manasses et sceleribus ei⁹: capit ab assyrijs et ducit in babylonẽ: penitet et orat dñm et reducit in hierusalẽ: destruit idola de domo dñi: et aras ꝙs fecerat ipse: sȝ ppls adhuc imolat in excelsis: de morte ei⁹ et de regno filij ei⁹ amõ et occisione ei⁹ a seruis suis, ꝓpter quẽ successit fili⁹ eius iosias. Cap. xxxiij.

A 4. Reg. 21. a. Als + et qnqȝ

Duodecim annoȝ erat manasses cũ regnare cepisset: et qnquaginta + qnqȝ annis regnauit in hierusalẽ. Fecit autem malũ coram domino iuxta abominationes gentiuȝ quas subuertit dominus corã filijs israel. Et cõuersus instaurauit excelsa que demolitus fuerat ezechias pater eius: cõstruxitqȝ aras baaliȝ et fecit lucos: et adorauit oẽm militiã celi et coluit ei. Edificauit quoqȝ altaria in domo dñi: de qua dixerat domin⁹: in hierusaleȝ erit nomẽ meũ in eternuȝ. Edificauit autem ea cũcto exercitui celi in duob⁹ atrijs domus domini: trãsireqȝ fecit filios suos per ignem in vallem benennon. Obseruabat somnia: sectabatur auguria: maleficis artibus inseruiebat. habebat secum magos et incantatores: multaqȝ mala operatus est coram domino vt irritaret euȝ. B Sculptile quoqȝ et conflatile signuȝ posuit in domo dñi: de qua locutus est dñs ad dauid et ad salomonẽ filiũ ei⁹ dicens. In domo hac et in hierusalem quã elegi de cũctis tribub⁹ israel ponã nomẽ meũ in sempiternũ: et mouere nõ faciã pedem israel de terra quã tradidi patrib⁹ eoȝ: ita dumtaxat si custodierint facere que pcepi eis: cũctãqȝ legẽ et cerimonias atqȝ iudicia que mãdaui p manũ moysi. Igitur manasses seduxit iudã et habitatores hierusalem: vt facerent maluȝ super omnes gentes quas subuerterat domin⁹ a facie filiorum israel. Locutusqȝ est dominus ad eum et ad populũ illius: et attẽdere noluerunt. Idcirco superinduxit eis principes exercitus regis assyrioȝ. Ceperuntqȝ manassen et vinctũ cathenis atqȝ cõpedib⁹ duxerunt in babylonẽ. Qui postqȝ coangustatus est: orauit dñm deũ suũ: et egit penitentiã valde corã deo patrũ suoȝ. Deprecatus est eũ: et obsecrauit intẽte. Et exaudiuit orõnẽ ei⁹: reduxitqȝ euȝ hierusalẽ in regnũ suũ. Et cognouit manasses ꝙ dñs ipse esset de⁹. Post hec edificauit murum extra ciuitatẽ dauid ad occidẽtẽ gyon in cõualle ab introitu porte piscium p circuitum vsqȝ ad ophel: et exaltauit illum vehementer. Cõstituitqȝ principes exercit⁹ in cunctis ciuitatib⁹ iuda munitis: et abstulit deos alienos et simulacrũ de domo dñi: aras quoqȝ quas fecerat in mõte domus dñi et in hierusalẽ: et proiecit omnia extra vrbẽ. Porro instaurauit altare dñi: et immolauit super illud victimas et pacifica et laudeȝ. Precepitqȝ iude vt seruiret dño deo israel. + Attamẽ adhuc ppls immolabat in excelsis domino deo suo. Reliqua aũt gestoȝ manasse et obsecratio eius ad deuȝ suum: verba quoqȝ videntiuȝ qui loquebãtur ad euȝ in nomine dñi dei israel continent in sermõib⁹ regũ israel. Oratio quoqȝ ei⁹ et exauditio et cũcta peccata atqȝ cõtẽptus: loca etiã in qbus edificauit excelsa et fecit lucos et statuas anteqȝ ageret penitẽtiã scripta sunt in sermonib⁹ ozai. Dormiuit ergo manasses cũ patrib⁹ suis: et sepelierũt eũ in domo sua. Regnauitqȝ p eo fili⁹ ei⁹ amon. Uigintiduoȝ annoȝ erat amon cũ regnare cepisset: et duob⁹ annis regnauit in hierlm. Fecitqȝ malũ in cõspectu dñi sicut fecerat manasses pr ei⁹: et cunctis idolis que manasses fuerat fabricatus imolauit atqȝ seruiuit. Et non est reueritus faciẽ dñi sicut reuerit⁹ est manasses pr ei⁹: et multo maiora deliqt. Cũqȝ coniurassent aduersus eũ serui sui interfecerũt eũ in domo sua. Porro reliqua ppli multitudo cesis his q amon percusserant cõstituit regẽ iosiam filiũ eius p eo.

C j. q. 7. c. 2. versi. scio manassẽ. de pe. dis. 2. a. si enĩ ante fi.

Als + tamẽ

D

¶ Ca. Sũ. ¶ De regno iosie et ei⁹ pietate: de inuẽtiõe deuteronomij: de prophetissa: de federe ppli ad dominum. Cap. xxxiiij.

de pe. dis. 2. c. si enĩ. ꝟ. Iosias A 4. Reg. 22. a.

Octo annoȝ erat iosias cũ regnare cepisset: et triginta et vno anno regnauit in hierlm. Fecitqȝ qd erat rectuȝ in cõspectu dñi: et ambulauit in vijs dauid pris sui: nõ declinauit neqȝ ad dexterã neqȝ ad sinistrã. Octauo aũt ano regni sui cũ adhuc esset puer cepit querere deũ pris

sui dauid: et duodecio ano postq; regnare ceperat mudauit iuda et hierlm ab excelsis et lucis simulacrisq; et sculptilib⁹. Destruxerutq; cora eo aras baalim: et simulacra q supposita fuerat demoliti sunt. Lucos et et sculptilia succidit atq; comminuit et sup cumulos eo q eis imolare osueuerant fragmeta dispersit. Ossa preterea sacer- B dotu cobussit in altarib⁹ idolo: mudauitq; iuda et hierlm. Sz et in vrbib⁹ manasse et effraim et symeon vsq; neptalim cucta subuertit. Cuq; altaria dissipasset et lucos et sculptilia otriuisset in frusta cunctaq; delubra demolit⁹ eet de vniuersa terra israel: reuersus est in hierlm. Igit anno octauodecimo regni sui mudata iaz terra et teplo dni: misit saphan filiu ezelie et maasian pncipe ciuitatis: et ioha filium ioachaz acometarijs vt istaurarent domu dni dei sui. Qui venerut ad helchia sacerdote magnuz. Acceptaq; ab eo pecunia q illata fuerat in domu dni: et qua ogregauerat leuite et ianitores de manasse et effraiz et vniuersis reliquijs isrl: ab omni quoq; iuda et beniamin et habitatorib⁹ hierusale: tradiderunt in manib⁹ eo q perant operarijs in domo dni: vt instaurarent teplu: et infirma queq; sartirent. At illi dederunt ea artificib⁹ et cemetarijs vt emerent lapides et lapicidinis et ligna ad comissuras edificij et ad otignatione domo- C ru quas destruxerat reges iuda. Qui fideliter cucta faciebat. Erat aut ppositi opratiuz iadab et abdias de filijs merari: zacharias et mosolla de filijs caath que vrgebat opus oes leuite scientes organis canere. Sup eos vo qui ad diuersos vsus onera portabat: erat scribe et magri de leuitis ianitores. Cuq; efferret pecunia que illata fuerat in teplum dni: repperit helchias sacerdos libru legis dni q dat⁹ fuerat p manuz moysi: et ait ad saphan scriba. Librū legis inueni in domo dni. Et tradidit ei. D At ille intulit volume ad rege: et nuciauit ei dices. Omnia q dedisti in manu seruorū tuo: ecce coplent. Argetuz qd repertuz est in domo dni oflauerut: datuq; est prefectis artificu et diuersa opa fabricatium. Preterea tradidit mihi helchias sacerdos huc libru. Que cu rege psente recitasset: audisset q; ille vba legis scidit vestimenta sua: et pcepit helchie et aicham filio saphan et abdon filio micha: saphan quoq; scribe et asaie seruo regis: dices. Ite et orate dominu p me et pro reliquijs israel et iuda: sup vniuersis sermonib⁹ libri isti⁹ q repertus est. Magn⁹. n. furor dni stillauit sup nos: eo q no custodierint pres nri verba dni: vt facerent oia q scripta sunt in isto vo- E luminie. Abijt ergo helchias et hi q sit a rege missi fuerat ad oldam, pphete vxore sellu filij thecuatq; filij aras custodis vestiu: que habitabat in hierlm in scda: et locuti sunt ei vba q supra narrauim⁹. At illa rndit eis. Hec dicit dns de⁹ israel. Dicite viro q misit vos ad me. Hec dicit dns. Ecce ego inducā mala sup locu istu et super habitatores ei⁹: cunctaq; maledicta q scripta sunt in libro hoc: que legerut cora rege iuda: qz dereliquerut me et sacrificauerut dijs alienis: vt me ad iracudiaz prouocaret in cuctis opib⁹ manuu suaz. Idcirco stillabit furor me⁹ sup locu istu et no extinguet. Ad rege aut iuda q misit vos p dno deprecadu sic loqmini. Hec dicit dns F de⁹ isrl. Qm audisti verba voluminis atq; emollitu est cor tuu et humiliat⁹ es in conspectu dni sup his q dicta sunt ɔ̄ locum huc et habitatores hierlm: reueritusq; facie mea scidisti vestimenta tua et fleuisti cora me: ego quo q; exaudiui te dicit domin⁹. Iaz. n. colliga te ad pres tuos: et inferreris in sepulcru tuu in pace: nec videbunt oculi tui oe malu qd ego inducturus sum sup locu istu et sup habitatores ei⁹. Retulerut itaq; regi cucta que dixerat. At ille couocatis vniuersis maiorib⁹ natu iuda et hierusale ascedit in domum dni: vnaq; oes viri iuda et habitatores hierlm sacerdotes et leuite: et cunctus populus a minimo vsq; ad maximu. Qui- G bus audietib⁹ in domo dni legit rex oia vba voluminis. Et stas in tribunali suo pcussit fedus cora dno: vt ambularet post eu et custodiret pcepta et testimoia et iustificationes ei⁹ in toto corde suo et in tota anima sua: faceretq; q scripta sunt in volumine illo qd legerat. Adiurauit quoq; sup hec oes q repti fuerat in hierlm et beniamin. Et fecerunt habitatores hierlm iuxta pactu dni dei patru suo. Abstulit ergo iosias cuctas abominationes de vniuersis regionib⁹ filio israel: et fecit oes q residui erat in israel seruire dno deo suo.

4. Reg. 23.a.

Cūctis diebus vite eius nō recesserunt a domino deo patrum suorum.

¶ Capituli Summarium. De phase qd fecit iosias: de morte eius: de lamentationibus suorum super eum. Cap. xxxv.

A Fecit autem iosias in hierlm phase dño: qd immolatum est quartadecima die mensis primi. Et cōstituit sacerdotes in officiis suis: hortatusq; e eos vt ministrarent in domo dñi. Leuitis quoq; ad quorū eruditionē ois israel sanctificabat dño locut' est. Ponite arcā in sanctuario tēpli qd edificauit salomon fili' dauid rex israel. Nequaq; n. ei vltra portabitis. Nūc ergo ministrate dño deo vr̄o & pplo eius israel: & pparate vos per domos & cognatiōes vr̄as in diuisionib' singulorū sicut pcepit dauid rex israel: & descripsit salomō fili' ei': & ministrate in sanctuario per familias turmasq; leuiticas: & sanctificati imolate phase. Fratres et vr̄os vt possint iuxta vba q̄ locut' est dñs in manu moysi facere: pparate. Dedit preterea iosias ei populo q ibi fuerat inuētus in solemnitate phase: agnos & hedos de gregib' & reliq pecoris: triginta milia: boum quoq; tria milia. Hec de regis vniuersa substātia. Duces quoq; ei' spōte qd vouerāt obtulerūt tam B pplo q̄ sacerdotib' & leuitis. Porro helchias & zacharias & iehiel pncipes dom' dñi dederūt sacerdotib' ad faciēdū phase: pecora cōmixtī duo milia sexcēta & boues trecētos. Chonenias aūt & semeias etiam & nathanael fratres eius: necnon asabias & iahiel & iozabad principes leuitarū dederunt ceteris leuitis ad celebrandū phase quinq; milia pecorū & boues quingētos. Preparatūq; est ministerium: & steterūt sacerdotes in officio suo. Leuite quoq; in turmis iuxta regis imperiū: & immolatū est phase. Asperseruntq; sacerdotes man' suas sanguine & leuite detraxerunt pelles holocaustorū & separauerūt ea vt darēt per domos & familias singulorū: & offerrent domino sicut scriptū est in libro moysi. De bobus quoq; fecerūt silr. Et assauerūt phase super ignē: iuxta qd in lege + scriptū est. Pacificas vero hostias coxerunt in lebetis & cacabis & ollis: & festinato distribuerūt vniuerse plebi: sibi autē & sacerdotib' postea parauerunt. Nam in oblatione holocaustorū & adipum vsq; ad noctē sacerdotes fuerunt occupati. Unde & leuite sibi & sacerdotib' filiis aaron parauerunt nouissimis. Porro cantores filii C asaph stabāt in ordine suo iuxta preceptū dauid & asaph & eman & idithum pphetarū regis dauid. Janitores vero per portas singulas obseruabāt: ita vt nec puncto quidē discederēt a ministerio. Quāobrē & fratres eorū leuite parauerūt eis cibos. Omnis igit̄ cultura dñi rite cōpleta est in die illa vt facerent phase: & offerrent holocausta super altare dñi iuxta preceptum regis iosie. Fecerūtq; filii israel qui reperti fuerāt ibi phase in tempore illo: & solēnitatē azymorū septē diebus. Nō fuit phase similē huic in israel a diebus samuelis pphete. Sed nec quisq; de cunctis regib' israel fecit phase sicut iosias sacerdotibus & leuitis & omni iude & israel qui repert' fuerat & habitātibus in hierusalē. Octauodecimo anno regni iosie hoc phase celebratum est. Postq; instaurauerat iosias templū ascendit nechao rex egypti ad pugnādum in charchamis iuxta eufratem. Et pcessit in occursum eius iosias. D At ille missis ad eum nunciis ait. Quid mihi & tibi rex iuda? Nō aduersum te hodie venio: sz ɔ aliā pugno domū: ad quā me de' festinato ire pcepit. Desine aduersū deū facere qui mecū est: ne interficiat te. Noluit iosias reuerti: sed pparauit cōtra eū bellū: nec acquieuit sermonib' nechao ex ore dei: verum perrexit vt dimicaret in cāpo mageddo. Ibiq; vulneratus a sagittariis dixit pueris suis. Educite me de prelio: q2 oppido vulneratus sum. Qui trāstulerūt eū de curru in alterū currū q sequebat eū more regio: & asportauerūt eū in hierusalē. Mortuusq; e & sepult' in mauso-

4. Re. 23.c. 1. Esd. 1.a

Al's + p̄ceptum.

4. Reg. 23.c.

De pe. di. 2.c. si enī. §. Josias vir sāc'

leo patrū suoꝝ. Et vniuersus iuda ⁊ hieru
salē luxerunt eū: hieremias maxime: cui⁹
oēs cantores atq; cātatrices vsq; in p̄sen-
tem diē lamentationes sup iosiam repli
cant: ⁊ quasi lex obtinuit in isrl. Ecce scri
ptū fert in lamentationib⁹. Reliqua autē
sermonum iosie ⁊ misericordiarū eius
que lege precepta sunt domini: opera quo
q; illius prima ⁊ nouissima scripta sunt
in libro regum iuda: ⁊ israel.

¶ Cap. sū. ¶ De Joachin rege captiuato in egyptum: de eliachim fratre eius quomodo captiuauit eum rex babylonis: ⁊ de sedechia: ⁊ destructione hierusalem: et de cyro rege persarum. Cap. xxxvi.

A — 4. regū 23. f.

TUlit ergo pp̄ls terre ioachan filium
iosie: ⁊ cōstituit regē p̄ patre suo in
hierusalē. Uigintitrium annoꝝ erat Joa-
chan cū regnare cepisset ⁊ trib⁹ mensibus
regnauit in hierusalē. Amouit aūt eū rex
egypti cū venisset in hierl'm: ⁊ cōdemnauit
terrā centū talentis argenti: ⁊ talento au-
ri. Cōstituitq; p̄ eo regē eliachim fratrē
eius sup iudā ⁊ hierl'm: ⁊ vertit nomen
eius ioachim. Ipsū vero ioachan tulit se
cum: ⁊ adduxit in egyptum. Uigintiquinq;
annoꝝ erat ioachim cū regnare cepisset: ⁊
vndecim annis regnauit in hierl'm. Fecit-
q; malū corā dn̄o deo suo. Cōtra hūc ascē
dit nabuchodonosor rex chaldeoꝝ: ⁊ vin-
ctū cathenis duxit in babylonē: ad quā ⁊
vasa dn̄i trāstulit: ⁊ posuit ea in tēplo suo.
B Reliqua autē verboꝝ ioachin ⁊ abomina-
tionū eius q̄s operatus est ⁊ q̄ inuēta sunt
in eo: cōtinent in libro regū iuda ⁊ isrl.
Regnauit āt ioachin fili⁹ ei⁹ p̄ eo. ✝ Octo
annoꝝ erat ioachin cū regnare cepisset: et
tribus mensib⁹ ac decē diebus regnauit i
hierusalem: fecitq; malū in cōspectu dn̄i.
Cūq; anni circulus volueret: misit nabu
chodonosor rex nūcios: q ⁊ adduxerūt eū
in babylonē asportatis simul p̄ciosissimis
vasis domus dn̄i. Regē vero cōstituit sede-
chiā patruū eius sup iudā ⁊ hierusalē. Ui-
ginti ⁊ vnius āni erat sedechias cū regna
re cepisset ⁊ vndecim annis regnauit i hie-
rusalē. Fecitq; malū in oculis dn̄i dei sui:
nec erubuit faciē hieremie p̄pheta loquē-
tis ad se ex ore dn̄i. A rege q̄z nabuchodo-
nosor recessit: q adiurauerat eū p deū. Et
C indurauit ceruicē suā ⁊ cor: vt nō reuerte
ret ad dn̄m deū isrl. Sed ⁊ vniuersi p̄n-
cipes sacerdotū ⁊ pp̄ls p̄uaricati sunt ini-
que iuxta vniuersas abominationes gen-
tium: ⁊ polluerūt domū dn̄i quā sctificaue-
rat sibi in hierl'm. Mittebat aūt dn̄s deus
patrum suoꝝ ad illos p manus nunciorū
suoꝝ de nocte cōsurgens ⁊ quotidie cōmo
nens: eo q parceret pp̄lo ⁊ habitaculo suo.
At illi subsannabāt nūcios dei: ⁊ paruipen
debāt sermones ei⁹: illudebātq; p̄phetis:
donec ascēderet furor dn̄i in pp̄lm eius: et
esset nulla curatio. Adduxit enim sup eos re
gem chaldeoꝝ ⁊ interfecit iuuenes eoꝝ
gladio in domo sanctuarij. Nō est misert⁹
adolescētis ⁊ v̄ginis ⁊ senis nec decrepiti
quidē: s; oēs tradidit in manib⁹ ei⁹: vni-
uersaq; vasa dom⁹ dn̄i tā maiora q̄z mino
ra: ⁊ thesauros tēpli ⁊ regis ⁊ p̄ncipū tran B
stulit in babylonē. Incēderunt hostes do-
mū dei: destruxerūtq; murū hierl'm. Uni
uersas turres cōbusserunt: ⁊ quicquid p̄-
ciosum fuerat demoliti sunt. Si qs euase-
rat gladiū ductus in babylonē seruiuit re-
gi ⁊ filijs ei⁹ donec imperaret rex persarum:
⁊ compleret sermo dn̄i ex ore hieremie: ⁊
celebraret t'ra sabbata sua. Cūctis enim die
bus desolationis egit sabbatū vsq; dū cō
plerent septuaginta āni. Anno aūt p̄mo
cyri regis persaꝝ ad explendū sermonem
dn̄i quē locut⁹ fuerat p os hieremie: susci-
tauit dn̄s spiritum cyri regis p̄sarum: q
iussit predicari in vniuerso regno suo et
p scripturam dicēs. Hec dicit cyrus rex p
sarū. Oia regna terre dedit mihi dn̄s de-
us celi: ⁊ ipse p̄cepit mihi vt edificarem ei
domū in hierusalē que est in iudea. Quis
ex vobis est in omni populo eius. Sit do-
min⁹ deus suus cum eo: ⁊ ascendat.

Al's ✝ decē ⁊ octo — Hie. 25. c. ⁊ 29. c. — 1. esd. 1. a. 3. esd. 2. a.

¶ Explicit liber ✝ dabreiamin siue Paralipomenon secundus.

Al's ✝ dibrehaiomim

¶ Incipit oratio manasses regis iuda: cū captus teneretur in babylone.

DOmine deus oīpotens
patrū nr̄oꝝ habraam
isaac ⁊ iacob: ⁊ semini
eorum: q fecisti celum
⁊ terram cū omni or-
natu eorum: q signasti
mare verbo p̄cepti tui:
qui conclusisti abyssū:
⁊ signasti terribili ⁊ laudabili nomini tuo
quem omnes pauent ⁊ tremunt a vultu
virtutis tue: ⁊ insustentabilis ira sup pec-

ratores comminationis tue: immensa vero & inuestigabilis misericordia promissionis tue: qm̃ tu es dñe altissimus super omnem terram: longanimis & multum misericors & penitens super malitiam hominum. Tu autem dñe sm̃ bonitatem tuam promisisti penitentiam remissionis peccatorum: & tu deus iustorum non posuisti penitentiam iustis: habraam isaac & iacob his qui tibi non peccauerunt: qm̃ peccaui super numerum arene maris. Multiplicate sunt iniquitates mee: incuruatus sum multo vinculo ferri: & nõ est respiratio mihi: qr̃ excitaui iracundiam tuam & malum coram te feci: statuens abominationes: & multiplicans offensiones. Et nunc flecto genua cordis mei: precans a te bonitatem dñe. Peccaui dñe peccaui: & iniquitatem meam agnosco. Peto rogans te dñe remitte mihi: remitte mihi. Ne simul perdas me cum iniquitatibus meis neq̃ in eternum reserues mala mihi: qr̃ indignum saluabis me sm̃ magnam misericordiam tuam. Et laudabo te semper omnibus diebus vite mee: qm̃ te laudat omnis virtus celorum: & tibi est gloria in secula seculorum. Amen.

¶ Explicit oratio manasses regis iuda.

¶ Incipit prefatio beati hieronymi presbyteri in librum esdre.

Utrum difficilius sit facere qđ poscitis: an negare: necdum statui. Nam vobis aliquid imperantibus annuere sñie est: & magnitudo oneris impositi ita ceruices premit: vt ante sub fasce ruendum sit q̃ leuandum. Accedunt ad hec inuidorum studia: q̃ omne qđ scribimus reprehendendum putant. Et interdum contra se conscientia repugnante publice latrant: q̃ occulte legunt: intantum vt clamare compellar & dicere. Dñe libera animam meam a labiis iniquis: & a lingua dolosa. Tertius annus est q̃ semper

[Margin: Psa. 119.]

scribitis atq̃ rescribitis vt esdre librum & hester vobis de hebreo transferam: q̃si non habeatis greca & latina volumina: aut quecunq̃ illud est q̃ a nobis vertitur: non statim ab omnibus conspuendum sit. Frustra autem (vt ait quidam) niti neq̃ aliud fatigando nisi odium querere: extreme dementie est. Itaq̃ obsecro vos mi dominion & regatiane charissimi: vt priuata lectione contenti libros nõ efferatis in publicum: nec fastidiosis cibos ingeratis: vitetisq̃ eorum supercilium q̃ iudicare tantum de aliis: & ipsi facere nihil nouerunt. Si qui autem fratrum sunt quibus nostra nõ displicent: his tribuatis exemplar: amonentes vt hebrea nomina que grandis in hoc volumine copia est: distincte per interualla transcribant. Nihil enim proderit emendasse librum: nisi emendatio librariorum diligentia conseruetur. Nec quemq̃ moueat q̃ vnus a nobis liber editus est: nec apocriphorum tertii et quarti libri somniis delectetur: quia & apud hebreos + esdre: neemieq̃ sermones in vnum volumen coartantur: & que nõ habentur apud illos: nec de viginti quattuor senibus sunt procul abiicienda. Si quis autem septuaginta vobis opposuerit interpretes: quorum exemplaria varietas ipsa lacerata & euersa demonstrat: nec potest vtiq̃ verum asseri qđ diuersum est: mittite eum ad euangelia: in quibus multa ponuntur quasi de veteri testamento que apud septuaginta interpretes non habentur. Velut illud // qm̃ nazareus vocabitur: & // ex egypto vocaui filium meum: & // videbunt in quem compunxerunt: multaq̃ alia que latiori operi reseruamus: & querite ab eo vbi scripta sunt. Cumq̃ proferre nõ potuerit: vos legite de his exemplaribus q̃ nuper a nobis edita maledicorum quotidie linguis confodiuntur. Sed vt ad compendium veniam: certe qđ illaturus sum equissimum est. Edidi aliquid qđ nõ habetur in greco: aut aliter habetur q̃ a me versum est. Quid interpretem laniant. Interrogent hebreos: & ipsis autoribus translationi mee vel arrogent vel derogent fidem. Porro aliud est si clausis qđ dicitur oculis mihi volunt maledicere: & nõ imitantur grecorum studium & beniuolentiam: qui post septuaginta translatores iam christi euangelio coruscante iudeos & hebionitas legis veteris interpretes aquilam videlicet & symmachum & theodotionem & curiose legunt: & per origenis laborem in exaplois ecclesiis dedicarunt. Quanto magis latini grati esse deberent: q̃ exultantes cernerent greciam a se aliquid mutuari. Pri-

[Margin: al. + esre; al. + esre; // Osee. 11.a.; // mat. 2.c; // zac. 12.c]

mus enim magnorum sumptus est & infinite difficultatis: exemplaria posse habere omnia: et inde etiam qui habuerint: & hebrei sermonis ignari sunt: magis errabunt: ignorantes: quis e multis verius dixerit. Quod etiam sapientissimo cuidam nuper apud grecos accidit: vt interdum scripture sensum relinquens: vniuscuiuslibet interpretis sequeretur errorem. Nos autem qui hebree lingue saltem parvam habemus scientiam: & latinus nobis vtcumque sermo non deest: & de aliis magis possumus iudicare & ea que ipsi intelligimus in nostra lingua promere. Itaque licet hydra sibilet: victorque synon incendia iactet: numquam meum iuvante christo silebit eloquium. Etiam precisa lingua balbutiet. Legant qui volunt: qui nolunt abiiciant. Eventilent apices: literas calumnientur. Magis vestra charitate provocabor ad studium: quam illorum detractione & odio deterrebor.

al. + egre

¶ Explicit prefatio.

¶ Incipit liber + esdre primus.

Cyrus persarum rex primus

¶ Ca. ii. ¶ Cyrus soluit captiuitatem populi & redditis vasis & numeratis: precepit posse ire in hierusalem & edificare templum. Cap. j.

N

Hie. 25. c & 29. c 2. par. 6. d



In anno primo cyri regis persarum vt compleretur verbum domini ex ore hieremie: suscitauit dominus spiritum cyri regis persarum: & traduxit vocem in omni regno suo etiam per scripturam dicens. Hec dicit cyrus rex persarum. Omnia regna terre dedit mihi dominus deus celi: & ipse precepit mihi vt edificarem ei domum in hierusalem: que est in iudea. Quis est in vobis de vniuerso populo eius? Sit dominus illius cum eo. Ascendat in hierusalem que est in iudea: & edificet domum + dei israel: ipse est deus qui est in hierusalem. Et omnes reliqui in cunctis locis vbicumque habitant adiuuent eum viri de loco suo argento & auro & substantia & pecoribus: excepto quod voluntarie offerunt templo dei quod est in hierusalem. Et surrexerunt principes patrum de iuda & beniamin & sacerdotes & leuite: & omnis cuius suscitauit deus spiritum vt ascenderet ad edificandum templum domini: quod erat in hierusalem. Uniuersique qui erant in circuitu adiuuerunt manus eorum in vasis argenteis & aureis in substantia et iumentis: in supellectili: exceptis hisque sponte obtulerant. Rex quoque cyrus protulit vasa templi domini que tulerat nabuchodonosor de hierusalem: & posuerat ea in templo dei sui. Protulit autem ea cyrus rex persarum per manum mitridatis filii gaçabar: & annumerauit ea sasabasar principi iude: & hic est numerus eorum. Phiale auree triginta: phiale argentee mille: cultri viginti nouem: syphi aurei triginta: syphi argentei secundi quadringenti decem: vasa alia mille. Omnia vasa aurea & argentea quinque milia quadringenta. Uniuersa tulit Sasabasar: cum his qui ascendebant de transmigratione babylonis in hierusalem.

H. q. i. ca. propheta Tarquinius priscus vij. Ro. rex

B

Lydorum

Alias dicitur j. q. i. c. propheta. in glo.

C

ij. esdre 2. b.

D

¶ Ca. ii. ¶ Numerus reuertentium in iudeam cum duce zorobabel: & summa pecunie templi instaurationi distribuitur. Cap. ij.

A

Hi sunt autem prouincie filii qui ascenderunt de captiuitate quam transtulerat nabuchodonosor rex babylonis in babylonem: & reuersi sunt in hierusalem & iudeam vnusquisque in ciuitatem suam: qui venerunt cum zorobabel & iesue: neemia: saraia: rehelaia: mardochai: belsan: mesphar: beguai: reum: baana. Numerus virorum populi israel. Filii phares: duo milia centum septuagintaduo. Filii arethi: septingenti septuagintaquinque. Filii gersephatia trecenti septuagintaquinque. Filii + Saphatia: trecenti septuagintaduo. Filii Area septingenti septuagintaquinque. Filii Phetmoab filiorum iosue: octingenti: & ioab duo milia octingenti duodecim. Filii helam: mille ducenti quinquagintaquattuor. Filii zethua: nongenti quadragintaquinque. Filii zachai: septingenti sexaginta. Filii bani: sexcenti quadragintaduo. Filii bebai: sexcenti vigintitres. Filii azgad: mille ducenti vigintiduo. Filii adonicam: sexcenti sexagintasex. Filii beguai: duo milia quinquagintasex. Filii adin: quadringenti quinquagintaquattuor.

Lucretia romana se iugulat ob adulterium

Alias + Saphatia

B

er. Filij ather qui erat ex ezechia: nonaginta octo. Filij besai: trecēti viginti tres. Filij iora: cētū duodecim. Filij asen: ducēti vigintitres. Filij gebbar: nōgētiqnq3. Filij bethleē: cētū vigintitres. Uiri nethupha: qnq̄gintasex. Uiri anathoth: cētū vigintiocto. Filij azmaueth: q̄dragintaduo. Filij cariathiarim cephira ⁊ beroth: septingenti q̄dragitatres. Filij rama ⁊ gabaa sexcēti vigintiun⁹. Uiri macmas: cētū vigintiduo. Uiri bethel ⁊ chai: ducēti vigintitres. Filij nebo: qnq̄gintaduo. Filij megbis: centum quīq̄gintasex. Filij helā alteri⁹: mille ducēti quinq̄gintaq̄ttuor. Filij arim: trecenti viginti. Filij lodadin ⁊ ono: septingēti vigintiqnq3. Filij hiericho: trecēti q̄dragintaqnq3. Filij senaa tria milia sexcēti triginta. Sacerdotes: filij iadaia in domo iesue: nōgēti septuagintatres. Filij emmer: mille qnq̄gintaduo. Filij phessur: mille ducēti q̄draginta septē. Filij arim: mille decē ⁊ septē. Leuite. Filij iesue ⁊ cedmihel filiorū

E

oduiie: septuagintaq̄ttuor. Cātores. Filij asaph: centū vigintiocto. Filij ianitorū: filij sellū: filij ather: filij thelmon: filij accub: filij athita: filij sobai: vniuersi cētū trigintanouē. Nathinnei. Filij siha: filij asupha: filij thabbaoth: filij ceros: filij siaa: filij phadon: filij lebana: filij agaba: filij accub: filij agab: filij selmai: filij anan: filij gaddel: filij gaer: filij raaia: filij rasin: filij nechoda: filij gazem: filij azec: filij phasea: filij besee: filij asenaa: filij munim: filij nephusim: filij bechue: filij acupha: filij azur: filij besluth: filij maida: filij arsa: filij bercos: filij zizara: filij thema: filij nasia: filij athupha. Filij seruorū salomonis: filij sothei: filij sophereth: filij pharuda: filij iala: filij dercon: filij geddel: filij saphata: filij athil: filij ✝ phecereth: q erant de asebaim: filij amim. Omnes nathinnei ⁊ filij seruorū salomonis: trecentinonagintaduo. Et hi q ascēderūt de thelmala: thelarsa cherub ⁊ don ⁊ mer: ⁊ nō potuerūt indicare domū patrum suorū ⁊ semen suū: vtrū ex israel essent. Filij dalaia: filij thobia: filij

Als phocerethi

D

nechoda: sexcēti quinq̄gintaduo. Et de filijs sacerdotū: filij hobia: filij accos: filij berzellai: q accepit de filiabus berzellai galaaditidis vxorē: ⁊ vocatus est nomine eorū. Hi q̄sierunt scripturā genealogie sue: ⁊ non inuenerunt: ⁊ eiecti sunt de sacerdotio. Et dixit athersatha eis vt nō comederēt de ✝ sancte sanctorū donec surgeret sacerdos doctus atq3 pfectus. Omnis multitudo q̄si vnus q̄draginta duo milia trecēti ✝ septuagita: exceptis seruis eorū ⁊ ancillis qui erant septem milia trecēti ⁊ vigintaseptem: ⁊ in ipsis cātores atq3 cātatrices ducēti. Equi eorū ✝ sexcēti trigintasex. Muli eorū ducēti q̄dragintaquinq3. Cameli eorū q̄dringenti trigintaqnq3. Asini eorū sex milia septingenti viginti. Et pncipibus patrum cum ingrederent̄ tēplū domini qđ est in hierusalē: sponte obtulerūt in domū dei ad extruendū eam in loco suo. Scđm vires suas dederunt impēsas opis auri solidos ✝ q̄draginta milia ⁊ mille: argēti minas qnq3 milia: ⁊ vestes sacerdotales centū. Habitauerūt ergo sacerdotes ⁊ leuite ⁊ de pplo ⁊ cātores ⁊ ianitores ⁊ nathinnei in vrbib⁹ suis: vniuersiq3 isrl̄ i ciuitatib⁹ suis.

Als ✝ scrā

Als ✝ sexaginta

Als ✝ septigēti.

Als ✝ sexaginta

¶ Ca. Sū. ¶ Cōgregatur populus i hierusalem: ⁊ facto altari facit scenophegia et ceteras solennitates: alij vociferantur gaudentes: alij flentes. Cap. iij.

A

Iamq3 venerat mēsis septimus ⁊ erāt filij israel in ciuitatibus suis. Congregatus est ergo populus quasi vir vn⁹ in hierusalē: ⁊ surrexit iosue fili⁹ iosedech: ⁊ fratres eius sacerdotes ⁊ zorobabel fili⁹ salathiel ⁊ fratres eius: ⁊ edificauerunt altare dei israel vt offerrent in eo holocaustomata: sicut scriptū est in lege moysi viri dei. Collocauerunt autem altare dei super bases suas deterrentib⁹ eos p circuitū populis terrarum: ⁊ obtulerunt super illud holocaustum domino mane ⁊ vespere. Feceruntq3 solennitatem tabernaculorū sicut scriptū est: ⁊ holocaustum diebus singulis per ordinē fm̄ pceptum: opus diei in die suo: ⁊ post hec holocaustū iuge tam in calendis q̄z in vniuersis solennitatib⁹ domini que erant consecrate: ⁊ in omnibus in quibus vltro offerebatur munus domino. A primo die mensis septimi: ceperunt offerre holocaustum domino. Porro templum dei nondum fundatū erat. Dederunt autem pecunias latomis ⁊ cementarijs: cibum quoq3 ⁊ potū ⁊ oleū sidonijs tyrijsq3 vt deferrent ligna cedrina de libano ad mare ioppē iuxta quod p̄ceperat cyrus rex persarum eis. Anno aūt secundo aduentus eorum ad templum dei in hierusalem mense secundo ceperūt

2. esd. 8. a
3. esd. 9. e
40. d. c. iesus
De pe. di. 2. c. si cui
A. iesus.

B

C

zorobabel filius salathiel: et iosue filius iosedech et reliq de fratrib⁹ eoꝝ sacerdotes et leuite: et omnes q venerāt de captiuitate in hierlm: et constituerunt leuitas a viginti annis et supra vt vrgerēt opus dñi. Stetitq; iosue et filij eius et frēs ei⁹: cedmihel et filij ei⁹ et filij iu-daquasi vir vnus vt instarēt sup eos q faciebant opus in templo dei: filij enadab et filij eoꝝ et fratres eoꝝ leuite. Fundato igit a cementarijs templo dñi: steterūt sacerdotes in ornatu suo cū tubis: et leuite filij Asaph in cymbalis vt laudarent deū per manus dauid regis israel. Et concinebāt in hymnis et cōfessione domino: quoniā bonus quoniā in eternum mīa eius super israel. Omnis quoq; populus vociferabat clamore magno in laudando dñm: eo q fundatū esset tēplū dñi. Plurimi etiā de sacerdotibus et leuitis et pricipes patrum et seniores q viderāt tēplum prius cum fundatū esset: et hoc tēplum in oculis eoꝝ flebāt voce magna. Et multi vociferantes in leticia eleuabant vocē: Nec poterat qsq̄ agnoscere vocem clamoris letantiū: et vocem fletus populi. Cōmixtim enim populus vociferabatur clamore magno: et vox audiebatur procul.

Al's sup. est + vir

¶ Ca. Sū. ¶ Impedit edificatio ab hostib⁹ samarie scribunt eplās accusationis: et dicūt q si edificat ciuitas: tributa regi psarū non dabunt: prohibet opus tēpli. Ca. iiij.

Audierūt aūt hostes iude et beniamin: q filij captiuitatis edificarēt tēplum dño deo israel. Et accedētes ad zorobabel et ad principes patrum: dixerūt eis. Edificemus vobiscum: q ita vt vos querimus deū vestrum. Ecce nos immolauimus victimas a diebus asoraddam regis assur: qui adduxit nos huc. Et dixit eis zorobabel et iosue et reliq principes patrū isrl. Non est nobis et vobis vt edificem⁹ domū deo nro: sicut pcepit nobis cyrus rex psarū. Factū est igit vt ppls terre impediret manus ppli iude: et turbaret eos in edificando. Conduxerūt quoq; aduersus eos cōsiliatores: vt destruerēt ꝯsiliū eoꝝ omnib⁹ dieb⁹ cyri regis psaꝝ: et vsq; ad regnū darij regis psaꝝ. In regno aūt assueri ipse ē artaxerxes. In pricipio regni ei⁹ scripserūt accusationē aduersus habitatores iudee hierlm. Et in dieb⁹ artaxerxis scripsit beselam mitridates et thabeel et reliq q erāt in ꝯsilio eoꝝ ad artaxerxem regē psarum. Epistola aūt accusatiōis scripta erat syriace: et legebat sermone syro. Reum et beelthem et samsai scriba scripserūt epistolā vnā de hierlm artaxerxi regi huiuscemodi. Reum beelthem et samsai scriba et reliqui ꝯsiliatores eoꝝ: dynei et apharsathei: therphalei: arphasei: erchuei babylonij: susanachei: dyei: et elamite: et ceteri de gentib⁹ quas trāstulit asennaphar magn⁹ et gloriosus: et habitare eas fecit in ciuitatibus samarie: et in reliqs regionibus trās flumē in pace. Hoc est exēplar epīe quam miserunt ad eū. Artaxerxi regi serui tui viri q sunt trās fluuiū: salutē dicūt. Notū sit regi: q iudei q ascēderūt a te ad nos venerūt in hierlm ciuitatē rebellē et pessimam: quā edificāt extruētes muros eius parietes cōponentes. Nūc igit notū sit regi: q si ciuitas illa edificata fuerit: et muri ei⁹ instaurati: tributū et vectigal et annuos reddit⁹ nō dabunt: et vsq; ad reges hec noxa perueniet. Nos ergo memores salis qd in palatio comedim⁹: et q lesiōes regis videre nephas ducim⁹: idcirco misimus et nūciamus regi vt recēseas in libris histoiaꝝ patrum tuoꝝ: et inuenies scriptū in cōmētarijs: et scies qm vrbs illa vrbs rebellis est et nocēs regib⁹ et prouincijs et bella ꝯcitant in ea ex dieb⁹ antiqs. Quāobrē et ciuitas illa destructa est. Nūciam⁹ nos regi: qm si ciuitas illa edificata fuerit et muri ipi⁹ instaurati: possessionē trans fluuiū nō hēbis. Verbū misit rex ad reum beelthem et samsai scribā: et ad reliquos q erāt in ꝯsilio eoꝝ habitatores samarie et ceteris trās fluuiū salutē dicēs et pacem. Accusatio nā quā misistis ad nos manifeste lecta est corā me: et a me pceptū est: et re

Al's iam bis les appellat secūdus p sa. rex apud iudith nabuchodonosor.

Al. + beelthem

Egypti regnū [illegible]

censuerūt: inueneruntq̃ quod ciuitas illa a diebus antiquis aduersum reges rebellat: et seditiones et prelia concitantur in ea. Nam et reges fortissimi fuerūt in hierusalem: qui et dominati sunt omni regioni que trans flumen est. Tributum quoque et vectigal et redditus accipiebant. Nunc ergo audite sententiam. Prohibeatis viros illos vt vrbs illa non edificetur: donec si forte a me iussum fuerit. Uidete ne negligenter hoc impleatis: et paulatim crescat malum contra reges. Itaque exemplum edicti artaxerxis regis lectum est coram reum + beelthem et samsai scriba et consiliariis eorum. Et abierunt festini in hierusalem ad iudeos: et prohibuerunt eos in brachio et robore. Tunc intermissum est opus domini in hierusalem: et non fiebat vsque ad annum secundum regni darii regis persarum.

¶ Ca. v. ¶ Ad exhortationem aggei et zacharie zorobabel et iosue iterum edificare templum incipiunt: et pasca celebratur trans flumen: consulit darium per epistolas super hoc. Cap. v.

A PRophetauerūt autem aggeus propheta et zacharias filius addo prophetantes ad iudeos qui erant in iuda et hierusalem: et in nomine dei israel. Tunc surrexerunt zorobabel filius salathiel et iosue filius iosedech et ceperunt edificare templum domini in hierusalem: et cum eis prophete dei adiuuantes eos. In ipso autem tempore venit ad eos thathanai qui erat dux trans flumen et starbuzanai et consiliarii eorum: sicque dixerunt eis. Quis dedit vobis consilium vt domum hanc edificaretis: et muros eius instauretis? Ad quod respondimus eis que essent nomina hominum huius auctorum edificationis illius. Oculus autem dei eorum factus est super senes iudeorum: et non potuerunt inhibere eos. Placuitque vt res ad darium referretur: et tunc satisfacerent aduersus accusationem illam. Exemplar epistole quam miserunt thathanai dux regionis trans flumen et starbuzanai et consiliatores eius apharsathei qui erant trans flumen ad darium regem. Sermo quem miserant ei sic scriptus erat. Dario regi pax omnis. Notum sit regi isse nos ad iudeam prouinciam ad domum dei magni que edificatur lapide impolito: et ligna ponuntur in parietibus: opusque illud diligenter extruitur et crescit in manibus eorum. Interrogauimus ergo senes illos: et ita diximus eis. Quis dedit vobis potestatem vt domum hanc edificaretis: et muros hos instauraretis? Sed et nomina eorum quesiuimus ab eis vt nunciaremus tibi: scripsimusque nomina eorum virorum qui sunt principes in eis. Huiuscemodi autem sermonem responderunt nobis: dicentes. Nos sumus serui dei celi et terre: et edificamus templum quod erat extructum ante hos annos multos: quodque rex israel magnus edificauerat et extruxerat. Postquam autem ad iracundiam prouocauerunt patres nostri deum celi: tradidit eos in manus nabuchodonosor regis babylonis chaldei: domum quoque hanc destruxit et populum eius transtulit in babylonem. Anno autem primo cyri regis, cyrus rex babylonis proposuit edictum vt domus dei edificaretur. Nam et vasa templi dei aurea et argentea que nabuchodonosor tulerat de templo quod erat in hierusalem et asportauerat ea in templum babylonis protulit cyrus rex de templo babylonis et data sunt sasabasar vocabulo: quem principem constituit: dixitque ei. Hec vasa tolle et vade: et pone ea in templo quod est in hierusalem et domus dei edificetur in loco suo. Tunc itaque sasabasar ille venit et posuit fundamenta templi dei in hierusalem: et ex eo tempore vsque nunc edificatur et nondum completum est. Nunc ergo si videtur regi bonum recenseat in bibliotheca regis que est in babilone: vtrum nam a cyro rege iussum fuerit vt edificaretur domus dei in hierusalem: et voluntatem regis super hac remittat ad nos.

¶ Ca. vi. ¶ Darius bibliothecam faciens reuolui: inuenit decretum cyri regis precepisse et quod ipse edificauerit propriis sumptibus: dat et ipse preceptum quod edificetur domus domini: et concedit iudeis fortissimum priuilegium: celebrant solennitates azymorum. Cap. vi.

TUnc darius rex precepit et recensuerunt in bibliotheca librorum qui erant repositi in babylone. Et inuentum est in egbathanis quod est castrum in + medena prouincia: volumen vnum talisque scriptus erat in eo commentarius. Anno primo cyri regis: cyrus rex decreuit vt domus dei edificaretur que est in hierusalem: in loco vbi immolant hostias: et vt ponant fundamenta supportantia altitudinem cubitorum sexaginta: et latitudinem cubitorum sexaginta: ordines de lapidibus impolitis tres: et sic ordines de lignis nouis. Sumptus autem de domo regis dabuntur. Sed et vasa templi dei aurea et argentea que nabuchodonosor tulerat de templo hierusalem et attulerat ea in babylonem reddantur: et referantur in templum hierusalem in locum suum: que et posita sunt in templo dei. Nunc ergo thathannai dux regionis que est trans flumen et starbuzanai et consiliarii vestri apharsathei qui estis trans flumen: procul recedite ab illis: et dimittite

Margin notes (left): Al. + exemplar. Al. + beelthem. 16. q. 7. c. Et hoc tibi. Primus ibi templum reparatum. Sincerus dicit ij. persarum rex. B Darius histaspis iiij. persarum rex. Xenophanes philosophus. C Sapho mulier.

Margin notes (right): poetrix a qua versus saphici. Pyndarus poeta. B Al. + medena. Junius brutus. Iunius collatinus primi Ro. consules. B

fieri téplū dei illō a duce iudeoꝝ ⁊ a senioribꝰ eoꝝ: ⁊ domꝰ dei illa edificet i loco suo. Sȝ ⁊ a me pceptū est q̄d oporteat fieri a psbyteris iudeoꝝ illis vt edificet domꝰ dei s. vt de arca regis .i. de tributis q̄ dant̄ de regióe trās flumen: studiose sumptꝰ deutur viris illis ne impediat̄ opus. Qđ si necesse fuerit ⁊ vitulos ⁊ agnos ⁊ hedos in holocaustū deo celi: frumētū sal vinū ⁊ oleū s̄m ritū sacerdotū q sunt in hierusalē: det̄ eis p singulos dies: ne sit i aliquo q̄rimonia: ⁊ offerāt oblationes deo celi: orētq̄ꝫ p vita regis ⁊ filioꝝ eiꝰ. A me ergo positū ē decretū: vt ois hō q hāc mutauerit iussionē: tollat̄ lignū de domo ipsius: ⁊ erigat̄ ⁊ configat̄ in eo: domus aūt eius publicet̄. Deus aūt q habitare fecit nomē suū ibi: dissipet oīa regna ⁊ ppłm q extēderit manū suā vt repugnet ⁊ dissipet domū dei illā q̄ est in hierusalē. Ego darius statui decretū: qđ studiose impleri volo. Ig̃r thanthanei dux regióis trans flumē ⁊ starbuȝanai ⁊ cōsiliarij eius s̄m qđ pceperat dariꝰ rex sic diligēter executi sunt. Seniores āt iudeoꝝ edificabāt ⁊ pspērabant̄ iuxta prophetiaȝ aggei pphete ⁊ zacharie filij addo. Et edificauerūt ⁊ construxerūt iubēte deo isrl̄: ⁊ iubēte cyro ⁊ dario ⁊ artaxerxe regibus psarū: ⁊ cōpleuerūt domū dei istā vsq̄ꝫ in diē tertiū mēsis adar: q est ānus sextus regni darij regis. Fecerunt aūt filij isrl̄ sacerdotes ⁊ leuite: ⁊ reliq filiorū trāsmigratiōis dedicationē domus dei i gaudio: ⁊ obtulerūt in dedicatióe domus dei vitulos cētū: arietes ducētos: agnos q̄driǵetos: hircos caprarū p peccato totiꝰ isrl̄: duodecim iuxta numeꝝ tribuū isrl̄. Et statuerūt sacerdotes in ordinibꝰ suis: ⁊ leuitas in vicibꝰ suis sup opa dei in hierusalē: sicut scriptū ē i libro moysi. Fecerūt āt filij trāsmigratióis pascha q̄rtadecima die mēsis p̄mi. Purificati .n. fuerāt sacerdotes ⁊ leuite q̄si vnꝰ: oēs mūdi ad imolādū pascha vniuersis filijs trāsmigrationis ⁊ fratribꝰ suis sacerdotibꝰ ⁊ sibi. Et comederūt filij isrl̄ q reuersi fuerāt de transmigratiōe ⁊ oēs q separauerant a coinq̄natióe gentiū terre ad eos vt q̄rerēt dñm deū isrl̄. Et fecerūt solénitatē azymoꝝ septē diebꝰ i letitia: q̄m letificauerat eos dn̄s: ⁊ cōuerterat cor regis assur ad eos: vt adiuuaret manꝰ eoꝝ in ope domꝰ dn̄i dei isrl̄.

℃ Cap. Sū. ℃ Ascēdit Esdras de babylóe: de edicto artaxerxis: ⁊ de hono:e tépli: ⁊ de libertate ministrorū: n eius. Cap. vij.

Post hec aūt verba i regno artaxerxis regis psaꝝ ✠ esdras filiꝰ saraie: filij asarie: filij helchie: filij sellū: filij sadoch: filij achitob: filij amarie: filij azarie: filij maraioth: filij zarie: filij ozi: filij bocci: filij abisue: filij phinees: filij eleazar: filij aaron sacerdotis ab initio: ipse ✠ esdras ascēdit d babylone: ⁊ ipse scriba velox in lege moysi: quā dn̄s deus dedit isrl̄. Et dedit ei rex s̄m manū dn̄i dei eius sup eū oēm petitionē eiꝰ. Et ascēderūt de filijs isrl̄ ⁊ de filijs sacerdotū ⁊ de filijs leuitaꝝ de cātoribꝰ ⁊ de ianitoribꝰ ⁊ de nathinneis in hierusalē: anno septimo artaxerxis regis: ⁊ venerūt in hierusalē mēse q̄nto: ipse ē ānus septimus regis. Qr in p̄mo die mēsis p̄mi cepit ascēdere de babylone: ⁊ in p̄mo ✠ die mēsis q̄nti venit i hierusalē iuxta manuȝ dei sui bonā sup se. ✠ Esdras ✠ aūt parauit cor suū vt inuestigaret legē dn̄i: ⁊ faceret ⁊ doceret in isrl̄ pceptū ⁊ iudiciū. Hoc est aūt exēplar epistole edicti: qđ dedit rex artaxerxes ✠ esdre sacerdoti scribe erudito in sermóibꝰ ⁊ in pceptis dn̄i: ⁊ cerimonijs eius i israel. Artaxerxes rex regū ✠ esdre sacerdoti: scribe legis dei celi doctissimo salutē. A me decretū ē: vt cuicūq̄ꝫ placuerit in regno meo de ppło isrl̄ ⁊ de sacerdotibus eius ⁊ de leuitis ire in hierusalē tecū vadat. A facie .n. regis ⁊ septē cōsiliatoꝝ eius missus es vt visites iudeā ⁊ hierusalē in lege dei tui q̄ est in manu tua: ⁊ vt feras argētū ⁊ aurū qđ rex ⁊ ꝯsiliatores eiꝰ sponte obtulerūt deo israel: cuius in hierusalē tabernaculū est. Et oē argētū ⁊ aurū qđcūq̄ꝫ inueneris in vniuersa puincia babylonis ⁊ populus offerre voluerit ⁊ de sacerdotibꝰ q sponte obtulerint domui dei sui q̄ est in hierusalē: libere accipe ⁊ studiose eme de hac pecūia vitulos: arietes: agnos ⁊ sacrificia ⁊ libamina eoꝝ: ⁊ offer ea sup altare templi dei vr̄i quod ē in hierusalē. Sȝ ⁊ si qd tibi ⁊ fratribus tuis placuerit de reliquo argēto ⁊ auro vt faciatis: iuxta volūtatē dei vr̄i facite. Uasa q̄ꝫ que dant̄ tibi in ministeriū domꝰ dei tui: trade in cōspectu dei ✠ in hierusalē. Sȝ ⁊ cetera quibus opꝰ fuerit in domū dei tui: quātūcūq̄ꝫ necesse est vt expēdas dabis

Triumphus rome duci victori designat̄. Publiꝰ publicola pmus rome triumphauit. Dictatura re digni tas rome p̄io instituit̄. C

Corolla nuro manus. Uerru uia inf corolla. Mulieribꝰ p̄uilegia a romāis dantur.

D Tribūi plebis rome instituunt̄

Fabia familia q̄si deletur. Quintiꝰ cincinatus dictator claret.

Democritꝰ philosophꝰ floret. A

Al' ✠ ezras a. 3. esdre S. a. Eradit⁹ phs Al' ✠ ezras

Eschilus poeta.

Al' sup est ✠ de. Al' ✠ ezras Al' ✠ enim B Al' ✠ ezre Al' ✠ ezre

C

Al' sup est ✠ in.

de thesauro et de fisco regis. Et a me ego artaxerxes rex statui atq; decreui oibꝰ custodibꝰ arce publice q sunt trās flumē: vt qdcunq; petierit a vobis + esdras sacerdos scriba legis dei celi absq; mora detis vsq; ad argēti talēta cētum: et vsq; ad frumēti choros cētū: et vsq; ad vini bathos centū: et vsq; ad bathos olei cētū: sal vo absq; mē-

D sura. Oē qd ad ritū dei celi ptinet tribuat diligēter in domo dei celi: ne forte irascat cōtra regnū regis et filiorum eius. Uobis quoq; notū facimus de vniuersis sacerdotibus et leuitis et cātorib; et ianitoribꝰ nathinneis et ministris domꝰ dei huiꝰ: vt vectigal et tributū et ānonas nō hēatis potestatē imponēdi sup eos. Tu aūt + esdra sēm sapiētiā dei tui q est in manu tua cōstitue iudices et psides: vt iudicēt oi pplo qui est trans flumē: his videl; qui nouerunt legē dei tui: sꝫ et imperitos docete libere. Et ois qui nō fecerit legē dei tui et legē regis diligēter: iudiciū erit de eo siue in mortem siue in exiliū siue in cōdēnationem substantie eius: vel certe in carcerē. Et dixit + esdras scriba. Bñdictꝰ dñs deꝰ patrū nroꝝ: q dedit hoc in corde regis vt glorificarēt domū dñi que est in hierusalē: et in me inclinauit misericordiā suā corā rege et consiliatoribus eius et vniuersis principibus regis potentibꝰ. Et ego cōfortatꝰ manu dñi dei mei q erat i me: cōgregaui de israel pncipes q ascēderūt mecū.

C Ca. Sū. C De his q ascēderūt cū esdra et directione itineris post fletū et ieiunium. Appendunt vasa tēpli: et offerunt ea cū holocaustis in hierusalem. Cap. viij.

H Ii sunt ergo principes familiaꝝ et genealogia eorū qui ascēderūt me cū in regno artaxerxis regis de babylōe. De filijs phinees: gerson. De filijs ithamar daniel. De filijs dauid atthus. De filijs sechenie: et de filijs pharos: zacharias: et cū eo numerati sunt viri cētum quinquaginta. De filijs phetmoab: elioenai filius + zaree: et cū eo ducēti viri. De filijs sechenie filius ezechiel: et cū eo trecēti viri. De filijs adda: nabeth filius ionathā: et cū eo quinquagita viri. De filijs helā: isaias filiꝰ athalie: et cū eo septuagita viri. De filijs saphatie: zebedia filius michael: et cū eo octoginta viri. De filijs ioab: obedia filiꝰ ihehiel et cū eo ducēti decē et octo viri. De filijs selomith: filiꝰ iosphie: et cū eo cētū sexaginta viri. De filijs bebai: zacharias filiꝰ bebai: et cū eo vigintiocto viri. De filijs ezegad: iohanā filiꝰ ezethan: et cū eo cētū decē viri. De filijs adonicā q erant nouissimi: et hec noia eoꝝ: heliphelech et heihel et samaias: et cū eis sexaginta viri. De filijs beguai: vthai et zachur: et cū eis septuaginta viri. Cōgregaui aūt eos ad fluuiū q decurrit ad hana et mansimꝰ ibi tribꝰ dieb;. Qu siuiq; i populo et in sacerdotibꝰ de filijs leui: et non inueni ibi. Itaq; misi helizer et ariel et semeiā et helnathā et arib et alteꝝ helnathā et nathā et zachariā et mosollā pncipes: et ioarib et helnathā: sapiētes: et misi eos ad heddo q ē pmus in casphie loco. Et posui in ore eoꝝ vba q loqrent ad heddo: et ad frēs eiꝰ nathinneos in loco casphie: vt adducerēt nobis ministros domꝰ dei nri. Et adduxerūt nobis p manū dei nri bonā sup nos virū doctissimū de filijs moholi: filij leui: filij isrl: et sarabiā: et filios eiꝰ et frēs eius decē et octo: et asabiā: et cū eo isaiā de filijs merari: frēsq; eiꝰ et filios eiꝰ viginti. Et de nathinneis qs dederat dauid et pncipes ad ministeria leuitaꝝ nathinneos: ducētos viginti. Oēs hi suis noibꝰ vocabant. Et pdicaui ibi ieiuniū iuxta fluuiū hana: vt affligeremur corā dño deo nro: et peteremꝰ ab eo viā rectā nobis et filijs nris: vniuerseq; substātie nre. Erubui. n. petere regis auxiliū et eqtes q defenderēt nos ab inimico in via: qr dixeramꝰ regi. Manꝰ dei nri est sup oēs q qrūt eū in bonitate: et imperium eiꝰ et fortitudo eiꝰ et furor sup oēs q derelinquūt eū. Ieiunauimꝰ aūt et rogauimꝰ deū nrm p hoc: et euenit nobis psꝑe. Et separaui de principibꝰ sacerdotū duodecim: sarabiā et asabiā: et cū eis de fratribꝰ eorū decē. Appendiq; eis argētū et auꝝ: et vasa cōsecrata domus dei nri q obtulerat rex et cōsiliatores eius et principes eius: vniuersusq; isrl eoꝝ q inuenti fuerāt. Et appēdi in manibus eorum argēti talēta sexcēta quīquaginta: et vasa argētea cētū: auri vo centū talēta: et crateras aureas viginti q habebāt solidos millenos: et vasa eris fulgētis optimi duo pulcra vt aurū. Et dixi eis. Uos sancti dñi: et vasa sancta et argentū et aurū: qd sponte oblatū est dño deo patrū nroꝝ. Uigilate et custodite donec appendatis coram principibus sacerdotum et le-

Aristides pho alberic.

Pythagoras pho Sophocles poeta tragicus Zeusis et parasius pictores.

E

D

E

F

nitaꝝ ⁊ ducibus familiaꝝ isrl' in hierusa
lē in thesauris dom⁹ dñi. Susceperunt aūt
sacerdotes ⁊ leuite pondus argēti ⁊ auri
⁊ vasoꝝ vt deferrēt hierusalē in domum
dei nr̃i. Promouimus ergo a flumine ha
na duodecima die mensis p̃mi: vt pgere-
mus hierusalē. Et man⁹ dei nr̃i fuit sup
nos: ⁊ liberauit nos de manu inimici: ⁊ in
sidiatoris in via. Et venim⁹ hierusalē: ⁊
B mansimus ibi trib⁹ dieb⁹. Die aūt q̃rta ap
pēsum est argētum ⁊ aurū ⁊ vasa in domo
dei nr̃i p manū remoth filij vrie sacerdo-
tis: ⁊ cū eo eleazar fili⁹ phinees: cūq3 eis
iosadech fili⁹ iosue: ⁊ noadaia fili⁹ bennoi
leuite iuxta numeꝝ ⁊ pondus oium. De-
scriptū est oē pondus in tēpore illo. Sed
⁊ q venerāt de captiuitate filij trāsmigra-
tiōis: obtulerūt holocaustomata deo isrl':
vitulos duodecī p omni pplo isrl': arie
tes nonagintasex: agnos septuagintaseptē:
hircos p peccato duodecim: omnia in ho
locaustū dño. Dederunt aūt edicta regis
satrapis qui erant de cōspectu regis ⁊ du-
cibus trans flumen: ⁊ eleuauerunt popu
lum ⁊ domum dei.

¶ Capi. ix. ¶ Nunciat esdre q filij isrl' nō sunt separati a pplo terreno ēt duxerūt in vxores filias eaꝝ: hoc audito esdras scidit palliū suū ⁊ tunicā: ⁊ euellit pilos capitis eius: ⁊ sedēs plorat. Cap. ix.

li. 3. esdre 8. c.

Postq̃ autē hec cōpleta sunt accesse-
rūt ad me principes dicētes. Nō ē se-
parat⁹ pplo isrl' ⁊ sacerdotes ⁊ leuite a po-
pulis terraꝝ: ⁊ de abominatiōib⁹ eorū cha
nanei videlz ⁊ ethei ⁊ pherezei ⁊ iebusei ⁊
ammonitaꝝ ⁊ moabitaꝝ ⁊ egyptioꝝ ⁊ am-
morreoꝝ. Tulerūt.n. de filiab⁹ eoꝝ sibi ⁊
filijs suis: ⁊ cōmiscuerūt semen sanctū cū
populis terraꝝ. Manus ēt principū ⁊ ma
gistratum fuit in trāsgressiōe hac prima.
Cūq3 audissem sermonē istum: scidi pal
liū meū ⁊ tunicā: ⁊ euelli capillos capitis
mei ⁊ barbe: ⁊ sedi merēs. Cōuenerūt aūt
ad me oēs qui timebant verbū dei israel:
pro transgressiōe eorū qui de captiuita-
te venerant: ⁊ ego sedebā tristis vsq3 ad sa
crificiū vespertinum. Et in sacrificio vespti-
no surrexi de afflictiōe mea: ⁊ scisso pallio
⁊ tunica curuaui genua mea: ⁊ expādi ma-
nus meas ad dominū deū meum: ⁊ dixi.
Deus me⁹ cōfundor ⁊ erubesco leuare fa-
ciē meā ad te: + qm̃ iniquitates nr̃e mul
tiplicate sunt sup caput nr̃m: ⁊ delicta nr̃a
creuerūt vsq3 ad celū a diebus p̃im nr̃o-
rū. Sz ⁊ nos ipi peccauim⁹ grauiter vsq3
ad diē hāc: ⁊ in iniqtatibus nr̃is traditi
sum⁹ ipsi: ⁊ reges nr̃i: ⁊ sacerdotes nr̃i in
+ manū regū terraꝝ: ⁊ in gladiū ⁊ in ca-
ptiuitatē ⁊ in rapinā ⁊ in cōfusionē vult⁹.
sicut ⁊ die hac. Et nūc q̃si ad paꝝ ⁊ momē
tū facta ē deprecatio nr̃a ad dñm deū nr̃m:
vt dimitterent nobis reliqie: + ⁊ daretur
pax illi⁹ in loco sancto ei⁹: ⁊ illuminaret
oculos nr̃os deus nr̃: ⁊ daret nobis vitaꝫ
modicā in seruitute nr̃a: qr serui sum⁹: ⁊ in
seruitute nr̃a nō dereliqt nos deus nr̃: ⁊
inclinauit sup nos misericordiā corā re-
ge psaꝝ: vt daret nobis vitā: ⁊ sublimaret
domū dei nr̃i: ⁊ extrueret solitudines ei⁹
⁊ daret nobis spez in iuda ⁊ hierusalem.
Et nūc qd dicemus dñe deus nr̃ post hec?
Qr dereliquimus mādata tua q̃ pcepisti
in manu seruoꝝ tuoꝝ pphetaꝝ: dicens.
Terra ad quā vos ingredimini vt possi-
deatis eā: terra immūda est iuxta immūdiciā
pploꝝ ceterarūq3 terraꝝ abominatiōibus
eoꝝ q repleuerūt eā ab ore vsq3 ad os coin
quinatiōe sua. Nūc ergo filias vr̃as ne de-
tis filijs eoꝝ: ⁊ filias eoꝝ ne accipiatis fi-
lijs vr̃is: ⁊ nō q̃ratis pacē eoꝝ ⁊ psperitatez
eoꝝ vsq3 in eternū: vt confortemini ⁊ co
medatis q̃ bona sunt terre: ⁊ heredes habea
tis filios vr̃os vsq3 in seculū. Et post oīa q̃
venerūt sup nos in opribus nr̃is pessi-
mis: ⁊ in delicto nr̃o magno: qr tu de⁹ nr̃
liberasti nos de iniqtate nr̃a: ⁊ dedisti no-
bis salutē sicut est hodie: vt non conuertere-
mur: ⁊ irrita facerem⁹ mādata tua: neq3
matrimonia iūgeremus cū pplis abomia-
tionū istaꝝ. Nūqd iratus es nobis vsq3
ad cōsumationē: ne dimitteres nobis reli

Artabanus. vj. psaꝝ rex

Artaxerxes. vij. psaꝝ rex.

B

Al'+ quātus.

Decē viri rome eliguntur.

Al'+ manu

C

Al'+ vt

Virginius filias interficit pp apij insolentiā.

Romani leges solonis in decē tabulis accipiūt ⁊ duas addunt

D

Tribuni ⁊ ediles rome creantur

quias ad salute. Dñe deꝰ isrl iustꝰ es tu: qm derelicti sumꝰ q saluaremur sicut die hac. Ecce corā te sumus in delicto nr̃o. Nō enim stari pōt corā te super hoc.

¶ Ca. Sū. ¶ Penitet ⁊ luget ppl's: sepa rantur vxores alienigene: describunt illi qui eas abiecerunt. Cap. x.

Sic ergo orante ✠ esdra ⁊ implorāte ✠ deū: ⁊ flente ⁊ iacēte ante templū dei: collectus est ad eū de isrl cetus grādis nimis viroꝝ ⁊ mulieꝝ ⁊ pueroꝝ. Et fleuit ppl's multo fletu. Et rñdit sechenias filiꝰ iehihel de filijs helā: ⁊ dixit ✠ esdre. Nos preuaricati sumus in deum nr̃m: ⁊ duximus vxores alienigenas de pplis terre. Et nunc si est penitentia in isrl sup hoc: percutiamus fedus cū dño deo nr̃o: vt ꝓijciamus vniuersas vxores: ⁊ eos qui de his nati sunt. Iuxta voluntatē dñi ⁊ eoꝝ q timēt preceptū dñi dei nostri: sm legem fiat. Surge: tuum est discernere: nosq3 erimꝰ tecum. Cōfortare: ⁊ fac. Surrexit ergo ✠ esdras ⁊ adiurauit principes sacerdotū ⁊ leuitaꝝ ⁊ oēm israel vt facerent sm v̄bū hoc. Et iurauerunt. Et surrexit ✠ esdras ante domū dei: ⁊ abijt ad cubiculū iohannā filij elyasib: ⁊ ingressus est illuc. Panē nō comedit: ⁊ aquā nō bibit. Lugebat.n. trāsgressionē eoꝝ q venerāt d captiuitate. Et missa est vox in iuda ⁊ in hierusalē oībus filijs trāsmigratiōis vt cōgregētur in hierusalē. Et oīs qui nō venerit in tribus diebꝰ iuxta ꝯsiliū pncipū ⁊ senioꝝ: auferet̄ vniuersa substātia eiꝰ: ⁊ ipsē abijcietur de cetu trāsmigratiōis. Cōuenerūt igit̄ oēs viri iuda ⁊ beniamin in hierusalem tribus diebꝰ: ipse est mēsis nonus vicesima die mēsis. Et sedit oīs ppl's in platea domus dei treméntes ✠ ꝓ pctō ⁊ pluuijs. Et surrexit ✠ esdras sacerdos ⁊ dixit ad eos. Uos trāsgressi estis: ⁊ duxistis vxores alienigēas: vt adderetis sup delictum isrl. Et nūc date ꝯfessionē dño deo patrū ✠ vestroꝝ: ⁊ facite placitū eius: ⁊ separamini a pplis terre: ⁊ ab vxoribꝰ alienigenis. Et rñdit vniuersa multitudo dixitq3 voce magna. Iuxta v̄bū tuū ad nos: sic fiat. Uerūtn̄ qr ppl's multus ē ⁊ tps pluuie: ⁊ nō sustinemus stare foris: ⁊ opꝰ nō ē diei vniꝰ vel duoꝝ: vehementer qppe peccauimus in sermōe isto: ꝯstituant̄ principes in vniuersa multitudine: ⁊ oēs in ciuitatibꝰ nr̃is q duxerūt vxores alienigēas veniāt i tēporibꝰ statutis: ⁊ cū his seniores ꝑ ciuitatē in ciuitatē ⁊ iudices eiꝰ: donec auertat̄ ira dei nr̃i a nobis: sup pctō hoc. Igit̄ ionathan filius azehel: ⁊ iaazia filius thecue steterūt sup hoc: ⁊ mosollā ⁊ ✠ sebachi leuites adiuuerūt eos. Feceruntq3 sic filij trāsmigratiōis. Et abierūt ✠ esdras sacerdos ⁊ viri pricipes familiarū in domos patrū suoꝝ: ⁊ oēs ꝑ noia sua: ⁊ sederūt in die primo mēsis decimi vt q̄rerēt rem. Et cōsummati sunt oēs viri q duxerūt vxores alienigenas vsq3 in diē primā mēsis primi. Et inuēti sūt de filijs sacerd: tū qui duxerūt vxores alienigēas. De filijs iosue filij iosedech: ⁊ frēs eiꝰ maasia: ⁊ eliezer ⁊ iarib ⁊ godolia. Et dederūt manꝰ suas vt eijcerēt vxores suas: ⁊ ꝓ delicto suo arietē de ouibꝰ offerrēt. Et de filijs emmer: ananí ⁊ zebedia. Et de filijs herim: masia ⁊ helia ⁊ semeia: iehihel ⁊ ozias. Et de filijs phessur: elioenai: maasia: hismael: nathanael: iosabeth: ⁊ helesa. Et de filijs leuitaꝝ. iosabeth ⁊ semei ⁊ celaia: ipse est calithaphathaia: iuda ⁊ eliezer. Et de cātoribus eliasib: ⁊ de ianitoribus sellū ⁊ thelē ⁊ vri. Et ex israel de filijs pharos remeia ⁊ iezia ⁊ melchia: ⁊ miamim ⁊ eliezer ⁊ melchia ⁊ banea. Et de filijs helan mathania: zacharias: ⁊ iehihel ⁊ abdi ⁊ rimoth ⁊ helia. Et de filijs zethua: elioenai: alyasib: nathaía ⁊ hierimuth ⁊ zabeth aziza. Et de filijs bebai iohānan anāia: zabbai: athalai. Et de filijs beni: mosolla ⁊ melluch ⁊ adaía iasub ⁊ saal ⁊ ramoth. Et de filijs phetmoab: edna ⁊ chalaal: banaias ⁊ maasias mathāias beseleel bénui ⁊ manasse. Et de filijs erē: eliezer: iesue: melchias: semeias: symeon: beniamin: maloch: samarias. Et de filijs asom: mathanai mathet azabeth: elpheleth iermai: manasses: semei. De filijs bani: maaddi: amrā ⁊ huel: baneas ⁊ badaias: cheliau: bannia. Marimuth: ⁊ eliasib: mathanias: mathanai ⁊ iasi ⁊ bani ⁊ bennui semei ⁊ salmias ⁊ nathan ⁊ adaias: mechne dabai sysai sarai ezrel ⁊ selemau ⁊ semeria sellū amaría ioseph. De filijs nebui: ahihel mathathias zabeth zabina ieddu ⁊ iohel ⁊ banai. Omnes hi acceperant vxores alienigenas: ⁊ fuerunt ex eis mulieres que pepererant filios.

¶ Explicit liber Esdre primus.

Hypocras medicus. Als ✠ nostrorum. Gorgias phs. zeno philosophꝰ citeus. zeno aliꝰ stoicus phs. Socrates athenié. C. Als ✠ setechat. Als ✠ ezras. Xerses viij. p'sa ꝛ ret. Darius notꝰ nonus p'a rus ret. Alcibyades athenien. Dionysius siracusanus. D

A. ✠ ezra. Als ✠ cū ... esdre ... g ... anasagoras phs. Empedocles phs ... ✠ ezre. Permenides phs. Cratinꝰ poeta. Plautꝰ comedia... Als ✠ ezras. Herodotus historicus. Als ✠ ezras ... esdre ... b. Tucidides histo ... phs. B. Milesꝰ physicus. Protagoras sophista. Phidias statuariꝰ. Als ✠ pp ... Als ✠ ez.

¶ Incipit liber Neemie: qui ē Esdre scds.
¶ Ca. Sū. ¶ Neemias pincerna regis artaxerxis audita afflictiōe iudeoꝝ q erāt in hierlm: ieiunat: ōrit mīaʒ a deo. Cap. j.

VErba Neemie filij helchie. Et factum est in mense casleu: anno vicesimo: ⁊ ego erā i susis castro. Et venit ad me anani vnus de fratrib⁹ meis ipse ⁊ viri iuda. Et interrogaui eos de iudeis q remāserāt ⁊ supērāt de captiuitate ⁊ de hierlm. Et dixerūt mihi. Qui remāserunt ⁊ derelicti sunt de captiuitate ibi in prouincia in afflictione magna sūt: ⁊ in opprobrio ⁊ murus hierusalē dissipatus est: ⁊ porte eius cōbuste sunt igni. Cūqȝ audissez v̄ba huiuscemodi: sedi ⁊ fleui ⁊ luxi dieb⁹ multis: ⁊ ieiunabā ⁊ orabā añ faciē dei celi: ⁊ dixi. // Queso dn̄e deus celi fortis magne atqȝ terribilis: qui custodis pactum ⁊ mīam cū his qui te diligunt ⁊ custodiunt mādata tua: fiant aures tue auscultantes: ⁊ oculi tui aperti: vt audias orationē serui tui quaʒ ego oro corā te hodie die ⁊ nocte: pro filijs israel seruis tuis: ⁊ confiteor ꝑ peccatis filioꝝ israel: quib⁹ peccauerūt tibi. Et ego ⁊ domus patris mei peccauimus: vanitate seducti sumus: ⁊ non custodiuim⁹ mandatum tuum ⁊ cerimonias ⁊ iudicia que precepisti moysi famulo tuo. Memento verbi quod mandasti moysi seruo tuo dicens. Cum transgressi fueritis: ego dispergam vos in populos. Et si reuertamini ad me: ⁊ custodiatis ꝑcepta mea ⁊ faciatis ea: etiam si abducti fueritis ad extrema celi: inde cōgregabo vos: ⁊ reducā in locū quē elegi: vt habitaret nomē meū ibi. Et ipsi serui tui ⁊ pp̄ls tuus quos redemisti in fortitudine tua magna: ⁊ in manu tua valida. Obsecro dn̄e: sit auris tua attēdēs ad orationē serui tui: ⁊ ad orationem seruorum tuorum qui volūt timere nomē tuum: ⁊ dirige seruum tuum hodie: ⁊ da ei misericordiam ante virum hūc. Ego enim eram pincerna regis.

¶ Ca. Sū. ¶ Neemias ab artaxerxe cū litteris venit in hierusalē: cōsiderat ruinas muroꝝ de nocte: ⁊ cām itineris sui aperit pp̄lo ad edificādū ꝯfortat muros. Cap. ij.

FActū est autē in mēse nisan āno vicesimo artaxerxis regis: ⁊ vinū erat añ eū. Et leuaui vinū ⁊ dedi regi: ⁊ erā quasi languidus ante faciē eius. Dixitqȝ mihi rex. Quare vultus tuus tristis est: cū te egrotū nō videā? Nō est hoc frustra: sed malū nescio qd̄ in corde tuo ē. Et timui valde ac nimis: ⁊ dixi regi. Rex in eternum viue. Quare nō mereat vultus meus: qꝛ ciuitas domus sepulchroꝝ patris mei deserta est: ⁊ porte eius combuste sunt igni. Et ait mihi rex. Pro qua re postulas? Et oraui deuʒ celi. Et dixi ad regē. Si videt regi bonū ⁊ si placet seruus tu⁹ añ faciē tuā: vt mittas me in iudeaʒ ad ciuitatē sepulchri p̄ris mei: ⁊ edificabo eā. Dixitqȝ mihi rex ⁊ regina q̄ sedebat iuxta eū. Usqȝ ad qd̄ tēpus erit iter tuū: ⁊ qn̄ reuerteris. Et placuit ante vultū regis: ⁊ misit me. Et constitui ei tp̄s: ⁊ dixi regi. Si regi vr̄ bonum: epistolas det mihi ad duces regionis trans flumē vt traducāt me: donec veniam in iudeā: ⁊ epistolā ad asaph custodē saltus regis: vt det mihi ligna ✠ vt tegere possim portas tēpli: turres: domus: ⁊ muros ciuitatis: ⁊ domuʒ quā ingressus fuero. Et dedit mihi rex iuxta manū dei mei bonā mecuʒ. Et veni ad duces regionis trans flumen: dediqȝ eis epistolas regis. Miserat autē rex mecuʒ principes militū ⁊ equites. Et audierunt sanaballath horonites ⁊ thobias seruus amanites: ⁊ cōtristati sunt afflictione magna: qꝛ venisset hō qui quereret prosperitatem filioꝝ isrl̄. Et veni hierusalem: ⁊ eram ibi tribus diebus. Et surrexi nocte ego ⁊ viri pauci mecum: ⁊ non indicaui cuiqȝ qd̄ ✠ domin⁹ dedisset in corde meo vt facere

Marginalia: A; B; Dan. 9. a.; Infra. 9. f.; C; D; A; B; Ms ✠; C; alr ✠

vt facerē in hierlm: & iumētū nō erat mecū: nisi animal cui sedebam. Et egressus sū p portā vallis nocte: & añ fontē draconis: & ad portā stercoris: & ɔsiderabā murū hierlm dissipatū: & portas ei⁹ ɔsūptas igni. Et trāsiui ad porta fontis & aqueductū regis & nō erat loc⁹ iumēto cui sedebā vt transiret. Et ascēdi per torrētē nocte & ɔsiderabā murum: & reuersus veni ad portam vallis & redij. Magistrat⁹ aūt nesciebāt quo abissem: aut qd ego facerē. Sz & iudeis & sacerdotib⁹ & optimatib⁹ & magistratib⁹ & reliqs q faciebāt opus vsq3 ad id + loci nihil indicaueram. Et dixi eis. Uos nostis afflictionē in qua sum⁹: qz hierusalē deserta est: & porte ei⁹ ɔsūpte sūt igni. Uenite & edificem⁹ muros hierlm: & non simus vltra opprobrium. Et indicaui eis manū dei mei q eēt bona mecū: & vba regis q locut⁹ est mihi: & aio. Surgamus & edificem⁹. Et cōfortate sunt man⁹ eoꝝ in bono. Audierunt. n. sanaballath horonites & thobias seru⁹ ammanites & gosem arabs & subsanauerunt nos & despexerūt. Dixeruntq3. Que est hec res quā facitis? Nūquid ɔ regē vos rebellatis? Et reddidi eis sermonē: dixiq3 ad eos. Deus celi ipse nos iuuat: & nos serui ei⁹ sum⁹. Surgam⁹ & edificem⁹. Uobis aūt nō est pars & iustitia & memoria in hierusalem.

Mss + locorum

D

¶ Ca. Sū. ¶ Mūri turres porte edificātur: incipit elyasib sacerdos magn⁹: distribuuntq3 viri iuxta quos edificēt. Ca. iij.

A

Et surrexit elyasib sacerdos magn⁹: & fratres ei⁹ sacerdotes & edificauerūt portā gregis. Ipsi sanctificauerūt eā: & statuerūt valuas ei⁹: & vsq3 ad turrē cētum cubitoꝝ sanctificauerūt eā: vsq3 ad turrē ananehel. Et iuxta eū edificauerūt viri hiericho: & iuxta eos edificauit zachur filius amri. Portā aūt pisciū edificauerunt filij asnaa. Ipsi texerūt eā: & statuerunt valuas ei⁹ & seras & vectes. Et iuxta eos edificauit marimuth fili⁹ vrie filij accus. Et iuxta eū edificauit mosollā fili⁹ barachie filij mesezebel. Et iuxta eū edificauit sadoch fili⁹ baana. Et iuxta eū edificauerūt thecueni. Optimates aūt eoꝝ nō supposuerunt colla sua in opa dñi dei sui. Et portā veterē edificauerūt ioiada fili⁹ phasea: & mosolla fili⁹ besodia. Ipsi texerūt eam & statuerūt valuas ei⁹ & seras & vectes. Et iuxta eos edificauit

B

melchias gabaōites & iadon meronathites viri de gabaon: & masphat p duce qui erat in regione trās flumē. Et iuxta eum edificauit ezibel fili⁹ araia aurifex. Et iuxta eū edificauit ananias fili⁹ pigmētarij. Et + dimiserūt hierlz vsq3 ad ad murū platee latioris. Et iuxta eū edificauit raphaia fili⁹ hur pnceps vici hierlm. Et iuxta eū edificauit ieiada filius arematph ɔ domū suā. Et iuxta eū edificauit atthus fili⁹ asebonie. Mediā ptē vici edificauit melchias fili⁹ erem: & asub fili⁹ phetmoab & turrem furnoꝝ. Et iuxta eos edificauit sellū filius aloes princeps medie ptis vici hierlm: + ipse & + filij ei⁹. Et portā vallis edificauit anun & habitatores zanoe. Ipsi edificauerunt eā: et statuerūt valuas ei⁹ et seras et vectes: et mille cubitos in muro: vsq3 ad portā sterquilinij. Et portā sterqlinij edificauit melchias filius rechab princeps vici bethacharem. Ipse edificauit eam: et statuit valuas ei⁹ et seras et vectes. Et portā fontis edificauit selum fili⁹ colozai princeps pagi maspha. Ipse edificauit eā et texit: et statuit valuas ei⁹ et seras et vectes. Et muros piscine syloe in hortum regis & vsq3 ad gradus q descēdunt de ciuitate dauid. Post eū edificauit neemias filius azboth princeps dimidie partis vici bethsur: vsq3 ɔ sepulcrum dauid: & vsq3 ad piscinā que grādi opere ɔstructa est: & vsq3 ad domū fortiū. Post cum edificauerunt leuite: reu3 fili⁹ benni. Post eū edificauit asebias pnceps dimidie partis vici ceile in vico suo. Post eū edificauerūt fratres eoꝝ bechiu fili⁹ enebad princeps dimidie partis ceile. Et edificauit iuxta eu3 azer filius iosue princeps maspha mēsurā secūdam: cōtra ascensum firmissimi anguli. Post eū in monte edificauit baruch fili⁹ zachai mēsurā secunda3: ab angulo vsq3 ad portā domus elyasib sacerdotis magni. Post eū edificauit merimuth filius vrie filij arthus mēsuram secundā a porta domus elyasib: donec extēderet domus elyasib. Et post eū edificauerunt sacerdotes viri de campestribus iordanis. Post eos edificauit beniamin & asub ɔ domu3 suam. Et post eos edificauit azarias filius maasie filij ananie ɔ domū suā. Post eū edificauit bennui filius ennada mēsuram secunda3 a domo azarie vsq3 ad flexura3 & vsq3 ad

C

Mss + fortificauerunt

al. + osee

Mss + filie

D

E

F

angulū. Post eū edificauit phalel fili⁹ ozi contra flecturā ⁊ turrē que eminet de domo regis excelsa idest in atrio carceris. Post eū phadaia filius pheros. Nathinnei autē habitabāt in ophel vsq₃ contra portā aquarū ad orientē ⁊ turrem que pminebat. Post eos edificauerūt thecueni mensurā secundā e regione: a turre magna ⁊ B eminēti vsq₃ ad murū templi. Sursū₃ autē ad portā equoꝝ edificauerunt sacerdotes vnusquisq₃ cōtra domū₃ suam. Post eos edificauit seddo filius emmer contra domū suā. Et post eū edificauit semeia filius secbenie custos porte orietalis. Post eū edificauerunt anania filius selemie: ⁊ anon filius selo sextus: mensurā secundam. Post eū edificauit mesollā filius barachie cōtra gaȥophilatium suum. Post eum edificauit melchias filius aurificis vsq₃ ad domū₃ nathinneoꝝ ⁊ scuta vēdētiū ꝯ portā iudicialē: ⁊ vsq₃ ad cenaculū āguli. Et itra cenaculū āguli in porta gregis edificauerūt artifices ⁊ negociatores.

¶ Ca. Sū. ¶ Sanaballath ⁊ tobias edificātes subsanabāt ⁊ phibere volebāt: ⁊ moliuntur insidias: at illi armati muros edificabant: vna manu populus edificat. altera tenet gladium. Cap. iiij.

A Factum est autē cum audisset sanaballath q edificaremus murū iratus est valde. Et mot⁹ nimis subsanauit iudeos: ⁊ dixit corā fratrib⁹ suis ⁊ frequētia samaritanoꝝ. Quid iudei faciūt + imbecilles. Num dimittēt eos gentes. Num sacrificabunt ⁊ cōplebūt in vna die? Nūquid edificare poterūt lapides de aceruis pulueris qui combusti sunt? Sȝ tobias amanites proximus eius ait. Edificēt. Si ascēderit vulpes trāsiliet murū eorum lapideū₃. Et dixit neemias. Audi deus noster q facti sumus despectui. Cōuerte opprobriū super caput eorū₃: ⁊ da eos in despectionē in terra natiuitatis. Ne operias iniquitatē eorū: ⁊ peccatum + eorū coraȝ facie tua nō deleatur q irriserunt edificātes. Itaq₃ edificauimus murū ⁊ coiunximus totū vsq₃ ad partē dimidiā: ⁊ prouocatū₃ est cor populi ad operādum. B Factum est aūt cū audisset sanaballath ⁊ tobias ⁊ arabes ⁊ āmonites + azotij: q obducta esset cicatrix muri hierusalē: q cepissent interrupta concludi: irati sunt nimis. Et congregati sunt oēs pariter vt venirēt ⁊ pugnarēt contra hierusalē: ⁊ molirētur insidias. Et orauimus deum nostrū₃: ⁊ posuimus custodes super murū₃ die ac nocte cōtra eos. Dixit autē iudas. Debilitata est fortitudo portātis ⁊ hum⁹ nimia est: ⁊ nō poterimus edificare murum. Et dixerunt hostes nostri. Nesciant ⁊ ignorēt donec veniamus in mediū eoru₃ ⁊ interficiamus eos: ⁊ cessare faciam⁹ opus. C Factū est autē venientibus iudeis q habitabāt iuxta eos: ⁊ dicētibus nobis p decē vices ex omnib⁹ locis qbus venerāt ad nos: statui in loco post murū p circuitum populū in ordinē cum gladijs suis ⁊ lanceis ⁊ arcubus. Et perspexi atq₃ surrexi: ⁊ aio ad optimates ⁊ magistratus: ⁊ ad reliquam partē vulgi. Nolite timere a facie eorum. Domini magni et terribilis memētote: ⁊ pugnate pro fratribus vestris: ⁊ filijs vestris: ⁊ filiabus vestris ⁊ vxoribus vestris: ⁊ domibus vestris. Factum est autē cū₃ audissent inimici nostri nūciatū esse nobis: dissipauit deus consiliū eorum. Et reuersi sumus oēs ad muros vnusquisq₃ ad opus suū₃. Et factum est a die illa: media pars iuueniū eorū faciebat opus: ⁊ media parata erat ad bellū₃: ⁊ lancee ⁊ scuta ⁊ arcus ⁊ lorice ⁊ principes post eos in omni domo iuda edificantiū muros ⁊ portantium onera ⁊ imponētium. D Una manu sua faciebat op⁹: ⁊ altera tenebat gladium. Edificātium enim vnusqsq₃ gladio erat accinctus renes. Et edificabāt ⁊ clangebant buccina iuxta me. Et dixi ad optimates ⁊ ad magistratus: ⁊ ad reliquā partē vulgi. Opus grāde est ⁊ latū ⁊ nos separati sumus in muro procul alter ab altero. In loco quocunq₃ audieritis clangorē tube: illuc concurrite ad nos De⁹ noster pugnabit pro nobis: ⁊ nos ipsi faciamus opus. Et media pars nostrum teneat lāceas ab ascēsu aurore: donec egrediantur astra. In tempore quoq₃ illo dixi populo. Unusquisq₃ cū puero suo maneat in medio hierusalē: ⁊ sint nobis vices per noctē ⁊ diem ad operandum. Ego autem ⁊ fratres mei ⁊ pueri mei: ⁊ custodes qui erāt post me: non deponebamus vestimēta nostra. Unusquisq₃ tantū nudabatur ad baptismum.

¶ Ca. Sū. ¶ Clamat ppłus p̄ fame necc.

Al. + imbecilli

Al. + horum

Al. + azoti

mias phibat vsuras:annonas:q̄ ducib⁹ debent nō exigit de cibo mēse ei⁹. Cap.v.

A Et fact⁹ est clamor ppli ⁊ vxorū eius magn⁹ aduersus fratres suos iudeos Et erāt q dicerēt. Filij nr̄i ⁊ filie nr̄e multe sunt nimis. Accipiam⁹ p precio eorū frumētū ⁊ comedam⁹:⁊ viuam⁹. Et erāt q dicerēt. Agros nr̄os ⁊ vineas ⁊ dom⁹ nostras apponam⁹:⁊ accipiam⁹ frumētum in fame. Et alij dicebant. Mutuo sumamus pecunias in tributa regis: demusq; agros nr̄os ⁊ vineas:⁊ nunc sicut carnes fratrū nr̄oꝝ:sic carnes nr̄e sunt:⁊ sicut filij eoꝝ:ita ⁊ filij nr̄i. Ecce nos subiugam⁹ filios nr̄os ⁊ filias nr̄as in seruitutem:⁊ de filiab⁹ nostris sunt famule nec habem⁹ vn̄ possint redimi:⁊ agros nr̄os ⁊ vineas nostras alij possidēt. Et irat⁹ sū nimis cum

B audissem clamorē eoꝝ scd̄m verba hec:cogitauitq; cor meū mecū. Et increpaui optimates ⁊ magistrat⁹:⁊ dixi eis. Usuras ne singuli a fratrib⁹ vr̄is exigitis? Et ꝯgregaui aduersū eos + contionē magnā:⁊ dixi eis. Nos vt scitis redemim⁹ fratres nostros iudeos q vēditi fuerāt gētib⁹ secūdū possibilitatē nr̄am. Et vos igit̄ + vēdite fratres vr̄os ⁊ + redimem⁹ eos. Et siluerunt: nec inuenerūt qd rn̄derēt. Dixitq; ad eos. Nō est bona res quā facitis. Quare nō in timore dei nr̄i ābulatis:ne exprobret nobis a gentib⁹ inimicis nr̄is? Et ego ⁊ fratres mei ⁊ pueri mei cōmodauim⁹ plurimis pecuniā ⁊ frumētū. Nō repetamus in cōe istud. Es alienū ꝯcedam⁹:qd̄ debet nobis. Reddite eis hodie agros suos ⁊ vineas suas:⁊ oliueta sua et domos suas.

C Quinpoti⁹ ⁊ cētesimā pecunie frumēti vini ⁊ olei quā exigere soletis ab eis:date p illis. Et dixerūt. Reddem⁹:⁊ ab eis nihil q̄remus:sicq; faciem⁹ vt loq̄ris. Et vocaui sacerdotes ⁊ adiuraui eos:vt facerēt iuxta qd̄ dixerā. Insup excussi sinū meū ⁊ dixi. Sic excutiat de⁹ oēs virū q nō cōpleuerit verbū istud:de domo sua ⁊ de labo:ib⁹ suis: sic excutiat̄:⁊ vacu⁹ fiat. Et dixit vniuersa multitudo:amē. Et laudauerūt deū. Fecit ergo pplo sicut erat dictū. A die autem illa qua p̄ceperat rex mihi vt essem dux in terra iuda:ab āno vicesimo vsq; ad ānū tricesimūsecūdū artaxerxis regis p ānos duodecim ego ⁊ fratres mei ānonas q duc

D ib⁹ debebant nō comedim⁹. Duces autē p̄mi q fuerūt ante me grauauerūt pplm ⁊ acceperūt ab eis in pane ⁊ vino ⁊ pecunia quotidie siclos q̄draginta. Sed ⁊ ministri eoꝝ depresserāt pplm. Ego aūt non feci ita:pp timorē dei. Quinpoti⁹ in opere muri edificaui:⁊ agrū nō emi:⁊ oēs pueri mei ꝯgregati ad op⁹ erāt. Judei quoq; ⁊ magistrat⁹ cētūquinquaginta viri:⁊ qui veniebāt ad nos de gētib⁹ que in circuitu nr̄o sunt:in mēsa mea erāt. Parabat autem mihi p dies singulos bos vn⁹:arietes sex electi:exceptis volatilibus:⁊ inter dies decē vina diuersa:⁊ alia multa tribuebā. Insup ⁊ annonas ducat⁹ mei nō quesiui. Ualde enim attenuatus erat populus. Memēto mei deus meus in bonum:secūdum omnia que feci populo huic.

Ca. Sū. Sanaballath ⁊ socij eius ad neemiā p federe faciēdo mittūt:retrahere ab edificatiōe muroꝝ volunt:op⁹ tn̄ ad plenum complet: multe epistole mittūtur ab optimatibus iudeorū ad thobiā: ⁊ econuerso. Cap.vi.

A Factū est aūt cū audisset sanaballath ⁊ + thobias ⁊ gosem arabs: ⁊ ceteri inimici nr̄i:q edificassem ego murum:⁊ nō esset in ipso residua interruptio:vsq; ad tps aūt illud valuas nō posuerā in portis:miserūt sanaballath ⁊ thobias ⁊ gosem arabs ad me dicentes. Ueni ⁊ percutiam⁹ fedus pariter in vitulis in cāpo vno. Ipsi aūt cogitabāt vt facerēt mihi malū. Misi ergo ad eos nūcios dicēs. Opus grāde ego facio ⁊ nō possum descendere:ne forte negligatur cū venero ⁊ descēdero ad vos. Miserunt autē ad me fm̄ verbum hoc per quattuor vices:⁊ respondi eis iuxta sermonē priorē. Et misit ad me sanaballath

B iuxta verbū pri⁹ quīta vice pueꝝ suū:⁊ epistolā habebat in manu sua scriptā hoc modo. In gētib⁹ auditū est:⁊ gosem dixit: q tu ⁊ iudei cogitetis rebellare:⁊ propterea edifices murū:⁊ leuare te velis sup eos regem:pp quā cām ⁊ p̄phetas posueris:qui predicēt de te in hierl̄m dicentes. Rex in iudea est. Auditur⁹ est rex verba hec. Idcirco nūc veni vt ineam⁹ ꝯsilium pariter. Et misi ad eos dicēs. Nō est factū scd̄m verba hec q̄ tu loq̄ris. De corde.n. tuo tu componis hec. Oēs.n. + hi terrebāt nos:cogitantes q cessarēt manus nr̄e ab ope ⁊ quiesceremus. Quā ob causam magis ꝯfortaui manus

Marginal notes: Al's + cōtentionē · Al's + vēditis · Al's + et nos emimus. · Supra.13.d · Al's + thobi · Al's + thobi · Al's + hi supponit

nus meas. Et ingressus sum domum + samaie filij dalaie: filij methabeel secreto. Qui ait tractem⁹ nobiscũ in domo dei in medio tépli: ⁊ claudam⁹ portas edis: q̃ð vé turi sũt vt inficiát te: ⁊ nocte vẽturi sũt ad occidẽdũ te. Et dixi. Num q̃sq̃ similis mei fugit? Et qs vt ego ingredietᷣ téplum ⁊ viuet. Nõ ingrediar. Et intellexi q̃ deus nõ misisset eũ: sʒ quasi vaticinãs locutus eét ad me: ⁊ + thobias ⁊ sanaballath cõdu xissent eũ. Acceperat. n. preciũ vt territ⁹ face ré ⁊ peccaré: ⁊ haberét malũ qð exprobra rét mihi. Memẽto mei dñe ꝓ thobia ⁊ sanaballath: iuxta opera eorũ talia: sed ⁊ noadie ꝓphete ⁊ ceteroꝝ ꝓphetaꝝ qui ter rebát me. Cõpletus est aũt murus vicesi moqnto die mẽsis elul: qnquagintaduo bus dieb⁹. Factũ ẽ ergo cũ audissent oẽs inimici nr̃i: vt timerét vniuerse gẽtes q̃ erát in circuitu nr̃o: ⁊ cõciderét intra se metipsos: ⁊ scirét q̃ a dño factuʒ est opus hoc. Sʒ ⁊ in dieb⁹ illis multe optimatũ iu deoꝝ ep̃le mittebant ad + thobiã: ⁊ a tho bia veniebát ad eos. Multi. n. erát ĩ iudea hñtes iuramẽtuʒ ei⁹: q: gener erat sechẽ nie filij ioreí ⁊ iohãnan fili⁹ ei⁹ accepat fi liã mosollã: filij barachie. Sʒ ⁊ laudabát eũ corã me: ⁊ v̾ba mea nũciabát ei. Et tho bias mittebat ep̃las vt + terreret me.

¶ Ca. Sũ. ¶ Murata ciuitate porte clau duntᷣ ⁊ apponuntᷣ custodes: legitᷣ liber cẽ sus eoꝝ q ascẽderát ꝑplĩ babylonie: regrũ tur habitátes de hierl̃m. Eijciuntᷣ de sacer dotio q suã genealogiã nõ inuenitũt: dá tur munera in op⁹. Hucusq̃ refertᷣ sine decreto historia neemie. Cap. vi.

A Postq̃ aũt edificat⁹ ẽ murus ⁊ posui valuas: ⁊ recẽsui ianitores ⁊ canto res ⁊ leuitas. Precepi anani fratri meo ⁊ ananie pncipi dom⁹ de hierl̃m. Ipse. n. q̃si vir verax ⁊ timẽs deũ plus ceteris videba tur. Et dixi eis. Nõ aperiantᷣ porte hierl̃m vsq̃ ad calorẽ solis. Cũq̃ adhuc + assiste rent: clause porte sunt ⁊ oppilate. Et posui custodes de habitatorib⁹ hierl̃m: singulos ꝑ vices suas: ⁊ vnũquẽq̃ ꝯ domũ suam. Ciuitas aũt erat lata nimis ⁊ grandis: ⁊ ꝑpls paru⁹ in medio ei⁹: ⁊ nõ erát dom⁹ edificate. De⁹ aũt dedit in corde meo: ⁊ cõ gregaui optimates ⁊ magistratus ⁊ vulg⁹ vt recẽseré eos. Et inueni librũ cẽsus eoꝝ qui ascẽderát pmũ ⁊ inuẽtũ est scriptum in eo. Isti + filij ꝓuincie qui + ascẽderũt de captiuitate migrãtiũ quos trãstulerat nabuchodonosor rex babylonis ⁊ reuersi sunt in hierl̃ʒ ⁊ in iudeã: vnusq̃sq̃ in ci uitaté suã: q venerát cũ ʒorobabel: Josue: neemias: açarias: raamias: naamin: mar docheus: belsar: mesphar at: beggoai: naum baana. Numerus viroꝝ ꝑplĩ israel. Filij phares duo milia cẽtũ septuagintaduo. Filij saphatia trecẽtiseptuagintaduo. Fi lij area sexcẽti qnquagintaduo. Filij phet moab filioꝝ iosue ⁊ ioab duo milia octin gẽti decẽ ⁊ octo. Filij helan: mille octingẽ ti qnquagintaq̃ttuor. Filij ʒethuá: ⁊ nõ gẽti q̃dragintaqnq̃. Filij ʒachai: septin gẽti sexaginta. Filij bennuí sexcẽti q̃dra gintaocto. Filij bebai: sexcẽti vigintiocto. Filij aʒgad duo milia trecẽti vigintiduo. Filij adonicã sexcẽti sexagintaseptẽ. Filij beguai duo milia sexagintaseptem. Filij adin sexcẽti qnquagintaqnq̃. Filij ather filij eʒechie: nongẽtiocto. Filij aseʒ: trecẽ ti vigintiocto. Filij besai: trecenti viginti q̃ttuor. Filij areph: cẽtũ duodecim. Filij gabaon nonagintaqnq̃. Filij bethleem ⁊ nethupha cẽtũ octogintaocto. Uiri ana thot: cẽtũ vigintiocto. Uiri bethameth q̃ dragintaduo. Uiri cariathiarim cephira ⁊ beroth septingẽti q̃dragintatres. Uiri rama ⁊ gebo sexcenti vigintiunus. Uiri machmas cẽtum vigintiduo. Uiri bethel ⁊ hai ducenti vigintitres. Uiri nebo alte rius quinquagintaduo. Uiri helan alte rius mille ducenti quinquagintaquat tuor. Filij arem trecẽti viginti. Filij hie richo trecenti quadragintaquinq̃. Filij lodadin ⁊ ono septingentiunus. Filij sa naa tria milia nongentitriginta. Sacer dotes: filij idaia in domo iesua nongenti

Mar. + samarie
C
Mar. + thobi
Sup. 5. d
Mar. + thobi
D
Mar. + thobi
Mar. + terreret
A
Mar. + consisterent
B
Mar. + sunt
Mar. + ascenderant
C
D

septuagintatres. Filij emmer: mille quinquagintaduo. Filij phesur: mille ducentiquadragintaseptē. Filij arem: mille decem et septē. Leuite: Filij iosue et cedmihel filiorū oduie septuagintaquattuor. Cantores. filij asaph centū qdragintaocto. Janitores filij selum. filij ather. filij thelmon. filij accub. filij athita. filij sobai centū trigintaocto. Nathinei filij soa. filij asupha. filij thebaoth. filij ceros. filij siaa. filij phadon. filij lebana. filij agaba filij selmō. filij anan filij geddel. filij gaer. filij raaia. filij rasin. filij necoda. Filij iezen. filij aza. filij phasea. filij besai. filij mumim. filij nephusim. filij bechuc. filij acupha. filij azur. filij besluth. filij maida. filij aria. filij berchos. filij sisara. filij thema. filij nasia. filij acupha. filij seruorū salomonis. filij sothai. filij sopherech. filij pheruda. filij iobala. filij dercon. filij iedel. filij saphata. filij achil. filij phocereth q erat ortus ex asbaim filio ammon. Omnes nathinnei et filij seruorū salomonis trecenti nonagintaduo. Hi sunt aūt q ascēderūt de thelmala. thelarsa. cherub. adon. et emmer: et nō potuerunt indicare domū patrum suorū et semē suum: utrū ex israel essent. Filij dalaia. filij tobia. filij nechoda: sexcēti quadragintaduo. Et de sacerdotib' filij hobia. filij accos. filij berzellai: qui accepit de filiab' berzellai galaaditidis vxorē: et vocatus est nomine eorū. Hi qsierūt scripturam suā in censu et nō inuenerunt: et eiecti sunt de sacerdotio. Dixitqz athersatha eis: vt nō māducarēt de sancti sanctorū: donec staret sacerdos doctus et eruditus. Omnis multitudo quasi vir vnus: quadragintaduo milia sexcēti sexaginta: absqz seruis et ancillis eorū q erāt septē milia trecēti trigintaseptē: et inter eos cantatores et cantatrices ducēte. Equi eorū sexcēti trigintaseptē. Muli eorū ducenti quadragintaquinqz. Cameli eorū quadringenti triginta quinqz. Asini sex milia septingenti viginti. Hucusqz refertur quid in cōmētario scriptū fuerit: et in neemie historia texitur. Nōnulli autē de principibus familiarum dederunt impēsas in opus. Athersatha dedit in thesaurum auri dragmas mille: phialas qnquaginta: tunicas sacerdotales qngētas triginta. Et de principib' familiarū dederunt in thesaurū operis auri dragmas viginti milia: et argēti minas duo milia ducentas. Et qd dedit reliquus populus: auri dragmas viginti milia: et argēti minas duo milia: et tunicas sacerdotales sexagintaseptē. Habitauerunt aūt sacerdotes et leuite et ianitores et cantores et reliquū vulg' et nathinnei: et omnis isrl in ciuitatibus suis.

¶ Ca. Sū. ¶ Cōgregat' pp'ls in hierlm: et esdras stat sup gradū ligneū: et leuitis imperantibus silētium aperte et distincte legit populo legē dei. Afferunt populi de monte frondes: et celebrant tabernaculorum festum. Cap. viij.

Et venerat mēsis septimus scenophegie sub esdra et neemia. Filij autem israel erāt in ciuitatib' suis. Congregatusqz est omnis pp'ls qsi vir vn' ad plateā que est añ portā aquarū: et dixerūt esdre scribe: vt afferret librū legis moysi quā pceperat dñs israeli. Attulit ergo esdras sacerdos legē corā multitudine virorū et mulierū: cūctisqz qui poterāt intelligere: in die pma mēsis septimi. Et legit in eo aperte in platea que erat añ portā aquarū de mane vsqz ad mediā diē: in cōspectu virorū et mulierū et sapiētiū. Et aures omnis populi erāt erecte ad librū. Stetit aūt esdras scriba sup gradū ligneū quē fecerat ad loquēdū: et steterūt iuxta eū: mathathias et semia et anania et vria et helchia et maasia ad dextrā eius: et ad sinistrā phadaia misael et melchia et asum et aseph danal zacharia et mosollā. Et aperuit esdras librū corā omni pp'lo. Sup vniuersum qppe pp'lm eminebat. Et cū apuisset eū stetit omnis pp'ls. Et bñdixit esdras dño deo voce magna. Et rñdit ois pp'ls amē amē: eleuans man' suas. Et incuruati sunt et adorauerūt deū pni in terrā. Porro iosue: et baani. et serabi. iamim. accub. septhai. odia maasia. celita. azarias iosabed. anani. phalaia. leuite silētiū faciebāt in pp'lo ad audiēdā legē. Pp'ls aūt stabat in gradu suo. Et legerūt in libro legis dei distincte et aperte ad intelligēdū: et intellexerūt cū legeretur. Dixit aūt neemias ipse est athersatha et esdras sacerdos et scriba et leuite interpretātes vniuerso pp'lo. Dies sanctificat' est dño deo nro. Nolite lugere: et nolite flere. Flebat. n. ois pp'ls cum audiret vba legis. Et dixit eis. Ite comedite pinguia: et bibite mulsum: et mittite partes eis q

septuagintatres. Filij emmer: mille quinquagintaduo. Filij phesur: mille ducētiq̄dragintaseptē. Filij arem: mille decem & septē. Leuite: Filij iosue & cedmihel filiorū oduie septuagintaquattuor. Cantores. filij asaph centū q̄dragintaocto. Janitores filij selum. filij ather. filij thelmon. filij Accub. filij athita. filij sobai centū trigintaocto. Nathinei filij soa. filij asupha. filij thebaoth. filij ceros. filij siaa. filij Phadon. filij lebana. filij agaba filij selmō. filij anan filij geddel. filij gaer. filij raaia. filij rasin. filij necoda. Filij iezen. filij aza. filij phasea. filij besai. filij mumim. filij nephusis. filij bechue. filij acupha. filij azur. filij besluth. filij maida. filij aria. filij berchos. filij sisara. filij thema. filij nasia. filij atupha. filij seruoꝝ salomonis. filij sothai. filij sopherech. filij pherida. filij iohala. filij dercon. filij iedel. filij saphata. filij achil. filij phocereth q erat ortus ex asbaim filio ammon. Omnes nathinnei et filij seruoꝝ salomonis trecenti nonagintaduo. Hi sunt aūt q ascēderūt de thelmala. thelarsa. cherub. adon. et emmer: & nō potuerunt indicare domū patrum suorū & semē suum: vtrū ex israel essent. Filij dalaia. filij tobia. filij nechoda: sexcēti quadragintaduo. Et de sacerdotib⁹ filij hobia. filij accos. filij bersellai: qui accepit de filiab⁹ bersellai galaaditidis vxorē: & vocatus est nomine eoꝝ. Hi q̄sierūt scripturam suā in censu & nō inuenerunt: & eiecti sunt de sacerdotio. Dixitq̄ athersatha eis: vt nō māducarēt de sanctis sanctoꝝ: donec staret sacerdos doctus et eruditus. Omnis multitudo quasi vir vnus: quadragintaduo milia sexcēti sexaginta: absq̄ seruis et ancillis eoꝝ q erāt septē milia trecēti trigintaseptē: & inter eos cantatores & cantatrices ducēte. Equi eoꝝ sexcēti trigintasex. Muli eoꝝ ducenti quadragintaquinq̄. Cameli eorū quadringenti trigintaquinq̄. Asini sex milia septingenti viginti. Hucusq̄ refertur quid in cōmētario scriptū fuerit: & in neemie historia texitur. Nonnulli autē de principibus familiarum dederunt impēsas in opus. Athersatha dedit in thesaurū auri dragmas mille: phialas quinquaginta: tunicas sacerdotales qngētas triginta. Et de principib⁹ familiarū dederunt in thesaurū operis auri dragmas viginti milia: & argēti minas duo milia ducentas. Et qđ dedit reliquus populus: auri dragmas viginti milia: & argēti minas duo milia: & tunicas sacerdotales sexagintaseptē. Habitauerunt aūt sacerdotes & leuite & ianitores & cantores & reliquū vulg⁹ & nathinnei: & omnis isrl in ciuitatibus suis.

¶ Ca. 8ū. ¶ Cōgregato pplo in hierlm: esdras stat sup gradū ligneū: & leuitis imperantibus silētium aperte & distincte legit populo legē dei. Afferunt populi de monte frondes: & celebrant tabernaculorum festum. Cap. viij.

Et venerat mēsis septimus scenophegie sub esdra & neemia. Filij autem israel erāt in ciuitatib⁹ suis. Congregatusq̄ est omnis pplꝰ q̄si vir vn⁹ ad plateā que est aū portā aq̄ꝝ: & dixerūt esdre scribe: vt afferret librū legis moysi quā p̄cepe rat dn̄s israeli. Attulit ergo esdras sacerdos legē corā multitudine viroꝝ & mulierū: cūctisq̄ qui poterāt intelligere: in die p̄ma mēsis septimi. Et legit in eo aperte in platea que erat aū portā aquaꝝ de mane vsq̄ ad mediā diē: in cōspectu viroꝝ & mulierū & sapiētiū. Et aures omnis populi erāt erecte ad librū. Stetit aūt esdras scriba sup gradū ligneū quē fecerat ad loquēdū: & steterūt iuxta eū: mathathias & semia & anania & vria & bechia & maasia ad dextrā eius: & ad sinistrā phadaia misael & melchia & asum & aseph danal zacharia & mosollā. Et aperuit esdras librū coram omni pplo. Sup vniuersum q̄ppe pplm eminebat. Et cū apuisset eū stetit omnis pplꝰ. Et bn̄dixit esdras dn̄o deo voce magna. Et rn̄dit ois pplꝰ amē amē: eleuans man⁹ suas. Et incuruati sunt & adorauerūt deū p̄ni in terrā. Porro iosue: & banai. & serabi. iamini. accub. septhai. odia maasia. celita. azarias iosabet. anani. phalaia. leuite silētiū faciebāt in pplo ad audiēdā legē. Pplꝰ aūt stabat in gradu suo. Et legerūt in libro legis dei distincte & aperte ad intelligēdū: & intellexerūt cū legeretur. Dixit aūt neemias ipse est athersatha & esdras sacerdos & scriba & leuite interp̄tātes vniuerso pplo. Dies sanctificat⁹ est dn̄o deo nr̄o. Nolite lugere: & nolite flere. Flebat. n. ois pplꝰ cum audiret v̄ba legis. Et dixit eis. Ite comedite pinguia: & bibite mulsum: & mittite partes eis q

Marginalia: E; F; G; Ms + zacl; Ms + odiara; Ms + sacl; Ms + triginta; Ms + q̄draginta; Ms + ezras; A; 3. esdr. 9. c. j. esd. 3. a.; Ms + ezre; Ms + ezras; Ms + ezras; Ms + turrim; Ms + ezras; B; Ms + ezras; Ms + apposite; C; 3. es. 9. g; Ms + mistum

non pparauerūt sibi:q2 sanct⁹ dies dñi ē:
⁊ nolite ꝯtristari. Gaudiū etenim dñi est
fortitudo nr̃a. Leuite aūt silētiū faciebāt
in omni pplo:dicētes. Tacete:q2 dies san
ctus est:⁊ nolite dolere. Abijt itaq3 oīs po
pulus:vt comederet ⁊ biberet: ⁊ mitteret
partes ⁊ faceret leticiā magnā:q2 intellexe
rant verba q̄ docuerat eos. Et in die secun
do cōgregati sūt pncipes familiaꝝ vniuer
si populi sacerdotes ⁊ leuite ad ✝ esdram
scribā:vt interpretarēt eis verba legis. Et in
uenerūt scriptū in //lege pcepisse dñm in
manu moysi:vt habitēt filij isrl̃ in taber
naculis in die solēni:mēse septimo: ⁊ vt
pdicēt ⁊ diuulgēt vocem in vniuersis vrbi
bus suis:⁊ in hierusalē dicētes. Egredimi
ni in montē:⁊ afferte frōdes oliue:⁊ fron
des ligni pulcherrimi:frōdes mirti: ⁊ ra
mos palmaꝝ:⁊ frōdes ligni nemorosi: vt
fiāt tabernacula sicut scriptū est. Et egressus
est omnis pplūs:et attulerūt. Feceruntq3 si
bi tabernacula vnusq̄sq3 in domate suo:et
in atrijs suis:et in atrijs domus dei:et in
platea porte aquaꝝ:et in platea porte effra
im. Fecit ergo vniuersa eccl̃ia eoꝝ q redie
rant de captiuitate tabernacula:et habitaue
rūt in tabernaculis. Non enim fecerāt a die
bus iosue filij nun talia filij isrl̃ vsq3 ad di
em illum. Et fuit letitia magna nimis. Le
git autē in libro legis dei p dies singulos:
a die primo vsq3 ad diem nouissimum.
Et fecerunt solennitatem septē diebus:et
in die octauo collectam iuxta ritum.

al. ✝ esdrā
//Leu.23. g.
B

¶ Ca. ix. ¶ De penitētia populi:alienige
ne vxores et filij abijciunt:esdras narrat
domini beneficia:et peccata principum cō
memorat:fedus percutiunt cum domino
tam populus q̄3 esdras. Cap. ix.

Al. ✝ esdras
A

In die aūt vicesimoq̄rto mēsis huius
cōuenerūt filij isrl̃ in ieiunio:⁊ in sac
cis et hum⁹ sup eos. Et separatū est semen
filioꝝ isrl̃:ab oī filio alienigena. Et steterūt
et ꝯfitebant peccata sua et iniqtates patrū
suoꝝ. Et cōsurrexerūt ad stadium. Et lege
runt in volumine legis dñi dei sui q̄ter
in die:et q̄ter ✝ in nocte cōfitebant:et ado
rabant dñm deū suū. Surrexerūt autē
sup gradū leuitaꝝ iosue.et bani. et ✝
cedmihel.sennni.sabani.abani.sarabias.
bani.et chanai.et clamauerūt voce magna
ad dñm deū suū. Et dixerūt leuite iosue.
et ✝ cedmihel.bonni.asebia.serebia.arebia.

Als sup est ✝ in nocte
al. ✝ gadmiel
al. ✝ gadmiel

odaia.sebna.fataia. Surgite:benedicite do
mino deo nr̃o ab eterno vsq3 in eternū.
Et bñdicāt nomini glorie tue excelso i om
bñdictione:et laude. Et dixit ✝ esdras. Tu
ipse dñe solus: tu fecisti celū et celū celo
rū et oēm exercitū eoꝝ:terrā et vniuersa
q̄ in ea sūt:maria et oīa q̄ in eis sūt. Et tu
viuificas oīa hec:et exercit⁹ celi te adorat. //
Tu ipse domine deus qui elegisti habraā
et eduxisti eū de igne caldeoꝝ:et posuisti
nomē eius habraā:et inuenisti cor eius
fidele corā te:⁊ pcussisti cū eo fedus:vt da
res ei terā chananei.ethei.et euei et amor
rei.et pherezei.et iebusei.et gergesei:vt da
res semini eius. Et implesti verba tua:qm̄
iustus es. // Et vidisti afflictionē patrum
nostroꝝ in egypto:clamoreq3 eoꝝ au
disti sup mare rubrū:et dedisti signa atq3
portēta in pharaone:et in vniuersis seruis
eius:et in omni populo terre illi⁹. Cogno
uisti enim q2 superbe egerant ꝯ eos et feci
sti tibi nomē:sicut et in hac die. Et mare
diuisisti ante eos:et trāsierunt per mediū
maris in sicco. Persecutores autē eoꝝ
proiecisti in profundum quasi lapidē in
aq̄s validas: // et in colūna nubis ductor
eoꝝ fuisti per diē:et in columna ignis per
noctē vt appareret eis via p quā ingredie
bātur. Ad montē quoq3 synai descēdisti:
et locutus es cū eis de celo:et dedisti eis
iudicia recta et legē veritatis cerimonias
et pcepta bona. Et sabbatū sanctificatū tu
um ostēdisti eis:et mādata ⁊ cerimonias
et legē pcepisti eis in manu moysi serui
tui. Panem quoq3 de celo dedisti eis in fa
me eorum:et aquā de petra eduxisti eis si
tientibus. Et dixisti eis vt ingrederentur
et possiderent terram super quam leua
sti manum tuam:vt traderes eis. Ipsi ve
ro et patres nostri superbe egerunt:et in
durauerūt ceruices suas:⁊ non audierūt
mandata tua:et noluerunt audire et non
sunt recordati mirabilium tuorum que
feceras eis. Et indurauerūt ceruices suas:
et dederūt caput vt cōuerterētur ad serui
tutē suam quasi per contētionē. Tu autē
deus propitius clemēs et misericors lon
ganimis et multe miserationis:nō dereliq
sti eos. Et quidē cum fecissent sibi vitulū
conflatilē:et dixissent:iste est deus tuus q
eduxit te de egypto:feceruntq3 blasphemi
as magnas. Tu āt in misericordijs tuis

Al. ✝ esdras
B
//Gen.12. g.
//Exo.2.b
//Exo.14. a.
C
D

Exo. 13. c.

multis nō dimisisti eos in deserto. // Columna nubis nō recessit ab eis p diē vt duce-
ret eos in viā: et columna ignis p noctem:
vt ostēderet eis iter p qđ ingrederētur. Et
spm̄ tuum bonum dedisti q doceret eos: et
manna tuum non prohibuisti ab ore eo
rum: et aquā dedisti eis in siti. Quadragin
ta annis pauisti eos in deserto: nihilq; eis
defuit. Uestimenta eoꝝ nō inueterauerūt:
et pedes eorū non sunt attriti. Et dedisti
eis regna et populos: et partitus es eis sor-
tes. Et possederūt terrā seon et terrā regis
esebon: et terrā og regis basan. Et multipli
casti filios eoꝝ sicut stellas celi: et adduxistī
eos ad terrā de qua dixeras patrib⁹ eorum
vt ingrederent et possiderent eam. Et vene
runt filij et possederūt terrā. Et humiliasti
coram eis habitatores terre chananeos: et
dedisti eos in manu eorum: et reges eorū
et populos terre: vt facerent eis sicut place-
E bat illis. Ceperunt itaq; vrbes munitas et
humū pinguē: et possederūt domos plenas
cūctis bonis: cisternas ab aliis fabricatas vi
neas et oliueta: et ligna pomifera multa. Et
comederūt et saturati sunt: et impinguati
sunt: et abundauerunt delitijs in bonitate
tua magna. Prouocauerūt aūt te ad ira-
cundiā: et recesserunt a te: et proiecerunt legē
tuā post terga sua. Et ꝓphetas tuos occide-
runt: qui cōtestabant eos vt reuerterētur
ad te. Feceruntq; blasphemias grādes: Et de
disti eos in manu hostiū suorū: et afflixerūt
eos. Et in tēpore tribulationis sue clama-
uerūt ad te: et tu de celo + audisti: et sm̄ mi
serationes tuas multas dedisti eis saluato
res q saluarent eos de manu hostiū suoꝝ.
Cūq; requieuissent reuersi sunt vt facerēt
malū in cōspectu tuo: et dereliquisti eos in
manu inimicoꝝ suorū: et possederunt eos.
F Conuersiq; sūt et clamauerūt ad te. Tu aūt
de celo exaudisti et liberasti eos in misericor
dijs tuis multis tēporibus: et cōtestat⁹ es eos
vt reuerterent ad legem tuā. Ipsi vero su
perbe egerūt et nō audierūt mandata tua: et
in iudicijs tuis peccauerūt que faciet hō et
viuet in eis. Et dederūt humerū recedē
tē: et ceruicē suā indurauerunt nec audie
runt. Et protraxisti sup eos annos multos:
et cōtestatus es eos in spiritu tuo p manū
ꝓphetarū tuorū: et non audierūt: et tradi-
disti eos in manu populoꝝ terrarū. In mi
sericordijs aūt tuis plurimis nō fecisti eos

Al. + exaudisti eos

in consumptionē: nec dereliquisti eos: qm̄
deus miserationū et clemēs es tu. // Nunc
itaq; + de⁹ nr̄ magne fortis et terribilis cu-
stodiens pactū et misericordiā: ne auertas a facie
tua omnem laborē q inuenit nos reges no
stros: principes nostros: et sacerdotes nostros:
et ꝓphetas nostros: et patres nostros et omnē
populū tuū a diebus regis assur vsq; in
G diē hanc. Et tu iustus es in omnib⁹ que
venerunt super nos: quia veritatē fecisti no
bis: nos aūt impie egimus. Reges nostri
principes nostri: sacerdotes nostri et patres
nostri non fecerunt legem tuā: et nō attē-
derūt mādata tua et testimonia tua q testi
ficat⁹ es in eis. Et ipsi in regnis suis bonis
et in bonitate tua multa quā dederas eis: et
in terra latissima et pingui quā tradideras
in cōspectu eoꝝ non seruierunt tibi: nec re
uersi sunt a studijs suis pessimis. Ecce nos-
ipsi hodie serui sumus: et terra quā dedisti
patribus nostris vt comederēt panē ei⁹: et
que bona sunt eius: et nosipsi serui sumus
in ea. Et fruges ei⁹ multiplicant regibus
quos posuisti sup nos ꝓpter peccata nostra: et
corporib⁹ nr̄is dominant et iumētis nr̄is
sm̄ voluntatē suā: et in tribulatione magna
sumus. Sup oib⁹ ergo his nosipsi percuti
mus fedus et scribim⁹: et signāt principes
nostri: leuite nostri: et sacerdotes nostri.

Il. 1. b. al. + dñe deus

¶ Ca. Sū. ¶ De signatorib⁹ federis ad do
minum: statuerunt de oblationibus fa-
ciendis: offeruntur primitie: dantur deci
me de terris de operibus. Cap. x.

H Signatores aūt fuerūt: neemias athersatha fili⁹ achelai: et sedechias: saraias:
azarias: hieremias. phassur: amarias: mel
chias: accus: sebenia: meluc: maaren: merimuth: obdias: daniel: gēthon: baruch: mo
sollā: abia: miamin: mazia: belga: semeia:
hi sacerdotes. Porro leuite: iesue fili⁹ aza
rie: bennui de filijs enadad: Cedmiel et fratres
eoꝝ. Sechenia: odeuia: celita: phalaia: anan
micha: roob: asebia: zachur: serebia: saba-
nia: odia: bani: baninu. Capita ꝓpli pharos:
phetmoab: elam: zethu: bani: bonni: azgad:
bebai: adonia: beggoai: adin: ather: ezechia
azur: odeuia: asum: besai: areth: anathot: ne
bai: meccphia: mesollā: azir: mesizabel: sa
doch: ieddua: feltia: anā: ania: osee: ana
nia: asub: aloes: phaleam: sobech: reum: asebna: maasia: echaia: hanan: anan: melluch:
I aran: baana: et reliq de populo. Sacerdotes

Ꝑui dauid: ⁊ duodecio ãno poſtq̃ regnare ceperat mũdauit iudã ⁊ hierłm ab excelſis ⁊ lucis ſimulacriſq; ⁊ ſculptilib⁹. Deſtruxerũtq; corã eo aras baalim: ⁊ ſimulacra q̃ ſuppoſita fuerãt demoliti ſunt. Lucos ẽt ⁊ ſculptilia ſuccidit atq; cõminuit ⁊ ſup cumulos eoꝝ q eis imolare ↄſueuerant fragmẽta diſpſit. Oſſa pterea ſacerdotũ cõbuſſit in altarib⁹ idoloꝝ: mũdauitq; iudã ⁊ hierłm. Sȝ ⁊ in vrbib⁹ manaſſe ⁊ effraim ⁊ ſymeon vſq; neptalim cũcta ſubuertit. Cũq; altaria diſſipaſſet ⁊ lucos ⁊ ſculptilia ↄtriuiſſet in fruſta cunctaq; delubra demolit⁹ eẽt de vniuerſa terra iſrael: reuerſus eſt in hierłm. Igit anno octauodecimo regni ſui mũdata iaȝ terra ⁊ tẽplo dñi: miſit ſaphan filiũ ezelie ⁊ maaſian pncipẽ ciuitatis: ⁊ ioha filium ioachaz acõmẽtarijs vt inſtaurarẽt domũ dñi dei ſui. Qui venerũt ad helchiã ſacerdotẽ magnuȝ. Acceptaq; ab eo pecunia q̃ illata fuerat in domũ dñi: ⁊ quã ↄgregauerãt leuite ⁊ ianitores de manaſſe ⁊ effraiȝ ⁊ vniuerſis reliquijs iſrł: ab omni quoq; iuda ⁊ beniamin ⁊ habitatorib⁹ hieruſalẽ: tradiderunt in manib⁹ eoꝝ q perant operarijs in domo dñi: vt inſtaurarẽt tẽpluȝ: ⁊ infirma queq; ſarcirẽt. At illi dederunt eã artificib⁹ ⁊ cemẽtarijs vt emerent lapides ⁊ lapicidinis ⁊ ligna ad cõmiſſuras edificij ⁊ ad ↄtignationẽ domorũ quas deſtruxerãt reges iuda. Qui fideliter cũcta faciebãt. Erãt aũt pꝓpoſiti operãtiuȝ iadab ⁊ abdias de filijs merari: zacharias ⁊ moſollã de filijs caath que vrgebãt opus: oẽs leuite ſcientes organis canere. Sup eos vero qui ad diuerſos vſus onera portabãt: erãt ſcribe ⁊ magři de leuitis ianitores. Cũq; efferrẽt pecuniã que illata fuerat in tẽplum dñi: reperit helchias ſacerdos librũ legis dñi q dat⁹ fuerat p manuȝ moyſi: ⁊ ait ad ſaphan ſcribã. Libruȝ legis inueni in domo dñi. Et tradidit ei. At ille intulit volumẽ ad regẽ: ⁊ nũciauit ei dicẽs. Omnia q̃ dediſti in manu ſeruorũ tuoꝝ: ecce cõplent. Argẽtuȝ qđ reptuȝ eſt in domo dñi cõflauerũt: datũq; eſt pfectis artificũ ⁊ diuerſa opa fabricantium. Preterea tradidit mihi helchias ſacerdos hũc librũ. Quẽ cũ rege pſente recitaſſet: audiſſetq; ille ṽba legis ſcidit veſtimenta ſua: ⁊ pcepit helchie ⁊ aichan filio ſaphan ⁊ abdon filio micha: ſaphan quoq; ſcribe ⁊ aſaie ſeruo regis: dicẽs. Ite ⁊ orate dominũ p me ⁊ pro reliquijs iſrael ⁊ iuda: ſup vniuerſis ſermonib⁹ libri iſti⁹ q reptus eſt. Magn⁹. n. furor dñi ſtillauit ſup nos: eo q nõ cuſtodierint pr̃es nr̃i verba dñi: vt facerẽt oĩa q̃ ſcripta ſunt in iſto volumine. Abijt ergo helchias ⁊ hi q ſimul a rege miſſi fuerãt ad oldam ꝓphetẽ vxorem ſellũ filij thecuath filij aras cuſtodis veſtiũ: que habitabat in hierłm in ſcđa: ⁊ locuti ſunt ei ṽba q̃ ſupra narrauim⁹. At illa rñdit eis. Hec dicit dñs de⁹ iſrael. Dicite viro q miſit vos ad me. Hec dicit dñs. Ecce ego inducã mala ſup locũ iſtũ ⁊ ſuper habitatores ei⁹: cunctaq; maledicta q̃ ſcripta ſunt in libro hoc: quẽ legerũt corã rege iuda: q2 dereliquerũt me ⁊ ſacrificauerũt dijs alienis: vt me ad iracũdiaȝ ꝓuocarẽt in cũctis opib⁹ manuũ ſuaꝝ. Idcirco ſtillabit furor me⁹ ſup locũ iſtũ ⁊ nõ extinguet. Ad regẽ aũt iuda q miſit vos ꝓ dño deprecãdo ſic loquimini. Hec dicit dñs de⁹ iſrł. Qm̃ audiſti verba voluminis atq; emollitũ eſt cor tuũ ⁊ hũiliat⁹ es in conſpectu dñi ſup his q̃ dicta ſunt ↄ̃ locum hũc ⁊ habitatores hierłm: reuerituſq; faciẽ meã ſcidiſti veſtimenta tua ⁊ fleuiſti corã me: ego quoq; exaudiui te dicit dominus. Iaȝ. n. colligã te ad pr̃es tuos: ⁊ infereris in ſepulcrũ tuũ in pace: nec videbunt oculi tui oẽ malũ qđ ego inducturus ſum ſup locũ iſtũ ⁊ ſup habitatores ei⁹. ‖ Retulerũt itaq; regi cũcta que dixerat. At ille cõuocatis vniuerſis maiorib⁹ natu iuda ⁊ hieruſalẽ aſcẽdit in domum dñi: vnaq; oẽs viri iuda ⁊ habitatores hierłm ſacerdotes ⁊ leuite: ⁊ cunctus populus a minimo vſq; ad maximũ. Quib⁹ audiẽtib⁹ in domo dñi legit rex oĩa ṽba voluminis. Et ſtãs in tribunali ſuo pcuſſit fedus corã dño: vt ãbularet poſt eũ ⁊ cuſtodiret pcepta ⁊ teſtimõia ⁊ iuſtificationes ei⁹ in toto corde ſuo ⁊ in tota anima ſua: faceretq; q̃ ſcripta ſunt in volumine illo qđ legerat. Adiurauit quoq; ſup hoc oẽs q repti fuerãt in hierłm ⁊ beniamin. Et fecerunt habitatores hierłm iuxta pactũ dñi dei patrũ ſuoꝝ. Abſtulit ergo ioſias cũctas abominationes de vniuerſis regionib⁹ filioꝝ iſrael: ⁊ fecit oẽs q reſidui erãt in iſrael ſeruire dño deo ſuo.

‖ 4. Reg. 23. a.

Cunctis diebus vite eius nō recesserunt a domino deo patrum suorum.

¶ Capituli Summarium. De phase qd̄ fecit iosias: de morte eius: de lamentationibus suorū super eum. Cap. xxxv.

A // Fecit autē iosias in hierl'm phase dn̄o: qd̄ immolatū est q̄rtadecima die mēsis p̄mi. Et cōstituit sacerdotes in officijs suis: hortatusq̄ē eos vt ministrarent in domo dn̄i. Leuitis quoq̄ ad quorū eruditionē oīs israel sanctificabat dn̄o locut⁹ est. Ponite arcā in sanctuario tēpli qd̄ edificauit salomon fili⁹ dauid rex israel. Nequaq̄. n. ei vltra portabitis. Nūc ergo ministrate dn̄o deo vr̄o & p̄plo eius israel: & p̄parate vos per domos & cognatiōes vr̄as in diuisionib⁹ singulorū sicut p̄cepit dauid rex israel: & descripsit salomō fili⁹ ei⁹: & ministrate in sanctuario per familias turmasq̄ leuiticas: & sanctificati immolate phase. Fratres ēt vr̄os vt possint iuxta v̄ba q̄ locut⁹ est dn̄s in manu moysi facere: p̄parate. Dedit p̄terea iosias oī populo q ibi fuerat inuētus in solemnitate phase: agnos & hedos de gregib⁹ & reliq pecoris: triginta milia: boum quoq̄ tria milia. hec de regis vniuersa substātia. Duces quoq̄ ei⁹ spōte qd̄ vouerāt obtulerūt tam p̄plo q̄ sacerdotib⁹ & leuitis. B Porro helchias & zacharias & iehiel p̄ncipes dom⁹ dn̄i dederūt sacerdotib⁹ ad faciēdū phase: pecora cōmixtim duo milia sexcēta & boues trecētos. Chonenias aūt & semeias etiam & nathanael fratres eius: necnon asabias & iahiel & iozabad principes leuitarū dederunt ceteris leuitis ad celebrandū phase: quinq̄ milia pecorū & boues quingētos. Preparatūq̄ est ministerium: & steterūt sacerdotes in officio suo. Leuite quoq̄ in turmis iuxta regis imperiū: & immolatū est phase. Asperseruntq̄ sacerdotes man⁹ suas sanguine & leuite detraxerunt pelles holocaustorū & separauerūt ea vt darēt per domos & familias singulorū: & offerenī domino sicut scriptū est in libro moysi. De bobus quoq̄ fecerūt sic. Et assauerūt phase super ignē: iuxta qd̄ in lege ✠ scriptū est. Pacificas vero hostias coxerunt in lebetis & cacabis & ollis: & festinato distribuerūt vniuerse plebi: sibi autē & sacerdotib⁹ postea parauerunt. Nam in oblatione holocaustorū & adipum vsq̄ ad noctē sacerdotes fuerunt occupati. Unde & leuite sibi & sacerdotib⁹ filijs aaron parauerunt nouissimis. C Porro cantores filij asaph stabāt in ordine suo iuxta preceptū dauid & asaph & eman & idithum p̄phetarū regis dauid. Janitores vero per portas singulas obseruabāt: ita vt nec pūcto quidē discederēt a ministerio. Quāobrem & fratres eorū leuite parauerūt eis cibos. Omnis igit̄ cultura dn̄i rite cōpleta est in die illa vt facerent phase: & offerrent holocausta super altare dn̄i iuxta preceptum regis iosie. Fecerūtq̄ filij israel qui reperti fuerāt ibi phase in tempore illo: & solēnitatē azymorū septē diebus. Nō fuit phase similē huic in israel a diebus samuelis p̄phete. Sed nec quisq̄ de cunctis regib⁹ israel fecit phase sicut iosias sacerdotibus & leuitis & omni iude & israel qui repert⁹ fuerat & habitātibus in hierusalē. Octauodecimo anno regni iosie hoc phase celebratum est. // Postq̄ instaurauerat iosias templū ascendit nechao rex egypti ad pugnādum in charchamis iuxta eufratem. Et p̄cessit in occursum eius iosias. D At ille missis ad eum nuncijs ait. Quid mihi & tibi rex iuda? Nō aduersum te hodie venio: sz̄ ↄ aliā pugno domū: ad quā me de⁹ festinato ire p̄cepit. Desine aduersū deū facere qui mecū est: ne interficiat te. Noluit iosias reuerti: sed p̄parauit cōtra eū bellū: nec acquieuit sermonib⁹ nechao ex ore dei: verum perrexit vt dimicaret in cāpo mageddo. Ibiq̄ vulneratus a sagittarijs dixit pueris suis. Educite me de p̄lio: q2 oppido vulnerat⁹ sum. Qui trāstulerūt eū de curru in alterū currū q seqbat̄ eū more regio: & asportauerūt eū in hierusalē. Mortuusq̄ ē & sepult⁹ in mauso-

A // 4. Re. 23. c. 3. Esd. 1. a

Ms ✠ p̄ceptum.

// 4. Reg. 23. c.

De pe. dī. 2. c. si enī. §. Josias vir sācī⁹

sed patrū suoꝝ. Et vniuersus iuda ꝛ hierusalē luxerunt eū: hieremias maxime: cuius oēs cantores atq̄ cātatrices vsq̄ in psentem diem lamentationes sup iosiam replicant: ꝛ quasi lex obtinuit in isrl. Ecce scriptū fert in lamentationibus. Reliqua autē sermonum iosie ꝛ misericordiarum eius que lege precepta sunt domini: opera quoq̄ illius prima ꝛ nouissima scripta sunt in libro regum iuda: ꝛ israel.

¶ Cap. Sū. ¶ De Joachin rege captiuato in egyptum: de eliachim fratre eius quomodo captiuauit eum rex babylonis: ꝛ de sedechia: ꝛ destructione hierusalem: et de cyro rege persarum. Cap. xxxvi.

A — 4. regū 23. f.

Tulit ergo ppls terre ioachan filium iosie: ꝛ constituit regē p patre suo in hierusalē. Uiginti trium annoꝝ erat Joachan cū regnare cepisset ꝛ tribus mensibus regnauit in hierusalē. Amouit aūt eū rex egypti cū venisset in hiers: ꝛ cōdemnauit terrā centū talentis argenti: ꝛ talento auri. Cōstituitq̄ p eo regē eliachim fratrem eius sup iudā ꝛ hiersm: ꝛ vertit nomen eius ioachim. Ipsū vero ioachan tulit secum: ꝛ adduxit in egyptum. Uiginti quinq̄ annoꝝ erat ioachim cū regnare cepisset: ꝛ vndecim annis regnauit in hiersm. Fecitq̄ malū corā dño deo suo. Cōtra hūc ascēdit nabuchodonosor rex chaldeoꝝ: ꝛ vinctū catenis duxit in babylonem: ad quā ꝛ vasa dñi trāstulit: ꝛ posuit ea in téplo suo. Reliqua autē verboꝝ ioachim ꝛ abominationū eius q̄s operatus est ꝛ q̄ inuēta sunt in eo: cōtinentur in libro regum iuda ꝛ isrl.

B

Regnauit āt ioachin filius ei⁹ p eo. ✝ Octo annoꝝ erat ioachin cū regnare cepisset: et tribus mensibus ac decem diebus regnauit in hierusalem: fecitq̄ malum in cōspectu dñi. Cūq̄ anni circulus volueretur: misit nabuchodonosor rex nūcios: q ꝛ adduxerūt eum in babylonē asportatis simul preciosissimis vasis domus dñi. Regē vero cōstituit sedechiā patruū eius sup iudā ꝛ hierusalē. Uiginti ꝛ vnius āni erat sedechias cū regnare cepisset ꝛ vndecim annis regnauit in hierusalē. Fecitq̄ malū in oculis dñi dei sui: nec erubuit faciē hieremie pphete loquētis ad se ex ore dñi. A rege q̄z nabuchodonosor recessit: q adiurauerat eū p deum. Et indurauit ceruicē suā ꝛ cor: vt nō reuerteretur ad dñm deum israel. Sed ꝛ vniuersi pn‑

Al. ✝ decē ꝛ octo

C

cipes sacerdotū ꝛ pplo puaricati sunt inique iuxta vniuersas abominationes gentium: ꝛ polluerūt domū dñi quā sctificauerat sibi in hiersm. Mittebat aūt dñs deus patrum suoꝝ ad illos p manus nuncioꝝ suoꝝ de nocte cōsurgens ꝛ quotidie commonēs: eo q parceret pplo ꝛ habitaculo suo. At illi subsannabāt nūcios dei: ꝛ paruipendebāt sermones ei⁹: illudebātq̄ pphetis: donec ascēderet furor dñi in pplm eius: et esset nulla curatio. Adduxit enim sup eos regem chaldeoꝝ ꝛ interfecit iuuenes eoꝝ gladio in domo sanctuarij. Nō est misert⁹ adolescētis ꝛ virginis ꝛ senis nec decrepiti quidē: sed oēs tradidit in manib⁹ ei⁹: vniuersaq̄ vasa dom⁹ dñi tā maiora q̄ minora: ꝛ thesauros tēpli ꝛ regis ꝛ pncipū transtulit in babylonē. Incēderunt hostes domū dei: destruxerūtq̄ murū hiersm. Uniuersas turres cōbusserunt: ꝛ quicquid preciosum fuerat demoliti sunt. Si qs euaserat gladiū ductus in babylonē seruiuit regi ꝛ filijs ei⁹ donec imperaret rex persarum: ꝛ compleretur sermo dñi ex ore hieremie: ꝛ celebraret tra sabbata sua. Cūctis enim dieb⁹ desolationis egit sabbatū vsq̄ dū cōplerent septuaginta āni. ✝ Anno aūt primo cyri regis persaꝝ ad explendū sermonem dñi quē locut⁹ fuerat p os hieremie: suscitauit dñs spiritum cyri regis psarum: q iussit predicari in vniuerso regno suo et p scripturam dicēs. Hec dicit cyrus rex persarū. ✝ Oia regna terre dedit mihi dñs deus celi: ꝛ ipse pcepit mihi vt edificarem ei domū in hierusalē que est in iudea. Quis ex vobis est in omni populo eius. Sit dominus deus suus cum eo: ꝛ ascendat.

D

✝ hie. 25. c. ꝛ 29. c.

✝ j. esd. j. a 3. esd. 2. a

¶ Explicit liber ✝ dabreiamin siue Paralipomenon secundus.

Al. ✝ dibrehaiomim

¶ Incipit oratio manasses regis iuda: cū captus teneretur in babylone.

Domine deus oipotens patrū nroꝝ habraam isaac ꝛ iacob: ꝛ semini eorum: q fecisti celum ꝛ terram cū omni ornatu eorum: q signasti mare verbo pcepti tui: qui conclusisti abyssū: ꝛ signasti terribili ꝛ laudabili nomini tuo quem omnes pauent ꝛ tremunt a vultu virtutis tue: ꝛ insustentabilis ira sup pec‑

tiiores comminationis tue: immensa ve
ro & investigabilis misericordia promis-
sionis tue: qm tu es dñs altissimus super
oem terram: longanimis & multum mi-
sericors & penitens super malitia hominum.
Tu autem dñe sm bonitatem tuam promi
sisti pniam remissionis peccatoꝝ: & tu deus iu-
stoꝝ non posuisti penitentiam iustis: ha-
braam isaac & iacob his qui tibi non pec-
cauerũt: qm peccaui sup numerum are-
ne maris. Multiplicate sunt iniquitates
mee: incuruatus sum multo vinculo fer
ri: & nõ est respiratio mihi: qz excitaui ira
cundiã tuã & malũ coram te feci: statuens
abominationes: & multiplicans offensio-
nes. Et nũc flecto genua cordis mei: pcãs a
te bonitatẽ dñe. Peccaui dñe peccaui: & ini-
quitatẽ meã agnosco. Peto rogãs te dñe
remitte mihi: remitte mihi. Ne simul per
das me cum iniqtatib⁹ meis neqz in eter
num reserues mala mihi: qz indignũ sal
uabis me sm magnam misericordiã tuã.
Et laudabo te semp oibus dieb⁹ vite mee:
qm te laudat ois virtus celorum: & tibi est
gloria in secula seculorum. Amen.

¶ Explicit oratio manasses regis iuda.

¶ Incipit prefatio beati hieronymi pre-
sbyteri in librum esdre.

Verũ difficilius sit facere qd poscitis:
an negare: necdũ statui. Nã vobis ali
qd imperãtib⁹ annuere sñie est: & magnitu
do oneris impositi ita ceruices premit: vt
ante sub fasce ruendũ sit qz leuãdũ. Acce-
dũt ad hec inuidoꝝ studia: qui oẽ qd scribi
m⁹ reprehendẽdũ putãt. Et interdũ ꝯ se cõ
sciẽtia repugnãte publice latrãt: q̃ occulte
legũt: intantũ vt clamare cogar & dicere.
Psa. 119. Dñe libera aĩam meam a labijs iniqs: & a
lingua dolosa. Tertius annus est q semp
scribitis atqz rescribitis vt esdre librũ & he
ster vobis de hebreo trãsferã: qsi non habea al. + egre
tis greca & latina volumina: aut quodcũqz illud
est qd a nobis vertitur: nõ statim ab oib⁹ cõ-
spuendũ sit. Frustra aũt (vt ait qdam) niti
neqz aliud fatigãdo nisi odiũ qrere: extre-
me dementie est. Itaqz obsecro vos mi dom
nion & rogatiane charissimi: vt priuata lec-
tione ꝯtenti libros nõ efferatis in publicum:
nec fastidiosis cibos ingeratis: vitetisqz eo
rũ supercilium q iudicare de alijs: & ipsi fa-
cere nihil nouerũt. Si q aũt fratrũ sũt q
bus nr̃a nõ displicẽt his tribuatis exem
plar ãmonẽtes vt hebrea nõia quoꝝ gran
dis in hoc volumine copia ẽ: distincte p in
terualla trãscribãt. Nihil.n. pderit emen-
dasse librũ: nisi emẽdatio librarioꝝ dilige
tia ꝯseruet. Nec quẽqz moueat q vnus a
nobis liber edit⁹ ẽ: nec apocriphoꝝ tertij et
quarti libri somnijs delectet: qz & apõ hebre- al. + egre
os + esdre: neemieqz smones in vnũ vo lu
mẽ coartant: & q̃ nõ habent apõ illos: nec de
vigintiquattuor senibus sunt, pcul abijcien
da. Si qs aũt septuaginta vobis oppõsuerit
interptes: quoꝝ exẽplaria varietas ipsa la
cerata & euersa demõstrat: nec põt vtiqz ve-
rũ asseri qd diuersũ est: mittite eũ ad euã
gelia: in qb⁹ multa ponunt q̃si de veteri te
stamẽto q̃ apõ septuaginta interptes non
habent. Velut illõ //qm nazare⁹ vocabit: & //Osee. 11.a.
//ex egypto vocaui filiũ meũ: & // videbũt i //mat.2.e
quẽ cõpunxerũt: multaqz alia q̃latiori ope //zac.12.c
ri reseruam⁹: & q̃rite ab eo vbi scripta sũt.
Cũqz pferre nõ potuerit: vos legite de his
exẽplarib⁹ q̃ nup a nobis edita maledico-
rũ quotidie linguis ꝯfodiunt. Sed vt ad
cõpendiũ veniam: certe qd illaturus sum
equissimũ est. Edidi aliquid qd nõ habet
in greco: aut aliter habet q̃z a me versũ est.
Quid interpretem laniãt. Interrogẽt he-
breos: & ipsis autorib⁹ trãslationi mee vel
arrogẽt vel derogẽt fidẽ. Porro aliud est si
clausis qd dicit oculis mihi volunt male
dicere: & nõ imitantur grecorum studiũ
& beniuolentiam: qui post septuaginta trãs
latores iam christi euangelio coruscante
iudeos & hebionitas legis veteris interpre
tes aqlam vz & symmachum & theodotio
nem & curiose legunt: & per origenis labo-
rem in exaplois ecclesijs dedicarũt. Quãto
magis latini grati esse deberẽt: q exultãtes
cernerẽt greciã a se aliquid mutuari. Pñi

mus enī magnoꝝ sumptuū est ⁊ infinite difficultatis: exēplaria posse habere oīa: deinde etiā q habuerint: ⁊ hebrei sermonis ignari sūt: magis errabūt: ignorātes: qs e multis veri⁹ dixerit. Qđ etiā sapiētissimo cuidā nup apđ grecos accidit: vt interdū scripture sensū relinquēs vniuscuiuslibet interpretis sequeret errorē. Nos aūt q hebree lingue saltē paruā habemus sciam: ⁊ latinus nobis vtcunqꝫ sermo non deest: ⁊ de alijs magis possum⁹ iudicare ⁊ ea q ipsi intelligim⁹ in nr̄a lingua pmere. Itaqꝫ licet hydra sibilet: victorqꝫ synō incēdia iactet: nūqꝫ meū iuuāte chr̄o silebit eloquiū. Etiā pcisa lingua balbutiet. Legant q volūt: qui nolūt abijciāt. Euentilēt apices: lr̄as calūniē. Magis vr̄a charitate puocabor ad studiū: qꝫ illoꝝ detractiōe ⁊ odio deterrebor.

al. esdre

¶ Explicit prefatio.

¶ Incipit liber esdre primus.

Cyr⁹ psarū rex primus

¶ Ca. Sū. ¶ Cyr⁹ soluit captiuitatē ppl̄i ⁊ redditis vasis ⁊ numeratis: pcepit ppl̄s ire in hier̄lm ⁊ edificare tēplum. Cap. j.

A

Hiere. 25. c ⁊ 29. c 2. par. 6. d

N anno primo cyri regis psaꝝ vt cōpleret vbū dn̄i ex ore hieremie / suscitauit dn̄s spm̄ cyri regis psaꝝ: ⁊ traduxit vocē i oī regno suo etiā p scripturā dicēs. Hec dicit cyr⁹ rex psaꝝ. Oia regna terre dedit mihi dn̄s de⁹ celi: ⁊ ipse pcepit mihi vt edificarē ei domū in hier̄lm: q est in iudea. Quis est in vobis de vniuerso populo eius? Sit dn̄s illius cum eo. Ascendat in hierusalē q est in iudea: ⁊ edificet domum dei israel: ipse est deus q est in hierusalem. Et oēs reliqui in cunctis locis vbicunqꝫ habitāt adiuuēt eū viri de loco suo argento ⁊ auro ⁊ substātia ⁊ pecorib⁹: excepto qđ voluntarie offerūt tēplo dei qđ est in hierusalem. Et surrexerunt principes patrum de iuda ⁊ beniamin ⁊ sacerdotes ⁊ leuite: ⁊ oīs cuius suscitauit de⁹ spiritum vt ascenderet ad edificādū tēplū dn̄i: quod erat in hierusalem. Uniuersiqꝫ qui erant in circuitu adiuuerūt manus eoꝝ: in vasis argenteis ⁊ aureis in substātia et iumentis: in supellectili: exceptis hisque sponte obtulerant. Rex quoqꝫ cyrus ptulit vasa templi dn̄i que tulerat nabuchodonosor de hierusalē: ⁊ posuerat ea in templo dei sui. Protulit aūt ea cyrus rex psarum p manum mitridatis filij gazabar: ⁊ annumerauit ea sasabasar pncipi iude: ⁊ hic est numer⁹ eoꝝ. Phiale auree triginta: phiale argētee mille: cultri vigintinouem: syphi aurei triginta: syphi argentei scđi q̄dringentidecem: vasa alia mille. Omnia vasa aurea ⁊ argentea quinqꝫ milia q̄dringenta. Uniuersa tulit Sasabasar: cū his qui ascendebant de transmigratione babylonis in hierusalem.

vi. q. i. ca. pphetia. Tarqni⁹ supbus vij. Ro. rex

B Lydorū

regni sui. Aïs dicit dn̄i j. q. i. c. pphta. in glo.

C

iij. esdre 2. b.

D

¶ Ca. Sū. ¶ Numerus reuertētiū in iudeā cū duce zorobabel: ⁊ summa pecunie templi instauratio distribuit. Cap. ij.

A

Hi sunt aūt prouincie filij q ascenderūt de captiuitate quā trāstulerat nabuchodonosor rex babylonis in babylonē: ⁊ reuersi sunt in hier̄lm ⁊ iudeā vnusqsqꝫ in ciuitatē suā: q venerūt cū zorobabel ⁊ iesua: neemia: saraia: rahelaia: mardochai: belsan: mesphar: beguai: reum: baana. Numer⁹ viroꝝ populi isr̄l. Filij pharos: duo milia centū septuagintaduo. Filij arethi: septingenti septuagintaqnqꝫ. Filij gersephatia trecēti septuagintaquinqꝫ. Filij Saphatia: trecenti septuagintaduo. Filij Area septingenti septuagintaquinqꝫ. Filij Phetmoab filioꝝ iosue: octingenti: ⁊ ioab duo milia octingenti duodecim. Filij helan: mille ducenti quinquagintaq̄ttuor. Filij zethua: nongentiquadragintaquinqꝫ. Filij zachai: septingenti sexaginta. Filij bani: sexcēti q̄dragintaduo. Filij bebai: sexcēti vigintitres. Filij azgad: mille ducēti vigintiduo. Filij adonicā: sexcēti sexagintasex. Filij beguai: duo milia qnq̄gintasex. Filij adin: q̄dringēti quinquagintaq̄ttu-

Lucretia romana se iugulat ob adulterium

Al. Asaphatia

B

tor. Filij ather qui erant ex ezechia: nonaginta octo. Filij besai: treceti viginti tres. Filij iora: cetu duodecim. Filij azen: duceti viginti tres. Filij gebbar: nogentiquinq3. Filij bethlee: cetu vigintitres. Uiri nethupha: quinquagintasex. Uiri anathoth: cetu viginti octo. Filij azmaueth: quadragintaduo. Filij cariathiarim cephira et beroth: septingenti quadragintatres. Filij rama et gabaa sexceti vigintiunus. Uiri machmas: cetu vigintiduo. Uiri bethel et chai: duceti vigintitres. Filij nebo: quinquagintaduo. Filij megbis: centum quinquagintasex. Filij bela alterius: mille ducenti quinquagintaquattuor. Filij arim: trecenti viginti. Filij lodadin et ono: septingenti vigintiquinq3. Filij hiericho: treceti quadragintaquinq3. Filij senaa tria milia sexceti triginta. Sacerdotes: filij iadaia in domo iesue: nongenti septuagintatres. Filij emmer: mille quinquagintaduo. Filij phassur: mille ducenti quadraginta septem. Filij arim: mille decem et

C septem. Leuite. Filij iesue et cedmihel filiorum odouie: septuagintaquattuor. Cantores. Filij asaph: centum vigintiocto. Filij ianitorum: filij sellum: filij ather: filij thelmon: filij accub: filij athita: filij sobai: vniuersi centu trigintanoue. Nathinnei. Filij siha: filij asupha: filij thebboath: filij ceros: filij siaa: filij phadon: filij lebana: filij asaba: filij accub: filij agab: filij selmai: filij anan: filij geddel: filij gaer: filij raaia: filij rasin: filij nechoda: filij gazem: filij aza: filij phasea: filij besee: filij asenaa: filij munim: filij nephusim: filij bechuc: filij acupha: filij azur: filij besluth: filij maida: filij arsa: filij bercos: filij sisara: filij thema: filij nasia: filij athupha. Filij seruorum salomonis: filij sothei: filij sophereth: filij pharuda: filij iala: filij dercon: filij geddel: filij saphatia: filij athil: filij phecereth: qui erant de asebaim: filij amin. Omnes nathinnei et filij seruorum salomonis: trecentinonagintaduo. Et hi qui ascenderunt de thelmala: thelarsa cherub et don et mer: et non potuerunt indicare domum patrum suorum et semen suum: vtrum

D ex israel essent. Filij dalaia: filij thobia: filij nechoda: sexceti quinquagintaduo. Et de filijs sacerdotum: filij hobia: filij acos: filij berzellai: qui accepit de filiabus berzellai galaaditidis vxorem: et vocatus est nomine eorum. Hi quesierunt scripturam genealogie sue et non inuenerunt: et eiecti sunt de sacerdotio. Et dixit athersatha eis vt non comederent de sancto sanctorum donec surgeret sacerdos doctus atq3 perfectus. Omnis multitudo quasi vnus quadragintaduo milia treceti septuaginta: exceptis seruis eorum et ancillis qui erant septem milia treceti trigintaseptem: et in ipsis cantores atq3 cantatrices duceti. Equi eorum sexceti trigintasex. Muli eorum duceti quadragintaquinq3. Cameli eorum quadringenti trigintaquinq3. Asini eorum sex milia septingenti viginti. Et principibus patrum cum ingrederent templu domini quod est in hierusalem: sponte obtulerunt in domum dei ad extruendam eam in loco suo. Secundum vires suas dederunt impensas operis auri solidos quadraginta milia et mille: argenti minas quinq3 milia: et vestes sacerdotales centu. Habitauerunt ergo sacerdotes et leuite et de populo et cantores et ianitores et nathinnei in vrbibus suis: vniuersiq3 israel in ciuitatibus suis.

Alias peccerathi (margin) — Alias sexaginta — Alias sexaginta (margin) — Alias septingenti (margin)

C Ca. iij. C Congregatur populus in hierusalem: et facto altari facit scenopegia et ceteras solennitates: alij vociferantur gaudentes: alij flentes. Cap. iij.

A Iamq3 venerat mensis septimus et erant filij israel in ciuitatibus suis. Congregatus est ergo populus quasi vir vnus in hierusalem: et surrexit iosue filius iosedech: et fratres eius sacerdotes et zorobabel filius salathiel et fratres eius: et edificauerunt altare dei israel vt offerrent in eo holocausta: sicut scriptum est in lege moysi viri dei. Collocauerunt autem altare dei super bases suas deterrentibus eos per circuitu populis terrarum: et obtulerunt super illud

B holocaustum domino mane et vespere. Feceruntq3 solennitatem tabernaculorum: sicut scriptum est: et holocaustum diebus singulis per ordine secundum preceptum: opus diei in die suo: et post hec holocaustum iuge tam in calendis quam in vniuersis solennitatibus domini que erant consecrate: et in omnibus in quibus vltro offerebatur munus domino. A primo die mensis septimi ceperunt offerre holocaustum domino. Porro templum dei nondum fundatum erat. Dederunt autem pecunias latomis et cementarijs: cibum quoq3 et potum et oleum sidonijs tyrijsq3 vt deferrent ligna cedrina de libano ad mare ioppe iuxta quod

C preceperat cyrus rex persarum eis. Anno autem secundo aduentus eorum ad templum dei in hierusalem mense secundo ceperunt

Margin: Alias sexaginta. Alias et sancti. 2. esd. 8. a 3. esd. 9. e 50. d. c. ie sus. De pe. vt. 2. c. si'eni

Alias Iesus.

zorobabel filius salathiel: et iosue filius io sedech et reliq de fratrib9 eorum sacerdotes et leuite: et omnes q venerant de captiuitate in hierlm: et constituerunt leuitas a viginti annis et supra vt vrgerent opus dni. Stetitq3 iosue et filij eius et fres ei9: cedmihel et filij ei9 et filij iu da quasi + vir vnus vt instarent sup eos q faciebant opus in templo dei: filij ena dab et filij eorum et fratres eorum leuite. Fundato igit a cementarijs templo dni: steterunt sacerdotes in ornatu suo cum tubis: et leuite filij Asaph in cymbalis vt laudarent deum per manus dauid regis israel. Et concinebant in hymnis et confessione domino: quoniam bonus quoniam in eternum mia eius super israel. Omnis quoq3 populus vociferabat clamore magno in laudando dnm: eo q fundatum esset templum dni. Plurimi etiam de sacerdotibus et leuitis et pncipes patrum et seniores q viderant templum prius cum fundatum esset: et hoc templum in oculis eorum flebant voce magna. Et multi vociferantes in letitia eleuabant vocem: Nec poterat qsq3 agnoscere vocem clamoris letantium: et vocem fletus populi. Commixtim enim populus vociferabatur clamore magno: et vox audiebatur procul.

Ms sup. est + vir

¶ Ca. iiij. ¶ Impedit edificatio ab hostib9 samarie scribunt eplas accusationis: et dicunt q si edificat ciuitas: tributa regi psarum non dabunt: prohibet opus templi. Ca. iiij.

A Udierunt aut hostes iude et beniamin: q filij captiuitatis edificarent templum dno deo israel. Et accedentes ad zorobabel et ad principes patrum: dixerunt eis. Edificemus vobiscum: q ita vt vos querimus deum vestrum. Ecce nos immolauimus victimas a diebus asoraddam regis assur: qui adduxit nos huc. Et dixit eis zorobabel et iosue et reliq pncipes patrum isrl. Non est nobis et vobis vt edificem9 domum deo nro: sicut pcepit nobis cyrus rex psarum. Factum est igit vt ppls terre impediret manus ppli iude: et turbaret eos in edificando. Conduxerunt quoq3 aduersus eos consiliatores: vt destruerent consilium eorum omnib9 dieb9 cyri regis psarum: et vsq3 ad regnum darij regis psarum. In regno aut assueri ipse e artaxarxes. In pncipio regni ei9 scripserunt accusationem aduersus habitatores iude et hierlm. Et in dieb9 artaxerxis scripsit beselam mitridates et thabeel et reliq q erant in consilio eorum ad artaxerxem regem psarum. Epistola aut accusationis scripta erat syriace: et legebat sermone syro. Reum + beelthem et samsai scriba scripserunt epistolam vnam de hierlm artaxerxi regi huiuscemodi. Reum beelthem et samsai scriba et reliqui consiliatores eorum: dynei et apharsatheri therphalei: arphasei: herchuei babylonij susanachei: dyei: et elamite: et ceteri de gentib9 quas transtulit asennaphar magn9 et gloriosus: et habitare eas fecit in ciuitatibus samarie: et in reliqs regionibus trans flumen in pace. Hoc est exemplar eple quam miserunt ad eum. Artaxerxi regi serui tui viri q sunt trans flumen: salutem dicunt. Notum sit regi: q iudei q ascenderunt a te ad nos venerunt in hierlm ciuitatem rebellem et pessimam: quam edificant extruentes muros eius parietes componentes. Nunc igit notum sit regi: q si ciuitas illa edificata fuerit: et muri ei9 instaurati: tributum et vectigal et annuos reddit9 non dabunt: et vsq3 ad reges hec noxa perueniet. Nos ergo memores salis qd in palatio comedim9: et q lesiones regis videre nephas ducim9: idcirco misimus et nunciamus regi vt recenseas in libris historiarum patrum tuorum: et inuenies scriptum in commentarijs: et scies qm vrbs illa vrbs rebellis est et nocens regib9 et puincijs et bella concitant in ea ex dieb9 antiqs. Quam obrem et ciuitas illa destructa est. Nunciam9 nos regi: qm si ciuitas illa edificata fuerit et muri ipsi9 instaurati: possessionem trans fluuium non habebis. Verbum misit rex ad reum beelthem et samsai scribam: et ad reliquos q erant in consilio eorum habitatores samarie et ceteris trans fluuium salutem dicens et pacem. Accusatio quam misistis ad nos manifeste lecta est coram me: et a me pceptum est: et re

Ms tamen hyses appellat secundus persarum rex: apud iudith nabuchodonosor.

Ms. + beeltheem

Egypti regnum refecit.

transierūt: inueneruntq; q̄d ciuitas illa a diebꝰ antiqs aduersꝰ reges rebellat ⁊ seditiões ⁊ plia concitan[tur] in ea. Nam ⁊ reges fortissimi fuerūt in hierl'm q ⁊ dn̄ati sunt oī regioni que trās fluuiū est. Tributū quoq; ⁊ vectigal ⁊ redditꝰ accipiebāt. Nūc ergo audite sniaʒ. Prohibeatis viros illos vt vrbs illa non edificet: donec si forte a me iussum fuerit. Uidete ne negligēter hoc impleatis: ⁊ paulatiʒ crescat malū ꝯ reges. Itaq; exēplū edicti artaxerxis regis lectū est corā reum ✝ beelthem ⁊ samplai scriba ⁊ ꝯsiliariis eoꝝ. Et abierunt festini in hierl'm ad iudeos: ⁊ ꝓhibuerunt eos in brachio ⁊ robore. Tūc intermissum est opꝰ dn̄i in hierusalē: ⁊ non fiebat vsq; ad annū scdm regni darii regis persaꝝ.

¶ Ca. v. ¶ Ad exhortationē aggei ⁊ zacharie ꝓ zorobabel ⁊ iosue iteꝝ edificare tēplū incipiūt: ⁊ pasca celebrat trās flumē: ꝯsulit dariū p eplas sup hoc. Cap. v.

PRophetauerūt aūt aggeus ꝓpheta ⁊ zacharias filiꝰ addo ꝓphetātes ad iudeos q erāt in iuda ⁊ hierl'm: ⁊ in noīe dei israel. Tūc surrexerūt zorobabel filiꝰ salathiel ⁊ iosue filiꝰ iosedech ⁊ ceperūt edificare tēplū dn̄i in hierusalē: ⁊ cū eis ꝓphete dei adiuuātes eos. In ipo aūt tpe venit ad eos thathānai q erat dux trās flumen ⁊ starbuzānai ⁊ ꝯsiliarii eoꝝ: sicq; dixerūt eis. Quis dedit vobis ꝯsiliū vt domū hanc edificaretis: ⁊ muros eiꝰ instauretis? Ad qd̄ rn̄dimus eis q̄ eēnt noīa hoiuʒ auctorū edificatiōis illiꝰ. Oculus aūt dei eoꝝ factus ē sup senes iudeoꝝ: ⁊ nō potuerūt inhibere eos. Placuitq; vt res ad dariuʒ referret: ⁊ tunc satisfacerēt aduersus accusationē illā. Exēplar eple quā misit thathanai dux regiōis trās flumē ⁊ starbuzannai ⁊ ꝯsiliatores eiꝰ apharsachei q erāt trās flumē ad dariū regeʒ. Sermo quē miserāt ei sic scriptus erat. Dario regi pax oīs. Notū sit regi isse nos ad iudeā ꝓuinciaʒ ad domū dei magni q̄ edificat lapide impolito: ⁊ ligna ponunt in parietibꝰ: opusq; illud diligēter extruit ⁊ crescit in manibus eoꝝ. Interrogauimꝰ ergo senes illos: ⁊ ita diximus eis. Quis dedit vobis ptateʒ vt domū hāc edificaretis: ⁊ muros hos instauraretis? Sʒ ⁊ noīa eoꝝ qsiuimꝰ ab eis vt nūciaremus tibi: scripsimusq; noīa eoꝝ viroꝝ q sunt principes i eis. Huiuscemodi aūt smonē rn̄derūt nobis: dicētes. Nos sumꝰ serui dei celi ⁊ terre: ⁊ edificamꝰ templū qd̄ erat extructū añ hos anos multos: qdq; rex isrl̄ magnꝰ edificauerat ⁊ extruxerat. Postq; aūt ad iracūdiā ꝓuocauerunt pres nr̄i deū celi: tradidit eos in manꝰ nabuchodonosor regis babylonis chaldei: domū quoq; hāc destruxit ⁊ ppl'm eiꝰ trāstulit in babylonē. Anno āt primo cyri regis, cyrꝰ rex babylōis ꝓposuit edictū vt domus dei edificaret. Nā ⁊ vasa tēpli dei aurea ⁊ argētea q̄ nabuchodonosor tulerat d̄ tēplo qd̄ erat i hierl'm ⁊ asportauerat ea i tēplū babylōis ꝓtulit cyrus rex de tēplo babylonis ⁊ data sūt sasabasar vocabulo quē principē ꝯstituit: dixitq; ei. Hec vasa tolle ⁊ vade: ⁊ pone ea in tēplo qd̄ ē i hierusalē ⁊ domus dei edificet in loco suo. Tūc itaq; sasabasar ille venit ⁊ posuit fundamēta tēpli dei in hierl'm: ⁊ ex eo tēpore vsq; nūc edificat ⁊ nedū cōpletū ē. Nūc ergo si vr̄ regi bonuʒ recenseat in bibliotheca regis que est in babilone: vtrū nam a cyro rege iussuʒ fuerit vt edificaret domꝰ dei in hierusalem: ⁊ voluntatem regis sup hac remittat ad nos.

¶ Ca. vi. ¶ Darius bibliothecā faciēs reuolui: inuenit decretū cyri regis pcepisse ⁊ qd̄ ipse edificauerit ꝓpriis sumptibꝰ: ⁊ dat ⁊ ipse pceptū qd̄ edificet domus dn̄i: ⁊ cōcedit iudeis fortissimū priuilegiuʒ: celebrant solēnitates azymorum. Cap. vi.

TUnc dariꝰ rex pcepit ⁊ recēsuerunt in bibliotheca libroꝝ q erāt repositi in babylōe. Et iuētū ē in egbathanis qd̄ ē castrū in ✝ medena ꝓuīcia: volumē vnū talisq; scriptꝰ erat in eo cōmētariꝰ. Anno primo cyri regis: cyrꝰ rex decreuit vt domus dei edificaret q̄ ē in hierl'm: in loco vbi immolēt hostias: ⁊ vt ponāt fundamēta supportātia altitudinē cubitoꝝ sexaginta: ⁊ latitudinē cubitoꝝ sexaginta: ordies de lapidibꝰ impolitis tres: ⁊ sic ordies de lignis nouis. Sūptꝰ aūt de domo regis dabunt. Sʒ ⁊ vasa tēpli dei aurea ⁊ argētea q̄ nabuchodonosor tulerat de tēplo hierl'm ⁊ attulerat ea i babylonē reddant: ⁊ referātur in tēplū hierl'm in locū suum: q ⁊ posita sunt in tēplo dei. Nūc ergo thathannei dux regiōis q̄ ē trās flumē ⁊ starbuzānai ⁊ ꝯsiliarii vestri apharsachei qui estis trās flumē: ꝓcul recedite ab illis: ⁊ dimittite

Al. exēplar Al. ✝ beeltheem

16. q. 7. c. ⁊ hoc vi. tumꝰ. ibi tēplū reparatū.

A

Sine. dis. iii. g sarū rex.

B Darius histaspis iii. pꝰ rex.

Emonophanes pha.

C Saphos mulier poetrix a q̄ dicū sapphici. Pyndarus poeta.

D

Al. ✝ medena Junius brutꝰ. lucius collatinꝰ primi Ro. cōsules

B

fieri tēplū dei illō a duce iudeoꝝ ⁊ a senioribꝰ eoꝝ: ⁊ domꝰ dei illa edificet̄ ī loco suo. Sȝ ⁊ a me pceptū est q̄d oporteat fieri a p̄sbyteris iudeoꝝ illis vt edificet̄ domꝰ dei s. vt de arca regis .i. de tributis q̄ dant̄ de regiōe trās flumen: studiose sumptꝰ dentur viris illis ne impediat̄ opus. Qd̄ si necesse fuerit ⁊ vitulos ⁊ agnos ⁊ hedos in holocaustū deo celi: frumētū sal vinū ⁊ oleū s̄m ritū sacerdotū q̄ sunt in hierusalē det̄ eis p singulos dies: ne sit ī aliquo q̄rimonia: ⁊ offerāt oblationes deo celi orētq̄ꝫ p vita regis ⁊ filioꝝ eiꝰ. A me ergo positū ē decretū: vt ois hō q̄ hāc mutauerit iussionē: tollat̄ lignū de domo ipsius: ⁊ erigat̄ ⁊ configat̄ in eo: domus aūt eius publicet̄. Deus aūt q̄ habitare fecit nomē suū ibi: dissipet oia regna ⁊ ppl̄m q̄ extēderit manū suā vt repugnet ⁊ dissipet domū dei illā q̄ est in hierusalē. Ego darius statui decretū: qd̄ studiose impleri volo. Igit̄ thanthanei dux regiōis trans flumē ⁊ starbuȝ ānai ⁊ cōsiliarij eius s̄m qd̄ pceperat dariꝰ rex sic diligēter executi sunt. Seniores āt iudeoꝝ edificabāt ⁊ psperabant̄ iuxta prophetiā aggei pphete ⁊ zacharie filij addo. Et edificauerūt ⁊ construxerūt iubēte deo isrl̄: ⁊ iubēte cyro ⁊ dario ⁊ artaxerxe regibus psarū: ⁊ cōpleuerūt domū dei istā vsq̄ꝫ in diē tertiū mēsis adar: q̄ est ānus sextus regni darij regis. Fecerunt aūt filij isrl̄ sacerdotes ⁊ leuite: ⁊ reliq̄ filiorū trāsmigratiōis dedicationē domus dei ī gaudio: ⁊ obtulerūt in dedicatiōe domus dei vitulos cētū: arietes ducētos: agnos q̄drigētos: hircos caprarū p peccato totiꝰ isrl̄: duodecī iuxta numeꝝ tribuū isrl̄. Et statuerūt sacerdotes in ordinibꝰ suis: ⁊ leuitas in vicibꝰ suis sup opa dei in hierusalē: sicut scriptū ē ī libro moysi. Fecerūt āt filij trāsmigratiōis pascha q̄rtadecima die mēsis pmi. Purificati .n. fuerāt sacerdotes ⁊ leuite q̄si vnꝰ: oēs mūdi ad imolādū pascha vniuersis filijs trāsmigrationis ⁊ fratribꝰ suis sacerdotibꝰ ⁊ sibi. Et comederūt filij isrl̄ q̄ reuersi fuerāt de transmigratiōe ⁊ oēs q̄ separauerant a coinquinatiōe gentiū terre ad eos vt q̄rerēt dn̄m deū isrl̄. Et fecerūt solēnitatē azymoꝝ septē diebꝰ ī letitia: q̄m letificauerat eos dn̄s: ⁊ querterat cor regis assur ad eos: vt adiuuaret manꝰ eoꝝ in ope domꝰ dn̄i dei isrl̄.

¶ Cap. sū. ¶ Ascēdit Esdras de babylōe de edicto artaxerxis: ⁊ de honore tēpli: ⁊ de libertate ministrorum eius. Cap. vij.

G venerunt super nos: quia veritatē fecisti no bis: nos aūt impie egimus. Reges nostri principes nostri: sacerdotes nostri ⁊ patres nostri non fecerunt legem tuā. ⁊ nō attē derūt mādata tua ⁊ testimonia tua q̄ testi ficat⁹ es in eis. Et ipsi in regnis suis bonis ⁊ in bonitate tua multa quā dederas eis: ⁊ in terra latissima ⁊ pingui quā tradideras in cōspectu eoꝝ non seruierunt tibi: nec re uersi sūt a studijs suis pessimis. Ecce nos ipsi hodie serui sumus: ⁊ terra quā dedisti patribus nostris vt comederēt panē ei⁹: ⁊ que bona sunt eius: ⁊ nosipsi serui sumus in ea. Et fruges ei⁹ multiplicant regibus quos posuisti sup nos ꝓpter peccata nostra: ⁊ corporib⁹ nr̄is dominant ⁊ iumētis nr̄is sm̄ volūtatē suā: ⁊ in tribulatione magna sumus. Sup oīb⁹ ergo his nosipsi percuti mus fedus ⁊ scribim⁹: ⁊ signāt principes nostri: leuite nostri: ⁊ sacerdotes nostri.

¶ Ca. Sū. ¶ De signatorib⁹ federis ad do minum: statuerunt de oblationibus fa ciendis: offeruntur primitie: dantur deci me de terris de operibus. Cap. X.

H Signatores aūt fuerūt: neemias athe satha fili⁹ achelai: ⁊ sedechias: saraias: azarias: hieremias. phessur: amarias: mel chias: accus: sebenia: meluc: maaren: merē muth: obdias: daniel: genthon: baruch: mo sollam: abia: miamin: mazia: belga: semeia: hi sacerdotes. Porro leuite: iesue fili⁹ aza rie: bennui de filijs enadad: Cedmiel ⁊ fres eoꝝ. Sechenia: oduia: celita: phalaia: anan micha: roob: asebia: zachur: serebia: saba nia: odia: bani: baninu. Capita ppli pharos: phetmoab: elam: zechubani: bonni: azgad: bebai: adonaia: beggoai: adin: ather: ezechia azur: oduia: asum: besai: areth: anathot: ne bai: meciphia: mosollā: azir: mesizabel: sa doch: ieddua: pheltia: anā: ania: osee: ana nia: asub: aloes: phalaam: sobech: reum: asebo

I na: madsia: ethaia: hanan: anan: mellucha: aran: baana: ⁊ reliq de populo. Sacerdotes

mus eniz magnoꝝ sumptus est ⁊ infinite difficultatis: exẽplaria posse habere oĩa: deinde etiã q habuerint: ⁊ hebrei sermonis ignari sũt: magis errabũt: ignorãtes: qs e multis veri⁹ dixerit. Qđ etiã sapiẽtissimo cuidã nup apđ grecos accidit: vt interdũ scripture sensũ relinquẽs vniuscuiuslibet interp̃tis sequeret errorẽ. Nos aũt q hebree lingue saltẽ paruã habemus sciam: ⁊ latinus nobis vtcunq; sermo non deest: ⁊ de alijs magis possum⁹ iudicare ⁊ eaq̃ ipsi intelligim⁹ in nr̃a lingua p̃mere. Itaq; licet hydra sibilet: victorq; synõ incẽdia iactet: nũq̃ meũ iuuãte chr̃o silebit eloquiũ. Etiã p̃cisa lingua balbutiet. Legant q volũt: qui nolũt abijciãt. Euentilẽt apices: lr̃as calũnient. Magis vr̃a charitate p̃uocatꝰ ad studiũ: q̃ illoꝝ detractiõe ⁊ odio deterrebor.

℃ Explicit prefatio.

al. + egre

℃ Incipit liber + esdre primus.

Cyr⁹ psarũ rex p̃mus

℃ Ca. Sũ. ℃ Cyr⁹ soluit captiuitatẽ p̃pli ⁊ redditis vasis ⁊ numeratis: p̃cepit p̃plis ire in hierl̃m ⁊ edificare tẽplum. Cap. j.

A

Hie. 25. c ⁊ 29. c 2. par. 36. d

IN anno p̃mo cyri regis p̃sarũ vt cõpleret vbũ dñi ex ore hieremie: suscitauit dñs spm̃ cyri regis p̃sarũ: ⁊ traduxit vocẽ i oĩ regno suo etiã p scripturã dicẽs. Hec dicit cyr⁹ rex p̃saꝝ. Oia regna terre dedit mihi dñs de⁹ celi: ⁊ ipse p̃cepit mihi vt edificarẽ ei domũ in hierl̃m: q̃ est in iudea. Quis est in vobis de vniuerso populo eius? Sit dñs illius cum eo. Ascendat in hierusalẽ q̃ est in iudea: ⁊ edificet domum + dei israel: ipse est deus q est in hierusalem. Et oẽs reliqui in cunctis locis vbicunq; habitãt adiuuẽt eũ viri de loco suo argento ⁊ auro ⁊ substãtia ⁊ pecorib⁹: excepto qđ voluntarie offerũt tẽplo dei qđ est in hierusalem. Et surrexerunt principes patrum de iuda ⁊ beniamin ⁊ sacerdotes ⁊ leuite: ⁊ oĩs cuius suscitauit de⁹ spiritum vt ascenderet ad edificadũ tẽplũ dñi: quod erat in hierusalem. Uniuersiq; qui erant in circuitu adiuuerũt manus eoꝝ: in vasis argenteis ⁊ aureis in substãtia et iumentis: in supellectili: exceptis his que sponte obtulerant. Rex quoq; cyrus p̃tulit vasa templi dñi que tulerat nabuchodonosor de hierusalẽ: ⁊ posuerat ea in templo dei sui. Protulit aũt ea cyrus rex p̃sarum p manum mitridatis filij gazabar: ⁊ annumerauit ea sasabasar p̃ncipi iude: ⁊ hic est numer⁹ eoꝝ. Phiale auree triginta: phiale argẽtee mille: cultri vigintinouem: syphi aurei triginta: syphi argentei scdi q̃dringentidecẽ: vasa alia mille. Omnia vasa aurea ⁊ argentea quinq; milia q̃dringenta. Uniuersa tulit Sasabasar: cũ his qui ascendebant de transmigratione babylonis in hierusalem.

Hi. q. i. ca. p̃pheta

Tarqni⁹ supbus vij. Ro. rex

B

Lydorũ

regni finis

Ale. dficit + dñi j. q. j. c. p̃pheta. in glo.

C

1. esdre 2. b.

D

℃ Ca. Sũ. ℃ Numerus reuertẽtiũ in iudeã cũ duce zorobabel: ⁊ summa pecunie templi instaurãdo distribuit. Cap. ij.

A

HJ sunt aũt p̃uintie filij q ascenderũt de captiuitate quã trãstulerat Nabuchodonosor rex babylonis in babylonẽ: ⁊ reuersi sunt in hierl̃m ⁊ iudeã vnusq; in ciuitatẽ suã: q venerũt cũ zorobabel ⁊ ie sua: neemia: saraia: rahelaia: mardochai: belsan: mesphar: beguai: reum: baana. Numer⁹ viroꝝ populi isrl̃. Filij phares: duo milia centũ septuagintaduo. Filij arethi: septingenti septuagintaquinq;. Filij gersepharia trecẽti septuagintaquinq;. Filij + Saphatia: trecenti septuagintaduo. Filij Area septingenti septuagintaquinq;. Filij Phetmoab filioꝝ iosue: octingenti: ⁊ ioab duo milia octingenti duodecim. Filij helan: mille ducenti quinq̃gintaq̃ttuor. Filij zethua: nongenti quadragintaquinq;. Filij zachai: septingenti sexaginta. Filij bani: sexcẽti q̃dragintaduo. Filij bebai: sexcẽti vigintitres. Filij azgad: mille ducẽti vigintiduo. Filij adonicã: sexcẽti sexagintasex. Filij beguai: duo milia qnq̃gintasex. Filij adin: q̃dringẽti quinquagintaq̃ttu-

Lucretia romana se igulat ob adulterium

Al. + sapharia

B

or. Filij ather qui erant ex ezechia: nonaginta octo. Filij besai: trecenti viginti tres. Filij iora: centum duodecim. Filij asen: ducenti viginti tres. Filij gebbar: nongentiquinque. Filij bethleem: centum vigintitres. Uiri nethupha: quinquagintasex. Uiri anathoth: centum viginti octo. Filij azmaueth: quadragintaduo. Filij cariathiarim cephira: et beroth: septingenti quadragintatres. Filij rama et gabaa sexcenti viginti unus. Uiri machmas: centum vigintiduo. Uiri bethel et chai: ducenti vigintitres. Filij nebo: quinquagintaduo. Filij megbis: centum quinquagintasex. Filij belam alterius: mille ducenti quinquagintaquattuor. Filij arim: trecenti viginti. Filij lodadin et ono: septingenti viginti quinque. Filij hiericho: trecenti quadragintaquinque. Filij senaa tria milia sexcenti triginta. Sacerdotes: filij iadaia in domo iesue: nongenti septuagintatres. Filij emmer: mille quinquagintaduo. Filij phassur: mille ducenti quadraginta septem. Filij arim: mille decem et septem. Leuite. Filij iesue et zedmihel filiorum oduuie: septuagintaquattuor. Cantores. Filij asaph: centum vigintiocto: filij ianitorum: filij sellum: filij ather: filij thelmon: filij accub: filij athita: filij sobai: vniuersi centum trigintanouem. Nathinei. Filij sia: filij asupha: filij thebaoth: filij ceros: filij siaa: filij phadon: filij lebana: filij asaba: filij accub: filij agab: filij selmai: filij anan: filij gaddel: filij gar: filij raaia: filij rasin filij nechoda: filij gazen: filij azeca: filij phasea: filij besee: filij asenaa: filij munim: filij nephusim: filij bechuc: filij acupha: filij asur: filij besluth: filij maida: filij arsa: filij bercos: filij sizara: filij thema: filij nasia: filij athupha. Filij seruorum salomonis: filij sothei: filij sophereth: filij pharuda: filij iala filij dercon: filij geddel: filij saphata: filij athil: filij phochereth: qui erant de asebaim: filij amim. Omnes nathinnei et filij seruorum salomonis: trecentinonagintaduo. Et hi qui ascenderunt de thelmala: thelarsa cherub et don et mer: et non potuerunt indicare domum patrum suorum et semen suum: vtrum ex israel essent. Filij dalaia: filij thobia: filij nechoda: sexcenti quinquagintaduo. Et de filijs sacerdotum: filij iobia: filij acos: filij berzellai: qui accepit de filiabus berzellai galaaditi dis vxorem: et vocatus est nomine eorum. Hi quesierunt scripturam genealogie sue: et non inuenerunt: et eiecti sunt de sacerdotio. Et dixit athersatha eis vt non comederent de sanctis sanctorum donec surgeret sacerdos doctus atque perfectus. Omnis multitudo quasi vnus quadragintaduo milia trecenti sexaginta: exceptis seruis eorum et ancillis qui erant septem milia trecenti trigintaseptem: et in ipsis cantores atque cantatrices ducenti. Equi eorum septingenti trigintasex. Muli eorum ducenti quadragintaquinque. Cameli eorum quadringenti trigintaquinque. Asini eorum sex milia septingenti viginti. Et principibus patrum cum ingrederentur templum domini quod est in hierusalem: sponte obtulerunt in domum dei ad extruendam eam in loco suo. Secundum vires suas dederunt impensas operis auri solidos sexaginta milia et mille: argenti minas quinque milia: et vestes sacerdotales centum. Habitauerunt ergo sacerdotes et leuite et de populo et cantores et ianitores et nathinnei in vrbibus suis: vniuersusque israel in ciuitatibus suis.

Alias phocereth hi

Alias sexaginta

Alias sexaginta

Alias septingenti

Alias sexaginta

¶ Ca. iij. ¶ Congregatur populus in hierusalem: et facto altari facit scenopegia et ceteras solennitates: alij vociferantur gaudentes: alij flentes. Cap. iij.

Iamque venerat mensis septimus et erant filij israel in ciuitatibus suis. Congregatus est ergo populus quasi vir vnus in hierusalem: et surrexit iosue filius iosedech: et fratres eius sacerdotes et zorobabel filius salathiel et fratres eius: et edificauerunt altare dei israel vt offerrent in eo holocausta: sicut scriptum est in lege moysi viri dei. Collocauerunt autem altare dei super bases suas deterrentibus eos per circuitum populis terrarum: et obtulerunt super illud holocaustum domino mane et vespere. Feceruntque solennitatem tabernaculorum: sicut scriptum est: et holocaustum diebus singulis per ordinem secundum preceptum: opus diei in die suo: et post hec holocaustum iuge tam in calendis quam in vniuersis solennitatibus domini que erant consecrate: et in omnibus in quibus vltro offerebatur munus domino. A primo die mensis septimi: ceperunt offerre holocaustum domino. Porro templum dei nondum fundatum erat. Dederunt autem pecunias latomis et cementarijs: cibum quoque et potum et oleum sidonijs tyrijsque vt deferrent ligna cedrina de libano ad mare ioppe iuxta quod preceperat cyrus rex persarum eis. Anno autem secundo aduentus eorum ad templum dei in hierusalem mense secundo ceperunt

2. es. 8. a 3. esd. 9. e 50. d. c. ie sus De pe. di. 2. c. si' enim ff. iesus.

zorobabel filius salathiel: et iosue filius iosedech et reliqui de fratribus eorum sacerdotes et leuite: et omnes qui venerant de captiuitate in hierusalem: et constituerunt leuitas a viginti annis et supra vt vrgerent opus domini. Stetitque iosue et filij eius et fratres eius: cedmihel et filij eius et filij iuda quasi + vir vnus vt instarent super eos qui faciebant opus in templo dei: filij enadab et filij eorum et fratres eorum leuite. Fundato igitur a cementarijs templo domini: steterunt sacerdotes in ornatu suo cum tubis: et leuite filij Asaph in cymbalis vt laudarent deum per manus dauid regis israel. Et concinebant in hymnis et confessione domino: quoniam bonus quoniam in eternum misericordia eius super israel. Omnis quoque populus vociferabatur clamore magno in laudando dominum: eo quod fundatum esset templum domini. Plurimi etiam de sacerdotibus et leuitis et principes patrum et seniores qui viderant templum prius cum fundatum esset: et hoc templum in oculis eorum flebant voce magna. Et multi vociferantes in letitia eleuabant vocem: Nec poterat quisquam agnoscere vocem clamoris letantium: et vocem fletus populi. Commixtim enim populus vociferabatur clamore magno: et vox audiebatur procul.

Als super. est + vir

D

¶ Ca. iiii. ¶ Impeditur edificatio ab hostibus. samarite scribunt epistolas accusationis: et dicunt quod si edificatur ciuitas: tributa regi persarum non dabunt: prohibetur opus templi. Ca. iiij.

A Audierunt autem hostes iude et beniamin: quod filij captiuitatis edificarent templum domino deo israel. Et accedentes ad zorobabel et ad principes patrum: dixerunt eis. Edificemus vobiscum: quia ita vt vos querimus deum vestrum. Ecce nos immolauimus victimas a diebus asoraddan regis assur: qui adduxit nos huc. Et dixit eis zorobabel et iosue et reliqui principes patrum israel. Non est nobis et vobis vt edificemus domum deo nostro: sicut precepit nobis cyrus rex persarum. Factum est igitur vt populus terre impediret manus populi iude: et turbaret eos in edificando. Conduxerunt quoque aduersus eos consiliatores: vt destruerent consilium eorum omnibus diebus cyri regis persarum: et vsque ad regnum darij regis persarum. In regno autem assueri ipse est artaxerxes. In principio regni eius scripserunt accusationem aduersus habitatores iude et hierusalem. Et in diebus artaxerxis scripsit beselam mitridates et thabeel et reliqui qui erant in consilio eorum ad artaxerxem regem persarum. Epistola autem accusationis scripta erat syriace: et legebatur sermone syro. Reum + beelthecm et samsai scriba scripserunt epistolam vnam de hierusalem artaxerxi regi huiuscemodi. Reum beelthecm et samsai scriba et reliqui consiliatores eorum: dynei et apharsathei: therphalei: arphasei: erchuei babylonij: susanachei: dieui: et elamite: et ceteri de gentibus quas transtulit asennaphar magnus et gloriosus: et habitare eas fecit in ciuitatibus samarie: et in reliquis regionibus trans flumen in pace. Hoc est exemplar epistole quam miserunt ad eum. Artaxerxi regi serui tui viri qui sunt trans fluuium: salutem dicunt. Notum sit regi: quod iudei qui ascenderunt a te ad nos venerunt in hierusalem ciuitatem rebellem et pessimam: quam edificant extruentes muros eius parietes componentes. Nunc igitur notum sit regi: quia si ciuitas illa edificata fuerit: et muri eius instaurati: tributum et vectigal et annuos redditus non dabunt: et vsque ad reges hec noxa perueniet. Nos ergo memores salis quod in palatio comedimus: et quia lesiones regis videre nephas ducimus: idcirco misimus et nunciamus regi vt recenseas in libris historiarum patrum tuorum: et inuenies scriptum in commentarijs: et scies quoniam vrbs illa vrbs rebellis est et nocens regibus et prouincijs et bella concitantur in ea ex diebus antiquis. Quamobrem et ciuitas illa destructa est. Nunciamus nos regi: quoniam si ciuitas illa edificata fuerit et muri ipsius instaurati: possessionem trans fluuium non habebis. Uerbum misit rex ad reum beelthecm et samsai scribam: et ad reliquos qui erant in consilio eorum habitatores samarie et ceteris trans fluuium salutem dicens et pacem. Accusationem quam misistis ad nos manifeste lecta est coram me: et a me preceptum est: et

Als tamen byses appellat secundus persarum rex: apud iudith nabuchodonosor.

B

Al. + beelthecm

Egypti regnum deficit.

C

censuerūt: inueneruntq̧ q̄ ciuitas illa a dieb⁹ antiqs aduers⁹ reges rebellat ⁊ seditiões ⁊ plia pcitan[tur] in ea. Nam ⁊ reges fortissimi fuerūt in hierl'm q ⁊ dn̄ati sunt oī regioni que trās fluuiū est. Tributū quoq̧ ⁊ vectigal ⁊ reddit⁹ accipiebāt. Nūc ergo audite sniaz. Prohibitatis viros illos vt vrbs illa non edificet: donec si forte a me iussum fuerit. Uidete ne negligēter hoc ipleatis: ⁊ paulatī crescat malū ɔ̄ reges. Itaq̧ + exēplū edicti artaxerxis regis lectū est corā reum + beelthem ⁊ samsai scriba ⁊ ɔsiliariis eoꝝ. Et abierunt festini in hierl'm ad iudeos: ⁊ phibuerunt eos in brachio ⁊ robore. Tūc intermissum est op⁹ dn̄i in hierusalē: ⁊ non fiebat vsq̧ ad annū scdm regni darii regis persaꝝ.

Als + exēplar. Al. + beelthem.
16. q. 7. c. ⁊ hoc dixim⁹. ibi tēplū reparatū.

¶ Ca. Sū. ¶ Ad exhortationē aggei ⁊ zacharie zorobabel ⁊ iosue iteꝝ edificare tēplū incipiūt: ⁊ pasca celebrat trās flumē: ɔsulit dariū p eplas sup hoc. Cap. v.

A Prophetauerūt aūt aggeus pphta ⁊ zacharias fili⁹ addo pphetātes ad iudeos q erāt in iuda ⁊ hierl'm: in noie dei israel. Tūc surrexerūt zorobabel fili⁹ salathiel ⁊ iosue fili⁹ iosedech ⁊ ceperūt edificare tēplū dn̄i in hierusalē: ⁊ cū eis pphete dei adiuuātes eos. In ipo aūt tpe venit ad eos thāthanai q erat dux trās flumen ⁊ starbuzanai ⁊ ɔsiliarii eoꝝ: sicq̧ dixerūt eis. Quis dedit vobis ɔsiliū vt domū hanc edificaretis: ⁊ muros ei⁹ instauretis? Ad qd̄ rn̄dimus eis q̄ eēnt noia hoīuz auctorū edificatiōis illi⁹. B Oculus aūt dei eoꝝ factus ē sup senes iudeoꝝ: ⁊ nō potuerūt inhibere eos. Placuitq̧ vt res ad dariuz referret: ⁊ tunc satisfacerēt aduersus accusationē illā. Exēplar eple quā misit thāthanai dux regiōis trās flumē ⁊ starbuzanai ⁊ ɔsiliatores ei⁹ apharsachei q erāt trās flumē ad dariū regez. Sermo quē miserāt ei sic scriptus erat. Dario regi pax oīs. Notū sit regi isse nos ad iudeā pvincias ad domū dei magni q̄ edificat lapide ipolito: ⁊ ligna ponunt in parietib⁹: opusq̧ illud diligēter extruit ⁊ crescit in māibus eoꝝ. Interrogauim⁹ ergo senes illos: ⁊ ita diximus eis. Quis dedit vobis ptātez vt domū hāc edificaretis: ⁊ muros hos instauraretis? C Sz ⁊ noia eoꝝ qsiuim⁹ ab eis vt nūciaremus tibi: scripsimusq̧ noia eoꝝ viroꝝ q sunt principes i eis. Huiuscemodi aūt sermonē rn̄derūt nobis dicētes. Nos sum⁹ serui dei celi ⁊ terre: ⁊ edificam⁹ templū qd̄ erat extructū añ hos annos multos: qdq̧ rex isrl̄ magn⁹ edificauerat ⁊ extruxerat. Postq̄ aūt ad iracūdiā puocauerunt pres nr̄i deū celi: tradidit eos in man⁹ nabuchodonosor regis babylonis chaldei: domū quoq̧ hāc destruxit ⁊ ppłm ei⁹ trāstulit in babylonez. Anno āt p̄io cyri regis, cyr⁹ rex babylōis pposuit edictū vt domus dei edificaret. D Nā ⁊ vasa tēpli dei aurea ⁊ argētea q̄ nabuchodonosor tulerat d tēplo qd̄ erat i hierl'm ⁊ asportauerat ea i tēplū babylōis ptulit cyrus rex de tēplo babylonis ⁊ data sūt sasabasar vocabulo quē principē ɔstituit: dixitq̧ ei. Hec vasa tolle ⁊ vade: ⁊ pone ea in tēplo qd̄ ē i hierusalē ⁊ domus dei edificet in loco suo. Tūc itaq̧ sasabasar ille venit ⁊ posuit fundamēta tēpli dei in hierl'm: ⁊ ex eo tēpore vsq̧ nūc edificat ⁊ nedū cōpletū ē. Nūc ergo si vi[detur] regi bonū recenseat in bibliotheca regis que est in babilone: vtrū nam a cyro rege iussū fuerit vt edificaret dom⁹ dei in hierusalem: ⁊ voluntatem regis super hac remittat ad nos.

Smerdis. iii. persarū rex.
Darius hystapsis iii. persaꝝ rex.
Xenophanes phs.
Sapho mitilēa poetrix a q̄ vsus saphici. Pyndarus poeta.

¶ Ca. Sū. ¶ Darius bibliothecā faciēs reuolui: inuenit decretū cyri regis p̄cepisse ⁊ qd̄ ipse edificauerit ppriis sumptib⁹: ⁊ dat ⁊ ipse p̄ceptū qd̄ edificet domus dn̄i: ⁊ cōcedit iudeis fortissimū priuilegiuz: celebrant solēnitates azymorum. Cap. vi.

Tunc dari⁹ rex p̄cepit ⁊ recēsuerunt in bibliotheca libroꝝ q erāt reposité in babylōe. Et inuētū ē in egbathanis qd̄ ē castrū in + medena puīcia: volumē vnū talisq̧ scripti⁹ erat in eo cōmētari⁹. Anno p̄io cyri regis: cyr⁹ rex decreuit vt domus dei edificaret q̄ ē in hierl'm: in loco vbi imolāt hostias: ⁊ vt ponāt fundamēta supportātia altitudinē cubitoꝝ sexaginta: ⁊ latitudinē cubitoꝝ sexaginta: ordines de lapidib⁹ ipolitis tres: ⁊ sic ordines de lignis nouis. Sūpt⁹ aūt de domo regis dabunt. Sz ⁊ vasa tēpli dei aurea ⁊ argētea q̄ nabuchodonosor tulerat de tēplo hierl'm ⁊ attulerat ea i babylonē reddant: ⁊ referātur in tēplū hierl'm in locū suum: q̄ ⁊ posita sunt in tēplo dei. B Nūc ergo thāthannai dux regiōis q̄ ē trās flumē ⁊ starbuzanai ⁊ ɔsiliarii vestri apharsachei qui estis trās flumē: pcul recedite ab illis: ⁊ dimittite

Al. + medena. Junius brut⁹: lucius collatin⁹ primi Ro. cōsules.

fieri tēplū dei illō a duce iudeoꝝ ⁊ a senio rib⁹ eoꝝ: ⁊ dom⁹ dei illa edificet i loco suo. Sȝ ⁊ a me pceptū est q̄d oporteat fieri a p̄sbyteris iudeoꝝ illis vt edificet dom⁹ dei s. vt de arca regis .i. de tributis q̄ dant̄ de regiōe trās flumen: studiose sumpt⁹ den tur viris illis ne impediat̄ opus. Qd̄ si ne cesse fuerit ⁊ vitulos ⁊ agnos ⁊ hedos in ho locaustū deo celi: frumētū sal vinū ⁊ oleū fm ritū sacerdotū q̄ sunt in hierusalē dent̄ eis p singulos dies: ne sit i aliquo q̄rimonia: ⁊ offerāt oblationes deo celi: orētq̄ p vita regis ⁊ filioꝝ ei⁹. A me ergo positū ē decretū: vt ois hō q̄ hāc mutauerit iussio nē: tollat̄ lignū de domo ipsius: ⁊ erigat̄ ⁊ configat̄ in eo: domus aūt eius publicet̄. Deus aūt q̄ habitare fecit nomē suū ibi: dissipet oia regna ⁊ ppl̄m q̄ extēderit manū suā vt repugnet ⁊ dissipet domū dei illā q̄ est in hierusalē. Ego darius statui decretū: qd̄ studiose impleri volo. Igit̄ thantanei dux regiōis trans fluminē ⁊ starbuȝānai ⁊ cōsiliarij eius fm qd̄ pceperat dari⁹ rex sic diligēter executi sunt. Seniores āt iudeoꝝ edificabāt ⁊ psperabant̄ iuxta pphetiā aggei pphete ⁊ zacharie filij addo. Et edificauerūt ⁊ construxerūt iubēte deo isrl̄: ⁊ iubēte cyro ⁊ dario ⁊ artaxerxe regibus psarū: ⁊ cōpleuerūt domū dei istā vsq̄ in diē tertiū mēsis adar: q̄ est ānus sextus regni darij regis. Fecerunt aūt filij isrl̄ sacerdotes ⁊ leuite: ⁊ reliq̄ filiorū trāsmigratiōis dedicationē domus dei i gaudio: ⁊ obtulerūt in dedicatiōe domus dei vitulos cētū: arietes ducētos: agnos q̄dringētos: hircos caprarū p peccato toti⁹ isrl̄: duodeciȝ iuxta numeꝝ tribuū isrl̄. Et statuerūt sacerdotes in ordinib⁹ suis: ⁊ leuitas in vicib⁹ suis sup opa dei in hierusalē: sicut scriptū ē i libro moysi. Fecerūt āt filij trāsmigratiōis pascha q̄rtadecima die mēsis p̄mi. Purificati .n. fuerāt sacerdotes ⁊ leuite q̄si vn⁹: oēs mūdi ad immolādū pascha vniuersis filijs trāsmigrationis ⁊ fratrib⁹ suis sacerdotib⁹ ⁊ sibi. Et comederūt filij isrl̄ q̄ reuersi fuerāt de transmigratiōe ⁊ oēs q̄ separauerant a coinq̄natiōe gentiū terre ad eos vt q̄rerēt dn̄m deū isrl̄. Et fecerūt solēnitatē azymoꝝ septē dieb⁹ i letitia: q̄m letificauerat eos dn̄s: ⁊ querterat cor regis assur ad eos: vt adiuuaret man⁹ eoꝝ in ope dom⁹ dn̄i dei isrl̄.

Triumphus ro me duci victori designat̄. Publi⁹ publicola p̄mus rome triumphauit. Dictatu re digni tas, rome p̄s institui̇t. C. Corolla muro manus. Uetru uia m̄r corollai. Mulierib⁹ p̄ui legia a romāis dantur. D. Tribūi plebis rome in stituunt̄. Fabia ĝ milia q̄si deletur. Quinti⁹ cincinatus dictator claret.

Cap. vij.

¶ Cap. Sm̄. ¶ Ascēdit Esdras de babylōe de edicto artaxerxis: de honore tēpli: d liber tate ministroꝝ eius.

Post hec aūt verba i regno artaxerxis regis psaꝝ + esdras fili⁹ saraie: filij asarie: filij helchie: filij sellū: filij sadoch: filij achitob: filij amarie: filij azarie: filij maraioth: filij zarie: filij ozi: filij bocci: filij abisue: filij phinees: filij eleazar: filij aaron sacerdotis ab initio: ipse + esdras ascēdit d babylone: ⁊ ipse scriba velox in lege moysi: q̄ dn̄s deus dedit isrl̄. Et dedit ei rex fm manū dn̄i dei eius sup eū oēm petitionē ei⁹. Et ascēderūt de filijs isrl̄ ⁊ de filijs sacerdotū ⁊ de filijs leuitaꝝ de cātorib⁹ ⁊ de ianitorib⁹ ⁊ de nathinneis in hierusalē: anno septimo artaxerxis regis: ⁊ venerūt in hierusalē mēse q̄nto: ipse ē ānus septimus regis. Qr in p̄mo die mēsis p̄mi cepit ascēdere de babylone: ⁊ in p̄mo + die mēsis q̄nti venit i hierusalē iuxta manuȝ dei sui bonā sup se. + Esdras + aūt parauit cor suū vt inuestigaret legē dn̄i: ⁊ faceret ⁊ doceret in isrl̄ pceptū ⁊ iudiciū. Hoc est aūt exēplar epistole edicti: qd̄ dedit rex artaxerxes + esdre sacerdoti scribe erudito in sermōib⁹ ⁊ in pceptis dn̄i: ⁊ cerimōijs eius i israel. Artaxerxes rex regū + esdre sacerdoti: scribe legis dei celi doctissimo salutē. A me decretū ē. vt cuicūq̄ placuerit in regno meo de ppl̄o isrl̄ ⁊ de sacerdotibus eius ⁊ de leuitis ire in hierusalē tecū vadat. A facie .n. regis ⁊ septē cōsiliatoruȝ eius missus es vt visites iudeā ⁊ hierusalē in lege dei tui q̄ est in manu tua: ⁊ vt feras argētū ⁊ aurū qd̄ rex ⁊ cōsiliatores ei⁹ sponte obtulerūt deo israel: cuius in hierusalē tabernaculū est. Et oē argētū ⁊ aurū qd̄cūq̄ inueneris in vniuersa puincia babylonis ⁊ populus offerre voluerit ⁊ de sacerdotib⁹ q̄ sponte obtulerint domui dei sui q̄ est in hierusalē: libere accipe ⁊ studiose eme de hac pecūia vitulos: arietes: agnos ⁊ sacrificia: ⁊ libamina eoꝝ: ⁊ offer ea sup altare templi dei vr̄i quod ē in hierusalē. Sȝ ⁊ si qd̄ tibi ⁊ fratribus tuis placuerit de reliquo argēto ⁊ auro vt faciatis: iuxta volūtatē dei vr̄i facite. Uasa q̄ȝ que dant̄ tibi in ministeriū dom⁹ dei tui trade in cōspectu dei + in hierusalē. Sȝ ⁊ cetera quibus op⁹ fuerit in domū dei tui: quātūcūq̄ necesse est vt expēdas dabis

Democrit⁹ philosoph⁹ floret. A. Als + esra s a. 3. esdre S. a. Eraclit⁹ phs. Als + esras. Esichius poeta. Als sup est + die. Als + esras. Als + enim. B. Als + esre. Als + esre. C. Als sup est + in.

Ms+ ezras

D

Ms+ ezra

Ms+ ezras.

Xerses darij filius.v.p sa rex.

de thesauro ⁊ de fisco regis. Et a me ego ar taxerxes rex statui atq; decreui oibꝰ custo dibꝰ arce publice q sunt trás flumé: vt qđ cunq; petierit a vobis + esdras sacerdos scriba legis dei celi absq; mora detis vsq; ad argéti taléta cétum: ⁊ vsq; ad frumenti choros cétū: ⁊ vsq; ad vini batos centū: ⁊ vsq; ad batos olei cétū: sal đo absq; mé sura. Oē qđ ad ritū dei celi ptinet tribuat diligéter in domo dei celi: ne forte irascat cótra regnū regis ⁊ filiorum eius. Vobis quoq; notū facimus de vniuersis sacer dotibus ⁊ leuitis ⁊ cátoribꝰ ⁊ ianitoribꝰ nathinneis ⁊ ministris domꝰ dei huiꝰ: vt vectigal ⁊ tributū ⁊ ánonas nó hēatis po testaté imponédi sup eos. Tu aūt + esdra sm sapiétiá dei tui q est in manu tua có stitue iudices ⁊ psides: vt iudicét oī pplo qui est trans flumé: his videl; qui noue runt legé dei tui: sz ⁊ imperitos docete libe re. Et ois qui nó fecerit legé dei tui ⁊ legé regis diligéter: iudiciū erit de eo siue in mortem siue in exiliū: siue in cóndénatia nem substantie eius: vel certe in carcerez. Et dixit + esdras scriba. Bndictꝰ dñs deꝰ patrū nroz: q dedit hoc in corde regis vt glorificarét domū dñi que est in hierusa lé: ⁊ in me inclinauit misericordiá suaz corá rege ⁊ consiliatoribus eius ⁊ vniuer sis principibus regis potentibꝰ. Et ego có fortatꝰ mau dñi dei mei q erat i me: cgre gaui de israel pncipes q ascéderūt mecuz.

¶ Ca. Su. ¶ De his q ascéderūt cū esdra: ⁊ directione itineris post fletū ⁊ ieiuniū. Appendunt vasa tépli: ⁊ offerunt eacū ho locaustis in hierusalem. Cap. viij.

A

ij.3. esdr S.c.

Themostocles athenien sis phs ⁊ dux claret.

Ms+ azarie

Leonida signifer sptarum rex.

B

HI sunt ergo principes familiaz ⁊ ge nealogia eorū qui ascéderūt me cū in regno artaxerxis regis de babylóe. De filijs phinees: gerson. De filijs ithamar daniel. De filijs dauid atthus. De filijs se chenie: ⁊ de filij pharos: zacharias: ⁊ cū eo numerati sunt viri cétum quinquagin ta. De filijs phethmoab: elioenai filius + za ree: ⁊ cū eo ducéti viri. De filijs sechenie: fi lius ezechiel: ⁊ cū eo trecéti viri. De filijs addá: naabeth filius ionathá: ⁊ cū eo quin quagita viri. De filijs helá: isaias filiꝰ atha lie: ⁊ cū eo septuagita viri. De filijs sapha tie: zebedia filius michael: ⁊ cū eo octogin ta viri. De filijs ioab: obedia filiꝰ iehiel ⁊ cū eo ducéti decé ⁊ octo viri. De filij selo mith: filiꝰ iosphie: ⁊ cū eo cétū sexaginta viri. De filijs bebai: zacharias filiꝰ bebai: ⁊ cū eo viginti ⁊ octo viri. De filijs ezeab: io haná filiꝰ ezethan: ⁊ cū eo cétū decé viri. De filijs adonicá q erant nouissimi: ⁊ hec noia eoz: heliphelet ⁊ heiel ⁊ samaias: ⁊ cū eis sexaginta viri. De filijs begui: vthai ⁊ zachur: ⁊ cū eis septuaginta viri. Cógre gaui aūt eos ad fluuiū q decurrit ad hana ⁊ mansimꝰ ibi tribꝰ diebꝰ. Qu siuiq; i po pulo ⁊ in sacerdotibꝰ de filijs leui: ⁊ non inueni ibi. Itaq; misi heliezer ⁊ ariel ⁊ se meiá ⁊ helnathá ⁊ arib ⁊ alteq helnathá ⁊ nathá ⁊ zachariá ⁊ mosollá pncipes: ⁊ ioa rib ⁊ helnathá: sapiétes: ⁊ misi eos ad hed do q ē pmus in casphie loco. Et posui in ore eoz vba q loqrent ad heddo: ⁊ ad fres eiꝰ nathinneos in loco casphie: vt adduce rét nobis ministros domꝰ dei nri. Et addu xerūt nobis p manū dei nri bona sup nos virū doctissimū de filijs moholi: filij leui: fi lij isrl: ⁊ sarabiá: ⁊ filios eiꝰ ⁊ fres eius de cé ⁊ octo: ⁊ asabiá: ⁊ cū eo isaiá de filijs me rari: fresq; eiꝰ ⁊ filios eiꝰ viginti. Et de na thinneis qs dederat dauid ⁊ pncipes ad ministeria leuitaz nathinneos: ducétos vi ginti. Oēs hi suis noibꝰ vocabant. Et pdi caui ibi ieiuniū iuxta fluuiū hana: vt af fligeremur corá dño deo nro: ⁊ peteremꝰ ab eo viá rectá nobis ⁊ filijs nris: vniuer seq; substátie nre. Erubui.n. petere regis auxiliū ⁊ equites q defenderét nos ab inimi co in via: q dixeramꝰ regi. Manꝰ dei nri est sup oēs q qrūt eū in bonitate: ⁊ imperiu eiꝰ ⁊ fortitudo eiꝰ ⁊ furor sup oēs q dereli quūt eū. Ieiunauimꝰ aūt ⁊ rogauimꝰ deū nrm p hoc: ⁊ euenit nobis psper. Et sepaui de principibꝰ sacerdotū duodecim: sarabiá ⁊ asabiá: ⁊ cū eis de fratribꝰ eorū decé. Appendiq; eis argétū ⁊ aurū: ⁊ vasa cósecrata domus dei nri q obtulerat rex ⁊ cósiliatores eius ⁊ principes eius: vniuer sisq; isrl eoz q inuenti fuerát. Et appédi in manibus eorum argéti taléta sexcéta quinquaginta: ⁊ vasa argétea cétū: auri đo cen tū taléta: ⁊ crateras aureas viginti q habe bát solidos millenos: ⁊ vasa eris fulgétis optimi duo pulcra vt auruz. Et dixi eis. Vos sancti dñi: ⁊ vasa sancta ⁊ argentū ⁊ aurū: qđ sponte oblatū est dño deo patrū nroz. Vigilate ⁊ custodite donec appenda tis coram principibus sacerdotum ⁊ le-

Aristides phs athenie.

Pythagoras phs Sophocles poeta tragicus Zeusis ⁊ parasius pictores.

C

D

E

F

uitaꝝ ⁊ ducibus familiaꝝ isrł in hierusa
lē in thesauris dom⁹ dñi. Susceperunt aūt
sacerdotes ⁊ leuite pondus argēti ⁊ auri
⁊ vasoꝝ vt deferrēt hierusalē in domum
dei nr̄i. Promouimus ergo a flumine ha
na duodecima die mensis p̄mi: vt pgere
mus hierusalē. Et man⁹ dei nr̄i fuit sup
nos: ⁊ liberauit nos de manu inimici: ⁊ in
sidiatoris in via. Et venim⁹ hierusalē: ⁊
B mansimus ibi trib⁹ dieb⁹. Die aūt q̄rta ap
pēsuꝫ est argētum ⁊ aurū ⁊ vasa in domo
dei nr̄i p manū remoth filij vrie sacerdo
tis: ⁊ cū eo eleazar fili⁹ phinees: cūqꝫ eis
iosadeddi fili⁹ iesue: ⁊ noadaia fili⁹ bennoi
leuite iuxta numeꝝ ⁊ pondus oīum. De
scriptū est oē pondus in tēpore illo. Sed
⁊ q venerāt de captiuitate filij trāsmigra
tiōis: obtulerūt holocausto mata deo isrł:
vitulos duodeciꝫ p omni pplo isrł: arie
tes nōagintasex: agnos septuagintaseptē:
hircos p peccato duodecim: omnia in ho
locaustū dn̄o. Dederunt aūt edicta regis
satrapis qui erant de cōspectu regis ⁊ du
cibus trans flumen: ⁊ eleuauerunt popu
lum ⁊ domum dei.

¶ Capi. Sū. ¶ Nunciat esdre q filij isrł
nō sunt separati a pplo terreimo et duxe
rūt in vxores filias eaꝝ: hoc audito esdras
scidit palliū suū ⁊ tunicā: ⁊ euellit pilos
capitis eius: ⁊ sedēs plorat. Cap. ix.

.ij.esdre .8.c.

POstq̄ autē hec cōpleta sunt accesse
rūt ad me principes dicētes. Nō ē se
parat⁹ pplo isrł ⁊ sacerdotes ⁊ leuite a po
pulis terraꝝ: ⁊ de abominatiōib⁹ eorū cha
nanei videlꝫ ⁊ ethei ⁊ pherezei ⁊ iebusei ⁊
ammōitaꝝ ⁊ moabitaꝝ ⁊ egyptioꝝ ⁊ am
morreoꝝ. Tulerūt .n. de filiab⁹ eoꝝ sibi ⁊
filijs suis: ⁊ cōmiscuerūt semen sanctū cū
populis terraꝝ. Manus ētprincipū ⁊ ma

Artabanus. vj. psaꝝ rex

gistratum fuit in trāsgressiōe hac prima.
Cūqꝫ audissem sermonē istum: scidi pal
liū meū ⁊ tunicā: ⁊ euelli capillos capitis
mei ⁊ barbe: ⁊ sedi merēs. Cōuenerūt aūt
ad me oēs qui timebant verbū dei israel:
pro transgressiōe eorū qui de captiuita
te venerant: ⁊ ego sedebā tristis vsqꝫ ad sa
crificiū vespertinum. Et in sacrificio vespti
no surrexi de afflictiōe mea: ⁊ scisso pallio
⁊ tūica curuaui genua mea: ⁊ expādi ma
nus meas ad dominū deū meum: ⁊ dixi.
Deus me⁹ confundor ⁊ erubesco leuare fa
ciē meā ad te: ✝ qm̄ iniquitates nr̄e mul
tiplicate sunt sup caput nr̄m: ⁊ delicta nr̄a
creuerūt vsqꝫ ad celū a diebus pꝛim nr̄o
rū. Sꝫ ⁊ nosipi peccauim⁹ grauiter vsqꝫ
ad diē hāc: ⁊ in iniq̄tatibus nr̄is traditi
sum⁹ ipsi: ⁊ reges nr̄i: ⁊ sacerdotes nr̄i in
✝ manū regū terraꝝ: ⁊ in gladiū ⁊ in ca
ptiuitatē ⁊ in rapinā ⁊ in cōfusionē vult⁹
sicut ⁊ die hac. Et nūc q̄si ad paꝝ ⁊ momē
tū facta ē depcatio nr̄a ad dn̄m deū nr̄m:
vt dimitterent nobis reliquie: ✝ ⁊ daretur
pax illi⁹ in loco sancto ei⁹: ⁊ illuminaret
oculos nr̄os deus nr̄: ⁊ daret nobis vitaꝫ
modicā in seruitute nr̄a: q: serui sum⁹: ⁊ in
seruitute nr̄a nō dereliq̄t nos deus nr̄: ⁊
inclinauit sup nos misericordiā corā re
ge psaꝝ: vt daret nobis vitā: ⁊ sublimaret
domū dei nr̄i: ⁊ extrueret solitudines ei⁹
⁊ daret nobis spē in iuda ⁊ hierusalem.
Et nūc qd dicemus dn̄e deus nr̄ post hec?
Qꝛ dereliquimus mādata tua q̄ pcepisti
in manu seruoꝝ tuoꝝ pphetaꝝ: dicens.
Terra ad quā vos ingredimini vt possi
deatis eā: terra imūda est iuxta imūdiciā
ppłoꝝ ceterarūqꝫ terraꝝ abominatiōibus
eoꝝ q repleuerūt eā ab ore vsqꝫ ad os coin
quinatiōe sua. Nūc ergo filias vr̄as ne de
tis filijs eoꝝ: ⁊ filias eoꝝ ne accipiatis fi
lijs vr̄is: ⁊ nō q̄ratis pacē eoꝝ ⁊ psperitatē
eoꝝ vsqꝫ in eternū: vt confortemini ⁊ co
medatis q̄ bona sunt terre: ⁊ hr̄edes habea
tis filios vr̄os vsqꝫ in seculū. Et post oīa q̄
venerūt sup nos in operibus nr̄is pessi
mis: ⁊ in delicto nr̄o magno: q: tu de⁹ nr̄
liberasti nos de iniq̄tate nr̄a: ⁊ dedisti no
bis salutē sicut est hodie: vt non conuerte
remur: ⁊ irrita facerem⁹ mādata tua: neqꝫ
mřimonia iūgeremus cū pplis abomina
tionū istaꝝ. Nūqd iratus es nobis vsqꝫ
ad consumationē: ne dimitteres nobis reli

Artaxerses. vij. psarū rex

B

Al's ✝ quātus. Decē viri rome eliguntur.

Al's ✝ manu

C

Al's ✝ vt

Virginius filias interficit pp apij I solentiā.

Romāi leges solonis in decē tabulis accipiūt ⁊ duas addunt

D

Tribūi ⁊ ediles rome creantur

quias ad salute? Dñe deus isrl iust⁹ es tu: qm̄ derelicti sum⁹ q saluaremur: sicut die hac. Ecce corā te sumus in delicto nr̄o. nō enim stari pōt coram te super hoc.

¶ Ca. Sū. ¶ Penitet et luget pplus: separantur vxores alienigene: describunt illi qui eas abiecerunt. Cap. x.

Sic ergo orante + esdra et implorāte + deu3: et flente et iacēte ante templum dei: collectus est ad eū de isrl cetus grādis nimis viroz et mulierz et pueroz. Et fleuit ppls multo fletu. Et rñdit sechenias fili⁹ iehihel de filijs helā: et dixit + esdre. Nos preuaricati sumus in deum nr̄m: et duximus vxores alienigenas de pplis terre. Et nunc si est penitentia in isrl sup hoc: percutiamus fedus cū dño deo nr̄o: vt proiciamus vniuersas vxores: et eos qui de his nati sunt. Iuxta voluntatē dñi et eoz̄ q timēt preceptū dñi dei nostri: sm legem fiat. Surge: tuum est discernere: nosq3 erim⁹ tecum. Cōfortare: et fac. Surrexit ergo + esdras et adiurauit principes sacerdotū et leuitaz et oēm israel vt facerent sm̄ v̄bum hoc. Et iurauerunt. // Et surrexit + esdras ante domū dei: et abijt ad cubiculū iohannā filij elyasib: et ingressus est illuc. Panē nō comedit: et aquā nō bibit. Lugebat.n. trāsgressionē eoz q venerāt d̄ captiuitate. Et missa est vox in iuda et in hierusalē oībus filijs trāsmigratiōis vt cōgregētur in hierusalē. Et ois qui nō venerit in tribus dieb⁹ iuxta ɔsiliū pncipu3 et senioz: auferet vniuersa substātia ei⁹: et ipsi abijcietur de cetu trāsmigratiōis. Cōuenerūt igit oēs viri iuda et beniamin in hierusalem tribus dieb⁹: ipse est mēsis nōus vicesima die mēsis. Et sedit ois ppls in platea domus dei tremētes + p pctō et pluuijs. Et surrexit + esdras sacerdos et dixit ad eos. Uos trāsgressi estis: et duxistis vxores alienigēas: vt adderetis sup delictum isrl. Et nūc date ɔfessionē dño deo patru3 + vestroz: et facite placitū eius: et separamini a pplis terre: et ab vxorib⁹ alienigenis. Et rñdit vniuersa multitudo dixitq3 voce magna. Iuxta v̄bū tuū ad nos: sic fiat. Uerūtn̄ qz ppls multus ē et tp̄s pluuie: et nō sustinemus stare foris: et op⁹ nō ē diei vni⁹ vel duorū: vehementer qppe peccauimus in sermōe isto: ɔstituant principes in vniuersa multitudine: et oēs in ciuitatib⁹ nr̄is q duxerūt vxores alienigēas veniāt i tēporib⁹ statutis: et cū his seniores p ciuitatē in ciuitatē et iudices ei⁹: donec auertat ira dei nr̄i a nobis: sup pctō hoc. Igit ionathan filius azahel: et iaazia filius thecue steterūt sup hoc: et mosollā et + sebathai leuites adiuuerūt eos. Feceruntq3 sic filij trāsmigratiōis. Et abierūt + esdras sacerdos et viri pricipes familiarū in domos patrū suoz: et oēs p noia sua: et sederūt in die primo mēsis decimi vt q̄rerēt rem. Et cōsummati sunt oēs viri q duxerūt vxores alienigenas vsq3 in diē primā mēsis primi. Et inuēti sūt de filijs sacerd: tū qui duxerūt vxores alienigēas. De filijs iosue filij iosedech: et frēs ei⁹ maasia: et eliezer et iarib et godolia. Et dederūt man⁹ suas vt eijcerēt vxores suas: et p delicto suo arietē de ouib⁹ offerrēt. Et de filijs emmer: anani et zebedia. Et de filijs serim: masia et helia et semeia: iehihel et ozias. Et de filijs phessur: elioenai: maasia: hismael: nathanael: iosabeth: et helesa. Et de filijs leuitaz. iosabeth et semei et celaia: ipse est calitha. phathaia: iuda et eliezer. Et de cātoribus eliasib: et de ianitoribus sellū et thelē et vri. Et ex israel de filijs pharos remeia et iezia: et melchia: et miamim et eliezer et melchia et banea. Et de filijs helam mathania: zacharias: et iehihel et abdi et rimoth et helia. Et de filijs zethua: elioenai: alyasib: mathaia et hierimuth et zabeth azi3a. Et de filijs bebai iohānan anāia: zabbai: athalai. Et de filijs beni: mosolla et melluch et adaia iasub et saal et ramoth. Et de filijs phethmoab: edna et chalaal: banaias et maasias mathaias beseleel bēnui et manasse. Et de filijs erē: eliezer: iesue: melchias: semeias: symeon: beniamin: maloch. samarias. Et de filijs asom: mathanai mathea zabeth: elphelech iermai: manasses: semei. De filijs bani: maaddi: amrā et huel: baneas et badaias: cheliau: bannia. Marimuth: et eliasib: mathanias: mathanai et iasi et bani et bennuī semei et salmias et nathan et adaias: mechne dabai sysai sarai ezrel et selemiau et semeria sellū amaria ioseph. De filijs nebui: ahihel mathathias zabeth zabina ieddu et iohel et banai. Omnes hi acceperant vxores alienigenas: et fuerunt ex eis mulieres que pepererant filios.

¶ Explicit liber Esdre primus.

A
al. + ezra
Als + cū
.iij. esdre 8. g
Anasagoras phs
Empedocles phs
al. + ezre
Permenides phs
Cratin⁹ poeta
Plaut⁹ comediarum scriptor
Als + ezras
herodotus historicus
Als + ezras
.iij. esdre 9. b
Lucidides historic⁹ et phs
B
Milesi⁹ physicus
Prothogoras sophista
Phidas statuari⁹
Als + pro peccatu3 et pluuijs
Als + ezras

hyppocrates medicus
Als + nostrorum
Gorgias phs
zeno philosoph⁹ citeus
zeno ali⁹ stoicus phs
Socrates athenie.
C
Als + sebechai
Als + ezras
Xerses viij. p̄ā rex.
Darius not⁹ nonus p̄ā rex.
Alcibyades athenien.
Dionysius siracusanus
D

¶ Incipit liber Neemie: qui ē Esdre scđs.
¶ Ca. Sū. ¶ Neemias pincerna regis artaxerxis audita afflictiōe iudeoꝝ q erāt in hierlm: ieiunat: q̄rit mīaz a deo. Cap. j.

Erba Neemie filij helchie. Et factum est in mense casleu: anno vicesimo: ꝫ ego erā i susis castro. Et venit ad me anani vnus de fratrib⁹ meis ipse ꝫ viri iuda. Et interrogaui eos de iudeis q remāserāt ꝫ superāt de captiuitate ꝫ de hierlm. Et dixerūt mihi. Qui remanserunt ꝫ derelicti sunt de captiuitate ibi in prouincia in afflictione magna sūt: ꝫ in opprobrio ꝫ murus hierusalē dissipatus est: ꝫ porte eius cōbuste sunt igni. Cūq3 audissez v̄ba huiuscemodi: sedi ꝫ fleui ꝫ luxi dieb⁹ multis: ꝫ ieiunabā ꝫ orabā añ faciē dei celi: ꝫ dixi. // Queso dñe deus celi fortis magne atq3 terribilis: qui custodis pactum ꝫ mīam cū his qui te diligunt ꝫ custodiunt mādata tua: fiant aures tue auscultantes: ꝫ oculi tui aperti: vt audias orationē serui tui quaz ego oro corā te hodie die ꝫ nocte: pro filijs israel seruis tuis: ꝫ confitebor ꝓ peccatis filioꝝ israel: quib⁹ peccauerūt tibi. Et ego ꝫ domus patris mei peccauimus: vanitate seducti sumus: ꝫ non custodiuim⁹ mandatum tuum ꝫ cerimonias ꝫ iudicia que precepisti moysi famulo tuo. Memento verbi quod mandasti moysi seruo tuo dicens. Cum transgressi fueritis: ego dispergam vos in populos. Et si reuertamini ad me: ꝫ custodiatis p̄cepta mea ꝫ faciatis ea: etiam si abducti fueritis ad extrema celi:

A — B — Dan. 9. a. — Infra. 9. f. — C

inde cōgregabo vos: ꝫ reducā in locū quē elegi: vt habitaret nomē meū ibi. Et ipsi serui tui ꝫ pplꝰ tuus quos redemisti in fortitudine tua magna: ꝫ in manu tua valida. Obsecro dñe: sit auris tua attēdēs ad orationē serui tui: ꝫ ad orationem seruorum tuorum qui volūt timere nomē tuum: ꝫ dirige seruum tuum hodie: ꝫ da ei misericordiam ante virum hūc. Ego enim eram pincerna regis.

¶ Ca. Sū. ¶ Neemias ab artaxerxe cū litteris venit in hierusalē: cōsiderat ruinas muroꝝ de nocte: ꝫ cām itineris sui aperit pplo ad edificādū cōfortat muros. Cap. ij.

Actū est autē in mēse nisan āno vicesimo artaxerxis regis: ꝫ vinū erat añ eū. Et leuaui vinū ꝫ dedi regi: ꝫ erā quasi languidus ante faciē eius. Dixitq3 mihi rex. Quare vultus tuus tristis est: cū te egrotū nō videā? Nō est hoc frustra: sed malū nescio qđ in corde tuo ē. Et timui valde ac nimis: ꝫ dixi regi. Rex in eternum viue. Quare nō mereat vultus meus: q2 ciuitas domus sepulchroꝝ patris mei deserta est: ꝫ porte eius combuste sunt igni. Et ait mihi rex. Pro quare postulas? Et oraui deū celi. Et dixi ad regē. Si videt regi bonū ꝫ si placet seruus tu⁹ añ faciē tuā: vt mittas me in iudeaz ad ciuitatē sepulchri pr̄is mei: ꝫ edificabo eā. Dixitq3 mihi rex ꝫ regina q sedebat iuxta eū. Usq3 ad qđ tēpus erit iter tuū: ꝫ qñ reuerteris. Et placuit ante vultū regis: ꝫ misit me. Et constitui ei tps: ꝫ dixi regi. Si regi vi bonum: epistolas det mihi ad duces regionis trans flumē vt traducāt me: donec veniam in iudeā: ꝫ epistolā ad asaph custodē saltus regis: vt det mihi ligna ✠ vt tegere possim portas tēpli: turres: domus: ꝫ muros ciuitatis: ꝫ domus quā ingressus fuero. Et dedit mihi rex iuxta manū dei mei bonā mecū. Et veni ad duces regionis trans flumen: dediq3 eis epistolas regis. Miserat autē rex mecuz principes militū ꝫ equites. Et audierunt sanaballath horonites ꝫ thobias seruus amanites: ꝫ cōtristati sunt afflictione magna: q2 venisset hō qui quereret prosperitatem filioꝝ isrl̄. Et veni hierusalem: ꝫ eram ibi tribus diebus. Et surrexi nocte ego ꝫ viri pauci mecum: ꝫ non indicaui cuiq3 qđ ✠ dominꝰ dedisset in corde meo vt facere

B — A — B — Ms ✠ — C — als ✠

vt facerē in hierl'm: ⁊ iumētū nō erat mecū: nisi animal cui sedebam. Et egressus sū p portā vallis nocte: ⁊ ant fontē draconis: ⁊ ad portā stercoris: ⁊ ↄsiderabā murū hierl'm dissipatū: ⁊ portas ei⁹ ↄsūptas igni. Et trāsiui ad portā fontis ⁊ aqueductū regis ⁊ nō erat loc⁹ iumēto cui sedebā vt transiret. Et ascēdi per torrētē nocte ⁊ cōsiderabā murum: ⁊ reuersus veni ad portam vallis ⁊ redij. Magistrat⁹ aūt nesciebāt quo abijssem: aut qđ ego facerē. Sz ⁊ iudeis ⁊ sacerdotib⁹ ⁊ optimatib⁹ ⁊ magistratib⁹ ⁊ reliqs q faciebāt opus vsq3 ad id + loci nihil indicauerā. Et dixi eis. Uos nostis afflictionē in qua sum⁹: qz hierusalē deserta est: ⁊ porte ei⁹ ↄsūpte sūt igni. Uenite ⁊ edificem⁹ muros hierl'm: ⁊ non simus vltra opprobrium. Et indicaui eis manū dei mei q eēt bona mecū: ⁊ vba regis q locut⁹ est mihi: ⁊ aio. Surgamus ⁊ edificem⁹. Et cōfortate sunt man⁹ eoꝝ in bono. Audierunt .n. sanaballath horonites ⁊ thobias seru⁹ ammanites ⁊ gosem arabs ⁊ subsannauerunt nos ⁊ despexerūt. Dixeruntq3. Que est hec res quā facitis? Nūquid ꝯ regē vos rebellatis? Et reddidi eis sermonē: dixiq3 ad eos. Deus celi ipse nos iuuat: ⁊ nos serui ei⁹ sum⁹. Surgam⁹ ⁊ edificem⁹. Uobis aūt nō est pars ⁊ iustitia ⁊ memoria in hierusalem.

Al's + locorum

D

¶ Ca. III. ¶ Muri turres porte edificātur: incipit elyasib sacerdos magn⁹: distribuuntq3 viri iuxta quos edificēt. Ca. iij.

A

Et surrexit elyasib sacerdos magn⁹: ⁊ fratres ei⁹ sacerdotes ⁊ edificauerūt portā gregis. Ipsi sanctificauerūt eā: ⁊ statuerūt valuas ei⁹: ⁊ vsq3 ad turrē cētum cubitoꝝ sanctificauerūt eā: vsq3 ad turrē ananeel. Et iuxta eū edificauerūt viri hiericho: ⁊ iuxta eos edificauit zachur filius amri. Portā aūt piscīū edificauerunt filij asnaa. Ipsi texerūt eā: ⁊ statuerunt valuas ei⁹ ⁊ seras ⁊ vectes. Et iuxta eos edificauit marimuth fili⁹ vrie filij accus. Et iuxta eū edificauit mosollā fili⁹ barachie filij mesezebel. Et iuxta eū edificauit sadoch fili⁹ baana. Et iuxa eū edificauerūt thecueni. Optimates aūt eoꝝ nō supposuerunt colla sua in opa dñi dei sui. Et portā veterē edificauerūt ioiada fili⁹ phasea: ⁊ mosolla fili⁹ besodia. Ipsi texerūt eam ⁊ statuerūt valuas ei⁹ ⁊ seras ⁊ vectes. Et iuxta eos edificauit

B

melchias gabaōites ⁊ iadon meronathites viri de gabaon: ⁊ maspha p duce qui erat in regione trās flumē. Et iuxta eum edificauit ezibel fili⁹ araia aurifex. Et iux eū edificauit ananias fili⁹ pigmētarij. Et + dimiserūt hierl'z vsq3 ad ad murū plateę latioris. Et iuxta eū edificauit raphaia fili⁹ abur pnceps vici hierl'm. Et iuxta eū edificauit ieiada filius aromath ꝯ domū suā. Et iuxta eū edificauit atthus fili⁹ asebonie. Mediā ptē vici edificauit melchias fili⁹ erem: ⁊ asub fili⁹ phetmoab ⁊ turrem furnoꝝ. Et iuxta eos edificauit sellū filius aloes princeps medie ptis vici hierl'm: + ipse ⁊ + filij ei⁹. Et portā vallis edificauit anun ⁊ habitatores zanoe. Ipsi edificauerunt eā: et statuerūt valuas ei⁹ et seras et vectes: et mille cubitos in muro: vsq3 ad portā sterquilinij. Et portā sterqlinij edificauit melchias filius rechab princeps vici bethacharem. Ipse edificauit eam: et statuit valuas ei⁹ et seras et vectes. Et portā fontis edificauit selun fili⁹ colozai princeps pagi masphe. Ipse edificauit eā et texit: et statuit valuas ei⁹ et seras et vectes. Et muros piscine syloe in hortum regis: ⁊ vsq3 ad gradus q descēdunt de ciuitate dauid. Post eū edificauit neemias filius azboth princeps dimidie partis vici bethsur: vsq3 ꝯ sepulcrum dauid: ⁊ vsq3 ad piscinā que grādi opere ↄstructa est: ⁊ vsq3 ad domū fortiū. Post eum edificauerunt leuite: reu3 fili⁹ benni. Post eū edificauit asebias pnceps dimidie partis vici ceile in vico suo. Post eū edificauerūt fratres eoꝝ bechiu fili⁹ enebad princeps dimidie partis ceile. Et edificauit iuxta eu3 azer filius iosue princeps masphe mēsurā secūdam: cōtra ascensum firmissimi anguli. Post eū in monte edificauit baruch fili⁹ zachai mēsurā secundā: ab angulo vsq3 ad portā domus elyasib sacerdotis magni. Post eū edificauit merimuth filius vrie filij arthus mēsuram secundā a porta domus elyasib: donec extēderet domus elyasib. Et post eū edificauerunt sacerdotes viri de cāpestribus iordanis. Post eos edificauit beniamin ⁊ asub ꝯ domu3 suam. Et post eos edificauit azarias filius maasie filij ananie ꝯ domū suā. Post eū edificauit bennui filius ennada mēsuram secunda3 a domo azarie vsq3 ad flexura3 ⁊ vsq3 ad

C Al's + fortificauerunt

al. + osee Al's + filie

D

E

F

angulū. Post eū edificauit phalel fili⁹ ozi contra flecurā ⁊ turrē que eminet de domo regis excelsa idest in atrio carceris. Post eū phadaia filius feros. Nathinnei autē habitabāt in ofel vsq3 contra portā aquarū ad orientē ⁊ turrem que ꝓminebat. Post eos edificauerūt thecueni mensurā secundā e regione: a turre magna ⁊ B eminēti vsq3 ad murū tēpli. Sursū3 autē ad portā equoꝝ edificauerunt sacerdotes vnusquisq3 cōtra domu3 suam. Post eos edificauit seddo filius emmer contra domū suā. Et post eū edificauit semeia filius sechenie custos porte oriētalis. Post eū edificauerunt anania filius selemie: ⁊ anon filius selo sextus: mensurā secundam. Post eū edificauit mesollā filius barachie cōtra gaȥophilatium suum. Post eum edificauit melchias filius aurificis vsq3 ad domu3 nathinneoꝝ ⁊ scuta vēdētiū ꝯ portā iudicialē: ⁊ vsq3 ad cenaculū āguli. Et intra cenaculū āguli in porta gregis edificauerūt artifices ⁊ negociatores.

¶ Ca. Sū. ¶ Sanaballath ⁊ tobias edificātes subsanabāt ⁊ ꝓhibere volebāt: ⁊ moliuntur insidias: at illi armati muros edificabant: vna manu populus edificat: altera tenet gladium. Cap. iiij.

vos & incolumes: secū pariter dormiētes. Et reuersa nūciauit bonū nūciū. Et benedixerūt dn̄m: raguel videlz & anna vxor eius: & dixerūt. Benedicimus te dn̄e de° israel: q2 nō contigit nobis queadmodū putabamus. Fecisti enim nobiscū misericordiā tuā: & exclusisti a nobis inimicū persequentē nos. Misertus es aūt duob° vnicis. Fac eos dn̄e plenius bn̄dicere te: & sacrificiū laudis tue & sue sanitatis offerre vt cognoscat vniuersitas gētium: q2 tu es de° solus in vniuersa terra. Statimq3 pcepit suis suis raguel vt replerēt terra fossaz quā fecerāt: priusq3 elucesceret. Uxori aūt sue dixit vt instrueret cōuiuiū: & pparaet oīa que in cibos erāt iter agentibus necessaria. Duas quoq3 pingues vaccas & quattuor arietes occidi fecit: & parari epulas oībus vicinis suis: cunctisq3 amicis. //Et adiurauit raguel tobiā vt duas hebdomadas morarez apud eū. De oibus āt que possidebat raguel dimidiam partem dedit tobie & fecit hanc scripturā vt pars dimidia que supererat post obitum eorū tobie domino deueniret.

❡ Ca. Sū. ❡ Iuit angelus in rages: recepit pecuniā a gabelo & rediit cū eodē gabelo ad tobiam. Cap. ix.

Tunc vocauit tobias āgelū ad se: quē quē hominez estimabat: dixitq3 ei. Azaria frater: peto vt ausculteз v̄ba mea. Si me ipsū tradā tibi seruū: nō ero cōdignus prouidētie tue. Tn̄ obsecro te vt assumas tibi aīalia siue seruitia: & vadas ad gabelum in rages ciuitatē medoruz: reddasq3 ei cyrographum suū: & recipies ab eo pecuniam: & roges eum venire ad nuptias meas. Scis enim ipse quoniaz numerat pr̄ meus dies. Et si tardauero vna die plus cōtristatur anima eius. //Et certe vides quomodo adiurauit me raguel cuius adiuramentum spernere nō possum. Tunc raphael assumens quattuor ex seruis raguelis & duos camelos in rages ciuitatem medoruz perrexit. Et inueniens gabelum dedit ei cyrographū suū: & recepit omnem pecuniam. Indicauitq3 ei de tobia filio tobie omnia q̄ gesta sunt: fecitq3 eum secū venire ad nuptias. //Cūq3 ingressus esset domum raguelis: inuenit tobiam discumbentem: & exiliēs osculati sunt se inuicem. Et fleuit gabelus: benedixitq3 deū & dixit. //Benedicat te deus israel quia filius es optimi viri & iusti & timentis deum: & elemosynas facientis. Et dicatur benedictio super vxorem tuaz & super parentes vestros: & videatis filios vestros: & filios filiorum vestrorum vsq3 in tertiam & quartam generationez: & sit semen vestrum benedictum a deo israel: q regnat in secula seculoruz. Cūq3 omnes dixissent amen: accesserunt ad conuiuiū. Sed cum timore domini nuptiaruz cōuiuium exercebant.

❡ Ca. Sū. ❡ De contristatione tobie senioris & āt anne pro mora filij: tobias rediit cum vxore. Cap. x.

Cum vero moras faceret tobias causa nuptiaz: solicitus erat pr̄ eius tobias dicens. Putas quare moratur filius me°: aut q̄re detentus ē ibi? Putas ne gabelus mortuus est: & nemo reddat ibi pecuniam? Cepit autem cōtristari nimis ipse & anna vxor eius cum eo. Et ceperunt ambo simul flere eo q̄ die statuto minime reuerteretur filius eoz ad eos. Flebat igitur mr̄ ei° irremediabilib° lachrymis: atq3 dicebat. Heu me fili mi: vt qd̄ te misimus pegrinari: lumē oculoz nr̄oz // baculuz senectutis nr̄e: solatiū vite nr̄e: spes posteritatis nr̄e. Oīa simul in te vno habentes te nō debuimus dimittere a nobis. Cui dicebat tobias. Tace noli turbari. San° est filius noster. Satis fidelis est vir ille cuz quo misimus eū. Illa aūt nullo mō cōsolari poterat: s3 quotidie exiliēs circūspiciebat & circuibat vias oēs p q̄s spes remeādi videbatur vt pcul videret eū: si fieri possz venientē. At vero raguel dicebat ad generū suū. Mane hic: & ego mittā nunciū salutis de te ad tobiaz patrē tuū. Cui

tobias ait. Ego noui q pr meus & mr mea mō dies cōputāt et cruciat spūs eorū i ipsis. Cūq verbis multis rogaret raguel tobiā et ille eū nulla rōne vellet audire: tradidit ei sarā et dimidiā partē oīs sbē sue i pueris in puellis in pecudib' i camelis et i vaccis: et pecunia multa: et saluū atq gaudētē dimisit eū a se: dicēs. D Angelus dñi sanct' sit in itinere vro: pducatq vos incolumes inueniatis oīa recte circa parētes vestros: et videāt oculi mei filios vros + pusq moriar. Et apprehēdētes parētes filiā suā: osculati sūt eā: et dimiserūt ire monētes eā honorare soceros: diligere maritū: regere familiā: gubernare domum: et seipsam irreprehensibilem exhibere.

Als + ān

¶ Ca. Sū. ¶ Tobias dimissa sara: cū āgelo pcessit sarā & familiā: linit oclos pris de felle piscis: post septē dies venit sara & celebrāt cōuiuiū: venerūt cōsobrini tobie: & fit gaudiū imēsū p alios septē dies. Cap. xi.

A Cumq reuerterēt puenerūt ad charan q est in medio itinere cōtra niniuē vndecimo die. Dixitq āgelus. Tobia frater scis quēadmodū reliqsti patrē tuū. Si placet itaq tibi pcedam': & lēto gradu insequantur iter nostrum familie simul cū coniuge tua: & cum animalib'. Cūq hec placuisset vt irent: dixit raphael ad tobiā. Tolle tecum ex felle piscis erit enim necessarium. Tulit itaq tobias ex felle illo: & abierunt. Anna autē sedebat secus viam quotidie in supercilio montis vnde respicere poterat de longinquo. B Et dum ex eodē loco + specularetur aduētū eius vidit a longe & illico cognouit venientē filiū suū. Currēsq nūciauit viro suo: dicēs. Ecce venit filius tuus. Dixitq raphael ad tobiā. At vbi introieris domum tuam: statim adora dñm deum tuum: & gratias agens ei: accede ad patrē tuū & osculare eū. Statimq lini sup oculos eius ex felle isto piscis: qd portas tecū. Scias enim qm mox aperient oculi eius: & videbit pr tuus lumen celi: & in aspectu tuo gaudebit. Tūc precurrit canis q simul fuerat in via: & qsi nūcius aduenies blandimēto sue caude gaudebat. C Et cōsurgēs cecus pr cepit offendēs pedibus currere. Et data manu puero: occurrit in obuiā filio suo. Et suscipiēs osculatus est eū cū vxore sua. Et ceperunt flere pre gaudio. Cūq adorassent deū: & gras egissent: cōsederūt. Tunc sumens tobias de felle piscis: liniuit oculos pri suo. Et sustinuit qsi dimidiā ferre horā. Et cepit albugo ex oculis ei' qsi + mēbrana oui egredi. Quā apprehēdēs tobias traxit ab oculis eius: statimq visū recepit. Et glorificabāt deū: ipse videlz & vxor ei': & oēs q sciebant eum. Dicebat tobias. Bndico te dñe deus isrl: q tu castigasti me: & tu saluasti me. D Et ecce ego video tobiā filium meū. Ingressa est et post septē dies sara vxor filij eius: & oīs familia & pecora sana & cameli & pecunia multa vxoris sz & illa pecunia quā receperat a gabelo: & narrauit parētibus suis oīa bñficia dei: que fecisset circa eū per hominē q eū duxerat. Veneruntq achior & nabath consobrini tobie: gaudētes ad tobiā: & cōgratulātes ei de oībus bonis que circa illum ostenderat deus. Et per septem dies epulantes omnes cum gaudio magno gauisi sunt.

Als + h- rolarū

Als + mēbranum

¶ Ca. Sū. ¶ Tobias filius cōmemorat pri beneficia p raphaelem sibi facta: tunc vterq offert ei medietatem bonorū suorum: & ille aperiens eis omnem veritatē ablatus est ab eis: pater & filius p tres horas stant pstrati in terra. Cap. xij.

A Tunc vocauit ad se tobias filiū suū: dixitq ei. Quid possumus dare viro isto scto: q venit tecū? Rndēs tobias dixit pri suo. Pr quā mercedē dabimus ei: aut quid dignū poterit eē bñficijs eius? Me duxit & reduxit sanū: pecuniā a gabelo ipse recepit: vxorē ipse me habere fecit: & demonium ab ea ipse cōpescuit: gaudiū parentibus eius fecit: me ipsum a deuoratione piscis eripuit: te quoq videre fecit lumen celi: & bonis omnibus per eum repleti sumus. Quid illi adhuc poterimus

dignum

dignū dare. Sʒ p̄cē te pater mi: vt roges eū si forte dignabit̄ medietatē de omnib⁹ que allata sunt sibi assumere. Et vocantes eū: pater. s. ⁊ filius: tulerunt eū in partē ⁊ rogare ceperūt: vt dignaret̄ dimidiā partē omniū q̄ attulerāt: acceptā h̄re. Tūc dixit eis occulte. Bn̄dicite deū celi: ⁊ corā omnib⁹ viuētib⁹ cōfitemini ei: q2 fecit vobiscū misericordiā suā. Etenim sacrm̄ regis abscōdere bonū est: opa aūt dei reuelare ⁊ cōfiteri honorificū est. Bona est orō cū ieiunio ⁊ elemosyna: magis q̄ thesauros auri recōdere. Qm̄ elemosyna a morte liberat ⁊ ipsa est q̄ purgat pctā ⁊ facit

C inuenire vitā eternā. Qui aūt faciūt pctm̄ ⁊ iniqtatē: hostes sunt anime sue. Manifesto ergo vobis veritatē: ⁊ nō abscōdā a vobis occultū sermonē. Qn̄ orabas cum lachrymis ⁊ sepeliebas mortuos ⁊ derelinq̄bas prādiū tuū ⁊ mortuos abscōdebas p̄ diem in domo tua ⁊ nocte sepeliebas eos: ego obtuli orōnē tuā dn̄o. Et q2 accept⁹ eras deo: necesse fuit vt tentatio p̄baret te. Et nūc misit me dn̄s vt curarē te: ⁊ sarā vxorē filij tui a demonio liberarē. Ego.n. sum raphael āgelus vn⁹ ex septē q̄ astam⁹ an̄ dn̄m. Cūq3 hec audissent turbati sunt: ⁊ tremētes ceciderūt sup terram in faciē

D suā. Dixitq3 eis āgelus. Pax vobis. Nolite timere. Etenim cū essem vobiscū: p̄ voluntatē dei erā: ipm̄ bn̄dicite ⁊ cantate illi. Videbar qdē vobiscū māducare ⁊ bibere: sʒ ego cibo inuisibili ⁊ potu q̄ ab hominibus videri nō pōt vtor. Tēpus est ergo vt reuertar ad eū qui me misit vos aūt benedicite deū ⁊ narrate omnia mirabilia ei⁹. Et cū hec dixisset: ab aspectu eoꝝ ablat⁹ est: ⁊ vltra eū videre nō potuerunt. Tunc p̄strati p̄ horas tres in faciē: bn̄dixerunt deum. Et exurgētes narrauerunt omnia mirabilia eius.

¶ Cap. Sum. ¶ Verba tobie benedicētis dominum ⁊ prophetie eius sub nomine hierusalem. Cap. xiij.

A Aperiēs autē tobias senior os suū benedixit dominū: ⁊ dixit. Magnus es dn̄e in eternum: ⁊ in omnia secula regnū tuū // qm̄ tu flagellas ⁊ saluas: deducis ad inferos ⁊ reducis: ⁊ nō est q̄ effugiat manū tuā. Cōfitemini dn̄o filij isrl': ⁊ in cōspectu gētiū laudate eum: qm̄ ideo dispersit vos inter gētes q̄ ignorant eum:

¶ 1. Reg. 2. a. Sap. 16. b.

vt vos enarretis mirabilia eius: ⁊ faciatis scire eos q2 non est alius deus omnipotens p̄ter eū. Ipse castigauit nos pp̄ iniqtates

B nr̄as: ⁊ ipse saluabit nos pp̄ misericordiā suā. Aspicite ergo q̄ fecit nobiscū: ⁊ cū timore ⁊ tremore cōfitemini illi: regēq3 seculoꝝ exaltate in operib⁹ vestris. Ego aūt in terra captiuitatis mee cōfitebor illi: qm̄ ostēdit maiestatē suā in gentē peccatricē. Cōuertimini itaq3 peccatores: ⁊ facite iusticiā corā dn̄o credētes q̄ faciat vobiscū misericordiā suā. Ego aūt ⁊ anima mea in eo letabimur. Bn̄dicite dn̄o oēs electi ei⁹: agite dies letitie ⁊ cōfitemini illi. Hierusalē ciuitas dei castigauit te dn̄s in operib⁹ manuū tuaꝝ.

C Cōfitere dn̄o in bonis tuis ⁊ bn̄dic deū seculoꝝ: vt reedificet in te tabernaculū suū: ⁊ reuocet ad te oēs captiuos ⁊ gaudeas in omnia secula seculorū. Luce splēdida fulgebis: ⁊ oēs fines terre adorabūt te. Nationes ex longinquo ad te veniēt: ⁊ munera deferentes adorabūt in te dn̄m: ⁊ terrā tuā in sanctificatione h̄ebūt. Nomē.n. magnū inuocabūt in te. Maledicti erūt q̄ cōtēpserint te: ⁊ condēnati erūt oēs q̄ blasphemauerint te: benedictiq3 erūt q̄ edificauerint te. Tu aūt letaberis in filijs tuis: qm̄ oēs bn̄dicētur ⁊ congregabūtur ad dn̄m. Beati omnes qui diligūt te: ⁊ q̄ gaudent sup pace tua. Anima mea benedic dn̄m: quoniā liberauit hierusalem ciuitatē suā a cunctis tribulationibus eius dn̄s deus noster. Beatus ero: si fuerint reliqe seminis mei ad videndā claritatem hierusalem. // Porte hierusalē ex saphyro ⁊ smaragdo edificabunt: ⁊ ex lapide p̄cioso omnis circuitus muroꝝ eius. Ex lapide candido ⁊ mundo omnes platee eius sternētur: ⁊ per vicos eius alleluia cātabit̄. Benedictus dominus qui exaltauit eā: vt sit regnū ei⁹ in secula seculorū sup eam. Amen.

¶ Ca. Sū. De annis ⁊ obitu ⁊ sepultura tobie: ⁊ p̄phetia eius: de p̄ditiōe niniue ⁊ restauratiōe hierusalem: de reditu tobie ad soceros suos: ⁊ de morte ipsi⁹. Ca. xiiij.

A Et cōsummati sunt sermōes tobie. Et postq̄ illuminatus est tobias vixit annis quadragintaduobus: ⁊ vidit filios nepotum suorū. Completis itaq3 annis cētūduobus: sepultus est honorifice in niniue. Quinq̄ginta nāq3 ⁊ sex an-

nonuz lumē oculoꝝ amisit: sexagenari⁹ do recepit. Reliquū vo vite sue in gaudio fuit: ⁊ cū bono ꝓfectu timoris dei perrexit in pace. In hora aūt mortis sue vocauit ad se tobiā filiū suū ⁊ septē iuuenes filios ei⁹ nepotes suos: dixitq̄ eis. Prope erit interitus niniue. Nō enim excidit verbū dñi: ⁊ fratres nři qui dispersi sunt a terra isrl' reuertent ad eā. Omnis aūt deserta terra eius replebitur: ⁊ dom⁹ dei que in ea incensa est iterū reedificabitur: ibiq̄ reuertentur omnes timētes deū. Et relinquēt gētes idola sua ⁊ venient in hierusalem: ⁊ inhabitabunt in ea: ⁊ gaudebūt in ea oēs reges terre adorantes deum israel. Audite ergo filij mei: patrē vestruz. Seruite domino in veritate: ⁊ inquirite vt faciatis que placita sunt illi ⁊ filijs vestris mādate vt faciant iustitias ⁊ elemosynas vt sint memores dei ⁊ benedicāt eū in omni tempore in veritate ⁊ in tota virtute sua. Nūc ergo filij audite me: ⁊ nolite manere hic: sed quocūq̄ die sepelieritis matrē vestrā circa me i vno sepulchro ex eo diri gite gressus vestros: vt exeatis hinc. Uideo enim q̄ iniquitas eius finē dabit ei. Factum est aūt post obitū matris sue: tobias abscessit ex niniue cū vxore sua ⁊ filijs ⁊ filiorū filijs ⁊ reuersus est ad soceros suos. Inuenitq̄ eos incolumes in senectute bona: ⁊ curā eorum gessit: ⁊ ipse clausit oculos eoꝝ: ⁊ oēm hereditatē dom⁹ raguelis ipse percepit. Uiditq̄ quintā generationē filios filioꝝ suoꝝ. Et cōpletis annis nonaginta ⁊ nouē in timore domini cū gaudio sepelierūt eū. Omnis aūt cognatio eius ⁊ omnis generatio ei⁹ in bona vita ⁊ in sancta cōuersatione permāsit: ita vt accepti eēnt tam deo q̄ hominib⁹ ⁊ cūctis habitantibus terram.

Margin: B · C · D · Als + gētes · Josue, 24.c. · Als + iusta

℄ Explicit liber tobie.

℄ Incipit prologus in librū Judith.

Apud hebreos liber iudith inter agiographa legit: cui⁹ auctoritas ad roborandū illa q̄ in cōtētionē veniūt: min⁹ idonea iudicatur. Chaldeo tñ sermone cōscri pt⁹ inter historias cōputatur. Sed q̄ hunc libruz synodus nicena in numero sanctarū scripturarū legitur cōputasse: acquieui postulationi vestre: immo exactiōi ⁊ sepositis occupationibus quibus vehementer artabar: huic vnā lucubratiūculā dedit magis sensum e sensu q̄ ex verbo verbū transferēs. Multorū codicū varietatē viciosissimā amputaui: sola ea que intelligētia integra in verbis chaldeis inuenire potui: latinis expressi. Accipite iudith viduam: castitatis exēplū: ⁊ triūphali laude perpetuis eā pconijs declarate. Hāc. n. nō solum feminis: sed ⁊ viris imitabilez dedit: qui castitatis ei⁹ remunerator virtutez ei talē tribuit: vt inuictū omnib⁹ hominibus vinceret ⁊ insuperabilem superaret.

℄ Explicit ꝓlogus in librum iudith.

℄ Incipit argumentum.

Iudith vidua filia merari de tribu simeō magna nimis in gloria: ⁊ viroꝝ pstātior: que in typo ecclesie diabolū capite detrūcauit: nec formidauit ꝓ salute ppl'i mortē: nec furorem regiū trepidauit. Nā dormiētē necauit pncipē: saluoq̄ pudore suis ciuib⁹ triūphalē victoriā reportauit. Uixit annos cētuz q̄nq̄: sepulta in spelūca viri sui manasses in bethulia ciuitate: que fuit in tribu iuda: inter dothaim ⁊ balmon.

℄ Explicit argumentum.

℄ Incipit liber Judith.

℄ Ca. Sū. ℄ De potētia arphaxat ⁊ nobilitate ciuitatis ei⁹ quā edificauit: ⁊ qualiter ibi nabuchodonosor vicit mittēs nūcios ad oēs ꝓuincias: q̄s cū vacuos remisissent iurat se vindicaturū de oib⁹. Cap. I.

ARphaxat itaqz rex medoꝝ subiugauerat multas gētes imperio suo: ⁊ ipse edificauit ciuitatem potētissimā quā appellauit egbatanis. Ex lapidib⁹ qdratis ⁊ sectis fecit muros ei⁹: in altitudine cubitoꝝ septuaginta: ⁊ in latitudine triginta: turres vo ei⁹ posuit in latitudine cubitorū cētū. Per qdrū vo eaꝝ lat⁹ vtrūqz vicenoꝝ pedū spatio tēdebat. Posuitqz portas ei⁹ in altitudine turriū: ⁊ gloriabat qsi potēs in potētia exercitus sui ⁊ in gloria qdrigaꝝ suaꝝ. Anno igit duodecimo regni sui nabuchodonosor rex assyrioꝝ q regnabat in niniue ciuitate magna: pugnauit contra arphaxat: ⁊ obtinuit eū in cāpo magno q appellatur ragau: circa eufratē ⁊ tigrim ⁊ iadason in cāpo erioch regis elicoꝝ. Tūc exaltatū ē regnū nabuchodonosor ⁊ cor ei⁹ eleuatū ē: ⁊ misit ad oēs q habitabāt in cilicia ⁊ damasco ⁊ libano: ⁊ ad gētes q sunt in carmelo ⁊ cedar ⁊ inhabitātes galileam: in cāpo magno esdrelon et ad omnes qui erant in samaria ⁊ trans flumē iordanem vsqz ad hierusalē: ⁊ oēs terrā iesse: quousqz perueniatur ad montes ethiopie. Ad hos omnes misit nūcios nabuchodonosor rex assyrioꝝ: q omnes vno animo cōtradixerunt ⁊ remiserunt eos vacuos: ac sine honore abiecerunt. Tūc indignatus nabuchodonosor rex ad omnē terram illam: iurauit per thronū ⁊ regnum suum: q defenderet se de omnibus regionibus his.

A B C Al's cābises di filius cyri: ⁊ apud esdrā artaxarses // 1. Esd. 4. a. Egypti regnū defecit. D Babylonia i egypto edificat. Al's sup. est + regionib⁹.

¶ Ca. Sū. ¶ Nabuchodonosor habito cōsilio mittit holofernē ad regna occidētis q egrediēs vastabat omnia. Cap. ij.

ANno tertiodecimo nabuchodonosor regis vicesima ⁊ secūda die mensis primi factū est verbū in domo nabuchodonosor regis assyrioꝝ: vt defenderet se. Uocauitqz oēs maiores natu: oēsqz duces bellatores suos: ⁊ habuit cū eis mysteriū cōsilij sui. Dixitqz cogitationē suā in eo eē: vt oēm terrā suo subiugaret imperio. Quod dictū cū placuisset oib⁹: vocauit nabuchodonosor rex holofernē principē militie sue: ⁊ dixit ei. Egredere aduersus oē regnū occidētis: ⁊ contra eos precipue q cōtēpserūt imperiū meū. Nō parcet oculus tuus vlli regno: oēmqz vrbē munitā subiugabis mihi. Tūc holofernes vocauit duces ⁊ magistrat⁹ virtutis assyrioꝝ: ⁊ dinumerauit viros in expeditionē sicut precepit ei rex cētū viginti milia peditū pugnatoꝝ: ⁊ equites sagittarios duodecim milia. Oēmqz expeditionē suā fecit preire in multitudine innumerabiliū cameloꝝ: cū his q exercitibus sufficerēt copiose: boum quoqz armēta gregesqz ouium: quoꝝ nō erat numerus. Frumētū ex oī syria in trāsitu suo parari cōstituit. Aurū vo ⁊ argētum de domo regis assūpsit multū nimis. Et pfect⁹ est ipse ⁊ ois exercit⁹ cū qdrigis ⁊ eqtib⁹ ⁊ sagittarijs: q cooperuerūt faciē terre sicut locuste. Cūqz ptrāsisset fines assyrioꝝ: venit ad magnos mōtes ange q sunt a sinistro cilicie: ascēditqz oia castella eoꝝ: ⁊ obtinuit oēm munitionē. Effregit aūt ciuitatē opinatissimam melothi: pdauitqz oēs filios tharsis ⁊ filios ysmael q erant contra faciē deserti: ⁊ ad austrū terre celeon. Et trāsiuit eufraten ⁊ venit in mesopotamiā: ⁊ fregit oēs ciuitates excelsas q erāt ibi a torrēte mābre: vsqzquo puenia ad mare: ⁊ occupauit terminos ei⁹ a cilicia vsqz ad fines iapheth q sunt ad austrū. Adduxitqz oēs filios madian: ⁊ pdauit oēm locupletationē eoꝝ: oēsqz resistētes sibi occidit in ore gladij. Et post hec descēdit in cāpos damasci in dieb⁹ messis: ⁊ succēdit oia sata: oēsqz arbores ⁊ vineas fecit incidi. Et cecidit timor illi⁹ sup oēs inhabitātes terrā.

// Esd. 9. b C Al's + fregit D Al's + adduxit

¶ Ca. Sū. ¶ Ciuitates se vltro tradiderunt holoferni: de qbus ipse sibi cepit auxiliatores: ⁊ tamē ipsas ciuitates ⁊ deos eorum subuertit. Cap. iij.

TUnc miserūt legatos suos vniuersarū vrbiū ac puinciaꝝ reges ac principes syrie s. ⁊ mesopotamie: ⁊ syrie sobal ⁊ libie atqz cilicie: q venientes ad holofernē dixerūt. Desinat indignatio tua circa nos. Meli⁹ est. n. vt viuētes seruiam⁹ nabuchodonosor regi magno: ⁊ subditi simus tibi: qz morientes cū interitu nostro ipsi seruitutis nre dāna patiamur. Omnis ciuitas nra omnisqz possessio oēs montes ⁊ colles ⁊ campi ⁊ armēta boum gregesqz ouiū ⁊ capraꝝ: eqrūqz ⁊ cameloꝝ: ⁊ vniuerse facultates nre atqz familie in cōspectu

A B

tue sunt. Sint omnia sub lege tua. Nos etiã & filij nr̃i serui tui sum⁹. Ueni nobis pacific⁹ dñs: & vtere seruitio nr̃o sicut placuerit tibi. Tũc descẽdit de mõtib⁹ cũ equitibus in v̄tute magna & obtinuit oẽs ciuitate: & oẽm inhabitãtẽ terrã. C De vniuersis aũt vrbib⁹ assũpsit sibi auxiliarios viros fortes & electos ad bellũ. Tãtusq; metus prouincijs illis incubuit: vt vniuersarũ vrbiũ habitatores: pncipes & honorati simul cũ pplis exirẽt in obuiam venienti: excipiẽtes eũ cũ coronis & lãpadib⁹: ducẽtes choros in tympanis & tybijs. Nec ista tñ faciẽtes: ferocitatẽ ei⁹ pectoris mitigare potuerũt. Nã & ciuitates eoꝝ destruxit: D & lucos eoꝝ excidit. Preceperat.n. illi nabuchodonosor rex vt oẽs deos terre exterminaret: videlicet vt ipse solus diceretur de⁹ ab his nationib⁹ q̃ potuissent holofernis potẽtia subiugari. Pertrãsiẽs aũt syriã sobal: & oẽm appamiã: oẽmq; mesopotamiã: venit ad idumeos in terra gabaa: accepitq; ciuitates eoꝝ: & sedit ibi p triginta dies. In qb⁹ dieb⁹ adunari p̃cepit vniuersum exercitũ virtutis sue.

¶ Ca. Sũ. ¶ Tũc filij israel munitiones pparabãt quos hortatur heliachim sacerdos clamare ad dñm: qđ faciunt cũ instãtia magna. Cap. iiij.

A Tunc audiẽtes hec filij israel q habitabãt terrã iuda: timuerũt valde a facie ei⁹. Tremor ẽt & horror inuasit sensus eoꝝ: ne hoc faceret hierlm & tẽplo dñi: qđ fecerat ceteris ciuitatib⁹ & tẽplis earũ. Et miserũt in oẽm samariã pcircuitũ vsq; hiericho: & pccupauerũt oẽs vertices montiũ. Et muris circũdederunt vicos suos: & cõgregauerũt frumẽta in B pparationẽ pugne. Sacerdos ẽt eliachim scripsit ad vniuersos q erãt cõ esdrelon: q̃ est cõ faciẽ campi magni iuxta dothaim: & vniuersis p quos vie transitus esse poterat: vt obtinerẽt ascẽsus montiũ p quos via eẽ poterat ad hierlm: & illic custodirent vbi angustũ iter eẽ poterat inter mõtes. Et fecerunt filij isrl̃: sicut cõstituerat eis sacerdos dñi eliachim. Et clamauit oĩs pplus ad dñm instãtia magna: & humiliauerũt aias suas in ieiunijs & oronib⁹ ipsi & mulieres eoꝝ. Et induerũt se sacerdotes cilicijs: C infantes pstrauerũt cõ faciẽ tẽpli domini: & altare dñi operuerunt cilitio. Et clamauerũt ad dñm deũ israel vnanimiter: ne darent in predam infantes eoꝝ: et vxores eoꝝ in diuisionẽ: & ciuitates eorũ in exterminiũ & sancta eoꝝ in pollutionẽ: & fierẽt in opprobriũ gẽtibus. Tunc eliachim sacerdos dñi magn⁹ circuiuit oẽs israel: allocutusq; est eos dicens. D Scitote qm̃ exaudiet dñs preces vr̃as: si manẽtes pmãseritis in ieiunijs & oronib⁹ in conspectu dñi. Memores estote moysi serui dñi: q amalec cõfidẽtẽ in v̄tute sua & in potentia sua: & in exercitu suo: & in clypeis suis & in currib⁹ suis & in eqtib⁹ suis non ferro pugnãdo: sed p̃cib⁹ sanctis orãdo deiecit. Sic erũt vniuersi hostes isrl̃: si pseueraueritis in hoc ope qđ cepistis. Ad hanc igit exhortationẽ ei⁹ dep̃cãtes dñm pmanebãt in cõspectu dñi: ita vt ẽt hi q offerebãt dño holocausta: pcincti cilicijs offerrẽt sacrificia dño: & erat cinis supra capita eoꝝ. Et ex toto corde suo oẽs orabãt deũ: vt visitaret populum suũ israel.

Exo. 17. d.

¶ Ca. Sũ. ¶ Indignatus holofernes inquirit de gente: & respondit ei achior dux filiorũ amon: qualr deus celi defendit illos auditis verbis achior: indignant pncipes holofernis. Cap. v.

A Nunciatũq; est holoferni pncipi militie assyrioꝝ: q filij israel pparar ẽt se ad resistẽdũ: ac montiũ itinera cõclusissent: & furore nimio exarsit in iracundia magna. Uocauitq; oẽs principes moab: & duces amon: & dixit eis. Dicite mihi: qs sit pplus iste qui mõtana obsidet: aut que & q̃les & quãte sint ciuitates eoꝝ: q̃ etiam sit v̄tus eoꝝ: aut que sit multitudo eorũ: vel qs rex militie illoꝝ: & quare pre oĩb⁹ qui habitãt in oriẽte isti cõtẽpserũt nos: & nõ exierũt in obuiã nobis: vt suscipe-

Sup. 3. c.

rent nos cū pace. // Tūc achior dux omnium filiorū āmon rñdens ait. Si digneris audire dñe: dicā veritatē in cōspectu tuo de pplo isto q in mōtanis habitat: ⁊ nō egredereť verbū falsum ex ore meo. // Populus iste ex pgenie chaldeorū est. Hic pmus in mesopotamia habitauit: qm̄ noluerūt seq deos patrū suorū qui erāt in terra chaldeorū. Deserētes itaq cerimonias patrū suorū q in multitudine deorū erāt vnū deum celi coluerūt: qui ⁊ pcepit eis: vt exirent inde ⁊ habitarēt in charrā. Cūq operuisset oēm terrā fames: // descēderunt in egyptū: illicq per qdringētos annos sic multiplicati sunt vt dinumerari eorū nō posset exercit⁹. Cūq grauasset eos rex egypti: atq in edificationib⁹ vrbium suarū in luto ⁊ latere subiugasset eos: clamauerūt ad dñm suū: ⁊ pcussit totam terrā egypti plagis varijs. Cūq eiecissent eos egyptij a se: ⁊ cessasset plaga ab eis: ⁊ iterū eos vellēt capere ⁊ ad suū seruitiū reuocare: fugiētibus his de⁹ celi mare apuit // ita vt hinc inde aque qsi murus solidarent: ⁊ isti pede sicco fundū maris pambulādo transirent. In quo loco dū innūerabilis exercitus egyptiorū eos psequereť ita aqs coopertus est: vt nō remaneret vel vn⁹ q factū posteris nūciaret. Egressus ēt mare rubrū deserta syna mōtis occurrerūt: in qb⁹ nūq hō habitare potuit vel filius hominis requieuit. // Illic fontes amari obdulcati sunt eis ad bibēdū: ⁊ p annos qdraginta annonā de celo ɔsecuti sunt. Ubicūq ingressi sunt sine arcu ⁊ sagitta: ⁊ absq scuto ⁊ gladio: de⁹ eorū pugnauit p eis: ⁊ vicit. Et nō fuit q insultaret pplo isti: nisi qn̄ recessit a cultu dñi dei sui. Quotiēscunq aūt pter ipm deū suū alterū coluerūt dati sunt in predā ⁊ in gladium ⁊ in opprobriū. Quotiēscūq aūt penituerunt se recessisse a cultura dei sui: dedit eis deus celi virtutē resistēdi. Deniq chananeū regem ⁊ iebuseū ⁊ pherezeū ⁊ etheū ⁊ eueum ⁊ amorreū: ⁊ oēs potētes in esebon pstrauerunt ⁊ terras eorū ⁊ ciuitates eorū ipsi possederūt: ⁊ vsq dū nō peccarēt in cōspectu dei sui: erāt cū illis bona. De⁹ .n. illorū odit iniqtatē. Nā ⁊ āte hos ānos cū recessissent a via quā dederat illis de⁹ vt ambularent in ea: exterminati sunt plijs a multis nationib⁹: ⁊ plurimi eorū captiui abducti sūt in terrā nō suā. Nup aūt reuersi ad dñm deū suū ex dispsiōe qua dispsi fuerāt adunati sūt ⁊ ascēderūt mōtana: hec omnia: ⁊ iterū possidēt hierlm vbi sunt sancta sanctorū. Nūc ergo mi dñe pquire si est aliq iniqtas eorū in conspectu dei eorū: ascēdamus ad illos: qm̄ tradēs tradet illos deus eorū tibi: ⁊ subiugati erūt sub iugo potentie tue. Si vo nō est offensio ppli hui⁹ corā deo suo nō poterim⁹ resistere illis qm̄ de⁹ eorū defendet illos: ⁊ erimus in opprobriū vniuerse terre. // Et factū est cū cessasset loq achior vba hec irati sunt oēs magnates holofernis: ⁊ cogitabāt interficere eū: dicētes ad alterutrū. Quis ē iste q filios isrl posse dicat resistere regi nabuchodonosor ⁊ exercitibus ei⁹: homines inermes ⁊ sine virtute: ⁊ sine peritia artis pugne? Ut ergo agnoscat achior qm̄ fallit nos: ascēdam⁹ in mōtana ⁊ cū capti fuerit potētes eorū: tūc cū eisdē gladio trāsuerberabit: vt sciat ois gēs qm̄ nabuchodonosor de⁹ terre est: ⁊ pter ipm aliusnō est.

¶ Ca. Sū. ¶ holofernes irat⁹ iubet achior ligatū duci in bethuliam: nūcij ligāt achior ad arborē: filij israel soluētes eū cognita eū ɔsolanť: ⁊ clamāt ad dñs. Ca. vj.

Factū est aūt cū cessassent loq: idignatus holofernes vehemēter: dixit ad achior. // Qm̄ pphetasti nobis dicēs: q gēs isrl defendať a deo suo: vt ostēdā tibi: qm̄ nō est de⁹ nisi nabuchodonosor: cū pcusserim⁹ eos oēs sicut hominē vnū: tūc ⁊ ipse cum illis assyriorū gladio interibis: ⁊ ois isrl tecū pditione disperiet: ⁊ pbabis qm̄ nabuchodonosor dñs sit vniuerse terre. Tūcq gladi⁹ militie mee trāsiet p latera tua: ⁊ ɔfix⁹ cades inť vulneratos isrl: ⁊ nō respirabis vltra donec extinieris cū illis. Porro aūt si pphetiā tuā verā existimas nō ɔcidat vult⁹ tu⁹ ⁊ pallor q faciē tuā obtinet abscedat a te: si vba mea hec putas iplere nō posse. Ut aūt noueris q sil cū illis hec experieris: ecce ex hac hora illorū pplo sociaberis: vt dū dignas mei gladij penas excepint ipse sil vltioni subiaceas. Tūc holofernes pcepit suis suis: vt comprehēderēt achior ⁊ ducerēt eū in bethuliā: ⁊ traderēt eū in man⁹ filiorū isrl. Et accipiētes eū sui holofernis, pfecti sūt p cāpestria. Sed cū appropinqssent ad mōtana: exierūt ɔtra eos fundibularij. Illi aūt diuertētes a latere

Margin: // Infra 11.b. · Ge. 11.b. · B · // Exo. j. a · // Exod. 14. c. infra 16. c. · C · // Exod. 15. b. Ibidem. 16. g. · D · // Infra 16. b. infra 13. b. · E · // Infra 13. b. · F

re montis ligauerūt achior ad arborē manibus ⁊ pedib⁹: ⁊ sic vinctū de restib⁹ dimiserūt eū: ⁊ reuersi sūt ad dñm suū. Porro filij israel descēdētes de bethulia: venerūt ad eū. Quē soluētes duxerūt ad bethuliā: atq; in mediū ppli illū statuētes: pcunctati sūt qd rerū eēt q illū vinctū assyrij reliqssent. In dieb⁹ illis erāt illic pncipes: ozias filius micha de tribu symeō: ⁊ charmi q ⁊ gothoniel. In medio itaq; senioꝝ ⁊ in ɔspcū oīm achior: dixit oīa q locut⁹ fuerat ab holoferne interrogat⁹: ⁊ qlit ppls holofernis voluisset ppter hoc vbū interficere eū: ⁊ quēadmodum ipse holofernes irat⁹ iusserit eū israelitis hac de cā tradi: vt cū vinceret filios isrl tūc ⁊ ipm achior diuersis iubeat interire supplicijs: ppt hoc q dixisset de⁹ celi defensor eoꝝ est. Cūq; achior vniuersa hec exposuisset: omnis ppls cecidit in faciē adorātes dñm: ⁊ cō muni lamētatione ⁊ fletu vnanimes preces suas dño effuderūt: dicētes. Dñe deus celi ⁊ t're intuere supbiā eoꝝ: ⁊ respice ad nr̄am humilitatē: ⁊ faciē sanctoꝝ tuoꝝ attēde: ⁊ ostēde qm nō derelinqs psumētes de te: ⁊ psumētes de se ⁊ de sua v'tute gliantes humilias. Finito itaq; fletu: ⁊ p totā diem oōne ppłoꝝ cōpleta: ɔsolati sūt achior dicentes. Deus patrū nostroꝝ cui⁹ tu v'tutē pdicasti: ipse tibi hāc dabit vicissitudinem: vt eoꝝ magis tu interitū videas. Cum v'o dñs deus nr̄ dederit hāc libertatem seruis suis: sit ⁊ tecū de⁹ in medio nr̄i: vt sicut placuerit tibi ita: cū tuis oīb⁹ ɔuerseris nobiscū. Tūc ozias finito ɔsilio: suscepit eū in domū suā: ⁊ fecit cenā magnā. Et vocatis oībus pr̄bris simul expleto ieiunio refecerunt. Postea vero conuocatus oīs ppls p totā noctē intra ecclīam orauerūt: petentes auxilium a deo israel.

¶ Ca. vii. ¶ Holofernes obsidet bethuliam: ciues siti coartant: ⁊ volūt vrbem tradere: ozias adhuc quinq; dies postulat expectare persuadet. Cap. vij.

Holofernes aūt altera die pcepit exercitib⁹ suis: vt ascēderēt ɔ bethuliam. Erāt aūt pedites bellatoꝝ: centum viginti milia: ⁊ eqtes. xxij. milia preter pparationes viroꝝ illoꝝ quos occupauerat captiuitas: ⁊ adducti fuerant de prouincijs ⁊ vrbibus vniuerse iuuentutis. Omnes parauerunt se pariter ad pugnā cōtra filios israel: ⁊ venerunt per crepidinem montis vsq; ad apicē: q respicit sup dothaim: a loco qui dicit belma: vsq; ad chelmon q est ɔ esdrelon. Filij aūt isrl vt viderūt multitudinem illoꝝ: pstrauerūt se sup t'ram mittētes cinerē sup capita sua: vnanimes orantes: vt de⁹ isrl miām suā ostēderet sup ppłm suum. Et assumentes arma sua bellica: sederunt p loca q angusti itineris tramitē dirigūt inter mōtuosa: ⁊ erāt custodientes ea tota die ⁊ nocte. Porro holofernes dum circuit p gyrum: reppit q fons qui influebat aqueductū illoꝝ a parte australi extra ciuitatem dirigeret: ⁊ incidi pcepit aqueductum illoꝝ. Erant tñ non longe a muris fontes ex quibus furtim videbantur haurire aquā ad refocillandum potius q ad potandum. Sed filij ammon ⁊ moab accesserunt ad holofernem: dicētes. Filij israel nō in lancea: nec in sagitta confidunt: sed montes defendūt illos: ⁊ muniūt illos colles in pcipitio ɔstituti. Ut ergo sine cōgressione pugne possis supare eos: pone custodes fontium vt nō hauriāt ex eis ⁊ sine gladio interficies eos: vel certe fatigati tradent ciuitatē suam quā putāt in mōtibus positā suprari nō posse. Et placuerūt verba hec corā holoferne: ⁊ corā satellitibus ei⁹. Et constituit p gyrum centenarios p singulos fontes. Cūq; ista custodia p dies viginti fuisset expleta: defecerūt cisterne ⁊ collectiones aquaꝝ oīb⁹ inhabitātib⁹ bethuliā ita vt nō esset intra ciuitatē vnde satiarent' vel vna die: qr ad mēsurā dabat' pplis aqua q'tidie. Tūc ad oziā congregati oēs viri feminęq; iuuenes ⁊ paruuli oēs sil' vna voce dixerūt. Iudicet de⁹ int' nos ⁊ te: qm fecisti inter nos mala: nolēs loq pacifice cum assyrijs. Et ppter hoc vendidit nos deus in manib⁹ eoꝝ. Et ideo nō est q adiuuet cum psternamur añ oculos eoꝝ in siti ⁊ in perditiōe magna. Et nūc ɔgregate vniuersos q in ciuitate sūt vt spōte tradam⁹ nos oēs populo holofernis. Melius est enim vt captiui bñdicamus dñm viuētes: q moriamur ⁊ simus opprobriū omni carni: cum videamus vxores nr̄as ⁊ infantes nostros mori añ oculos nr̄os. Contestamur hodie celū ⁊ terrā ⁊ deū patrū nr̄oꝝ q vlciscit' nos scd'm peccata nostra: vt iā tradatis ciuitatē in manu militie holofernis: vt sit finis nr̄ breuis in ore gladij: q lōgior efficit' in ariditate sitis. Et cum hec dixissent: fact⁹ est

fletus & vlulatus magnus in eccl'ia omnibus: & p multas horas vna voce clamauerūt ad deū dicentes. Peccauimus cū patrib' nostris: iniuste egimus: iniqtatē fecim'. Tu q pius es miserere nři & in tuo flagello vindica iniqtates nřas: & noli tradere confitētes te pplo q ignorat te: vt non dicāt inter gentes: vbi est deus eoꝝ. Et cū fatigati his clamorib' & his fletib' lassati fuissent: exurgēs ozias infusus lachrymis dixit. Equo animo estote frēs: & hos quinq dies expectemus a domino mīaz. Forsitan.n. indignationē suam abscidet: & dabit gloriā nomini suo. Si autē transactis quinq diebus non venerit adiutorium: faciemus hec verba que locuti estis.

Ca. viii. Judith arguit pncipes q cōsenserūt tradere ciuitatē: quos monet orare: etiā ipsaz p se rogāt principes: dixit se exiturā de ciuitate cum abra sua: sed quid factura sit inquiri prohibet. Cap. viij.

Et factuz est cuz audisset hec v̄ba iudith vidua q erat filia merari: filij Idox: filij ioseph: filij ozie: filij elai: filij iamnor: filij iedeon: filij raphaim: filij achitob: filij melchie: filij enan: filij nathanie: filij salathiel: filij symeon: filij ruben: & vir eius fuit manasses: qui mortuus est in diebus messis hordeacee. Instabat enim super alligantes manipulos in cāpo: & venit estus super caput eius: & mortuus est in bethulia ciuitate sua: & sepultus est illic cū patrib' suis. Erat aūt iudith relicta ei' vidua iam annis tribus & mensib' sex. Et in superioribus domus sue fecit sibi secretū cubiculū in quo cū puellis suis clausa morabat: et hñs sup lūbos suos ciliciū: ieiunabat oib' dieb' vite sue pter sabbata & neomenias & festa domus israel. Erat autē eleganti aspectu nimis. Cui vir suus reliquerat diuitias multas & familiā copiosā: ac possessiones armētis bouū & gregibus ouium plenas. Et erat hec in oibus famosissima: qm̄ timebat dñm valde: nec erat q loqueret de illa verbū malū. Hec itaq cū audisset qm̄ ozias pmisisset q trāsacto qnto die traderet ciuitatē: misit ad pbros chabri & charmi. Et venerūt ad illā: & dixit illis. Quod est hoc verbū in quo consensit ozias vt tradat ciuitatē assyrijs: si intra qnq dies nō venerit vobis adiutoriū. Et q estis vos qui tētatis dñm? Non est iste sermo q misericordiam prouocet: sz potius q irā excitet & furorem accēdat. Posuistis vos tēpus miserationis dñi: & in arbitriū vrm̄ diē cōstituistis ei. Sz qr patiēs dñs est. in hoc ipso peniteam': & indulgētiā ei' fusis lachrymis postulemus. No.n. qsi hō de' sic cōminabit: neq sicut fili' hois ad iracūdiā inflāmabit. Et ideo humiliem' illi aīas nřas: & in spū cōstituti humiliato seruiētes illi dicam' flētes dño: vt sz volūtatē suā sic faciat nobiscū cito mīas suā: vt sicut cōturbatū est cor nostrū in supbia eoꝝ: ita et de nřa humilitate gloriemur: qm̄ nō sum' secuti pctā patrū nřoꝝ q dereliqrunt deū suūz: & adorauerūt deos alienos: p quo scelere dati sunt in gladiū & in rapinā: & in cōfusionē inimicis suis. Nos aūt alteꝝ deū nescimus pter ipsūz. Expectemus humiles cōsolationem eius: & exqret sanguinē nřm de afflictionib' inimicoꝝ nřoꝝ: & humiliabit oēs gentes qcūq insurgūt cō nos & faciet illas sine honore dñs de' nř. Et nūc frēs qm̄ vos qui estis pbři in pplo dei: & ex vobis pēdet aīa illoꝝ ad eloquiū vestruz corda eoꝝ erigite vt memores sint qr tentati sunt pres nři: vt pbarent si vere colerēt deū suū. Memores esse debēt quō pr nř habraā tētatus ē: & p multas tribulationes pbat' dei amic' effect' est. Sic isaac: sic iacob: sic moyses et oēs q placuerūt deo p multas tribulationes trāsierūt fideles. Illi aūt q tētatiōes nō susceperunt cū timore dñi: & ipatiētiā suaz & improperiuz murmuratiōis sue cō dñm ptulerūt: exterminati sūt ab exterminatore & a serpētib' perierūt. Et nos ergo non vlciscamur nos p his q patimur: sz reputātes pctis nřis hec ipsa supplicia minora eē flagella dñi qsi serui q corripimur ad emendationē & nō ad pditionē nřam euenisse credam'. Et dixerūt illi ozias pbři. Oīa q locuta es vera sūt: & nō est in sermonib' tuis vlla rephensio. Nunc ergo ora p nobis: qm̄ mlier scā es & timēs deū. Et dixit illis iudith. Sicut qđ potui loqui dei esse cognoscitis: ita qđ facere disposui pbate si ex deo est: & orate vt firmū faciat de' cōsiliuz meū. Stabitis vos ad portā nocte ista: & ego exeā cum abra mea: & orate vt sicut dixistis in diebus qnq respiciat dñs populuz suuz israel. Uos autē nolo vt scrutemini actus meus: & vsq dū renunciē vobis nihil aliud fiat nisi oratio p me ad dñm deū nostruz.

Et dixit ad eā ozias pnceps iude. Uade in pace: ⁊ dominus sit tecū in vltionē inimicoꝝ nostrorū. Et reuertentes abierunt.

¶ Ca. Sū. ¶ Orat iudith: ⁊ igressa oratoriū suū cilitio vestit: post orōnē vestimēta viduitatis deponēs vncta ⁊ lota pulchris vestimētis ⁊ ornamētis īduta cū abra sua exit sacerdotib⁹ bñdicentibus. Cap. ix.

A Quibus abscedētib⁹: iudith ingressa est oratoriū suū. Et induēs se cilitio: posuit cinerē sup caput suū: ⁊ psternēs se dño clamabat ad dñm dicēs. // Dñe de⁹ patris mei symeon q dedisti illi gladiū in defensionē alienigenaꝝ: q violatores extiterūt in coinquinatione sua: ⁊ denudauerūt femur ṽginis in confusionē. ⁊ dedisti mulieres illoꝝ in pdam: ⁊ filias illorū in captiuitatē: ⁊ oēm predā in diuisionē seruis tuis q zelauerūt zelū tuū: subueni q̄so te dñe deus me⁹ mihi vidue. Tu. n. fecisti priora: ⁊ illa post illa cogitasti: ⁊ hoc factū est qd ipse voluisti. Oēs eni vie tue parate sunt: ⁊ tua iudicia in tua puidētia posuisti. // Respice castra assyrioꝝ nūc: sicut tūc castra egyptiorū videre dignat⁹ es: quādo post seruos tuos armati currebāt: ↄfidētes in quadrigis ⁊ in eqtatu suo ⁊ in multitudine bellatorū. Sed aspexisti sup castra eorū: ⁊ tenebre fatigauerūt eos. Tenuit pedes eoꝝ abyssus: ⁊ aque operuerūt eos. Sic fiant ⁊ isti dñe: q confidūt in multitudine sua: ⁊ in currib⁹ suis ⁊ in contis ⁊ in sagittis suis: ⁊ in lanceis gloriant: ⁊ nesciūt q: tu ipse es deus noster qui ✝ cōteris bella ab initio: ⁊ dñs nomē est tibi. Erige brachium tuū sicut ab initio: ⁊ allide virtutē eoꝝ in virtute tua. Cadat virtus eoꝝ i iracundia tua: q promittūt se violare sancta tua: ⁊ polluere tabernaculū nois tui: ⁊ deijcere gladio suo cornu altaris tui. Fac dñe vt gladio proprio eius supbia amputet. // Capiat laqueo oculoꝝ suorū in me: ⁊ percuties eū ex labijs charitatis mee. Da mihi in aīo constantiā: vt ✝ cōtemnā illū: ⁊ virtutem vt euertā illū. Erit enim hoc memoriale nominis tui: ✝ cū manus femine deiecerit eū. Non enim in multitudine est virtus tua dñe neq in equoꝝ viribus voluntas tua. Nec supbi ab initio placuerūt tibi: sed humiliū ⁊ mansuetoꝝ semper tibi placuit deprecatio. Deus celoꝝ creator aquarū ⁊ dñs totius creature: exaudi me miserā deprecantem: ⁊ de tua mīa presumentem. Memento dñe testamenti tui: ⁊ da verbū in ore meo ⁊ in corde meo consiliū corroborā: vt domus tua in sanctificatione permaneat: ⁊ omnes gentes agnoscant q: tu es deus // ⁊ non est alius preter te.

¶ Ca. Sū. ¶ Judith inuēta ab exploratorib⁹ ducit ad holofernē pciosis induta: q in ei⁹ pulchritudie capit: ⁊ pncipes sese pugnare p tā pulchris mulierib⁹ hortant. Ca. x.

A Factū est aūt cum cessasset clamare ad dñm: surrexit de loco in quo iacuerat prostrata ad dñm. Uocauitq abrā suam. Et descēdens in domū suā abstulit a se ciliciū: // ⁊ exuit se vestimentis viduitatis sue. Et lauit corpus suum: ⁊ vnxit se mirro optimo: ⁊ discriminauit crinem capitis sui: ⁊ imposuit mitrā sup caput suum: ⁊ induit se vestimentis iocunditatis sue: Induitq sandalia pedib⁹ suis: assumpsitq dextrariola ⁊ lilia ⁊ inaures ⁊ annulos: ⁊ oib⁹ ornamentis suis ornauit se. Cui et dñs contulit splēdorē: qm̄ oīs ista cōpositio nō ex libidine sed ex ṽtute pendebat: ⁊ ideo dominus hanc in ✝ illā pulchritudinē ampliauit: vt incōparabili decore oius oculis appareret. Imposuit itaq abre sue ascopā vini ⁊ vas olei ⁊ ✝ polētā ⁊ palatas ⁊ panes ⁊ caseum: ⁊ profecta est. Cūq venissent ad portā ciuitatis inuenerūt expectātem oziā: ⁊ presbyteros ciuitatis. Qui cū vidissent eam: stupentes mirati sūt nimis pulchritudinē eius. Nihil tn̄ interrogantes eā: dimiserunt transire: dicētes. Deus patrum nostroꝝ det tibi gratiā: ⁊ oē consiliū tui cordis sua virtute corroboret ⁊ glorietur sup te hierlm: ⁊ sit nomē tuū i numero sanctorū ⁊ iustorū. // Et dixerunt hi q illic erāt oēs vna voce: fiat fiat. Judith vero

Di. B. // Gē. 34. D // Exo. 14. f. // C // Al. ✝ cōteris // Infra. 10. D. // D // Al. ✝ cōtemnā illū ⁊ i ṽtute // Al. ✝ q // Eccl. 36 // A // Infra. 16. b. // Al. ✝ illi // Al. ✝ pulmentum // B // Infra. 13. D.

C orans dñm:transiuit p portas ipsa & abra
ei⁹. Factū est aūt cū descēderet montē cir-
ca ortū diei:occurrerūt ei exploratores as-
syrioꝝ:& tenuerūt eā dicētes. Unde venis:
aut quo vadis? Que rñdit. Filia sū hebreo-
rū. Ideo ego fugi a facie eoꝝ:qm̄ futurum
agnoui q̄ dent vob̄ in depdationē: p eo q̄
cōtēnētes vos noluerūt tradere seipsos vt i
uenirēt miaz in cōspectu vestro. Hac de cā
cogitaui mecū dicēs. Uadā ad faciē pnci-
pis holofernis vt indicez illi secreta illoꝝ:
& ondā illi quo aditu possit obtinere eos:
ita vt non cadat vir vnus de exercitu ei⁹.
Et cū audissent viri illi verba ei⁹: conside-
rabant faciem eius & erat in oculis eoruz
stupor qm̄ pulchritudinē ei⁹ mirabant ni-
mis. D Et dixerūt ad eā. Conseruasti aiam
tuā:eo q̄ tale repperisti consiliuz:vt descen-
deres ad dominū nostruz. Hoc autē scias:
qm̄ cū steteris in conspectu eius: bene ti-
bi faciet:& eris gratissima in corde eius.
Duxerūtq̄ illā ad tabernaculū holofernis
nunciantes eam. // Cūq̄ intrasset ante fa-
cies eius statim capt⁹ ē in suis oculis ho-
lofernes. Dixerūtq̄ ad eū satellites ei⁹. ✚
Quis contemnat populuz hebreorū q taz
decoras mulieres habēt:vt nō pro his me-
rito pugnare cō eos debeamus? Uidēs ita-
q̄ iudith holofernem sedentē in canopeo
quod erat ex purpura & auro & smaragdo
& lapidibus preciosis intextū:& cum in fa-
ciem eius intendisset:adorauit eum pro-
sternens se super terram & eleuauerunt eā
serui holofernis iubēte domino suo.

Sup. 5.c

Mo+ Quis cō temnit

¶ Ca. Sū. Holofernes confortat iudith: cūm q̄re venerit q̄rit:q̄ rñdit verba adulatoria placentia holoferni. Cap. xj.

A TUnc holofernes dixit ei. Equo aio
esto:& noli pauere in corde tuo:qm̄
ego nunq̄ nocui viꝝ q voluit seruire na-
buchodonosor regi. Populus aūt tuus si
nō contēpsisset me:nō alleuassez lanceam
meam sup euz. Nunc aūt dic mihi:qua ex
causa recessisti ab illis:& placuit tibi vt ve-
nires ad nos? Et dixit illi iudith. Sume
verba ancille tue:qm̄ si secutus fueris ver-
ba ancille tue:pfectā rem faciet dñs tecuz.
Uiuit enim nabuchodonosor rex terre:&
viuit virtus eius q̄ est in te ad correptio-
nē omniū animaz errantiū qm̄ nō solū
hoies seruient illi per te:sed & bestie agri ob
B tēperāt illi. Nunciat̄ eniz animi tui indu-
stria vniuersis gentibus: & indicatum est
omni seculo qm̄ tu solus bonus & potens
es in omni regno eius: & disciplina tua
omnibus prouincijs predicatur. Nec hoc la
tet qd̄ locutus est achior:nec illd̄ ignorat̄
qd̄ ei iusseris euenire. Constat eniz deum
nostrum sic peccatis offensuz vt mādaue-
rit p prophetas suos ad ppl̄m q̄ tradet euz
p peccatis suis. Et qm̄ sciunt se offendisse
deū suuz filij isrl̄:tremor tuus sup ipsos
est. Insup etiā fames inuasit eos:& ab aridi-
tate aque iam inter mortuos cōputātur.
Deniq̄ hoc ordināt vt interficiant pecora
sua & bibāt sanguinē eoꝝ:& sctā dñi sui q̄
pcepit deus nō cōtingi:in frumēto vino
& oleo hec cogitauerūt impēdere:& volunt
consumere q̄ nec manibus deberent con-
tingere. Ergo qm̄ hec faciunt certū est q̄ in
perditionē dabunt. Qd̄ ego ancilla tua co-
gnoscens fugi ab illis:& misit me dñs hec
ipsa nunciare tibi. Ego enim ancilla tua
deū colo etiaz nunc apud te:& exiet ancil-
la tua & orabo deū:& dicet mihi:qm̄ eis red
dat peccatū suuz:& veniēs nunciabo tibi:
ita vt ego adducā te p mediā hierusalem.
Et habebis omnē populū isrl̄ sicut oues
qb⁹ nō est pastor:& nō latrabit vel vnus ca
nis cō te:qm̄ hec mihi dicta sunt p proui-
D dētiā dei. Et qm̄ irat⁹ ē illis de⁹ hec ipsa mis
sa sū nūciare tibi. Placuerūt autē oia vba
hec corā holoferne & corā pueris ei⁹:& mi-
rabant̄ ad sapiāz ei⁹:& dicebāt alter ad alte
rū. Nō est talis mulier sup t̄ras in aspectu
in pulchritudine & in sensu vboꝝ. Et dixit
ad illā holofernes. Benefecit de⁹ q misit te
ante ppl̄m:vt des illū tu in manibus no
stris. Et qm̄ bona est pmissio tua:si fecerit
mihi hoc de⁹ tuus erit & de⁹ meus:& tu in
domo nabuchodonosor magna eris: & no
mē tuum nominabit̄ in vniuersa terra.

Sup. 5.c

¶ Ca. Sū. ¶ Judith in domo thesauroꝝ manere pcipit̄:liberalitas credidi ad orationē largit̄:de cibis pprijs se māducaturā dic̄:mittit̄ vago vt iudith cōsentiat holofernis:illa intrat comedere & bibere coram eo holofernes inebriatur. Cap. xij.

A TUnc iussit eam introire vbi repositi
erāt thesauri eius:& iussit illic mane
re eaz:& constituit q̄d daret̄ illi de cōuiuio
suo. Et rñdit iudith:& dixit. Nunc nō po-
tero manducare ex his q̄ mihi pcipis tri-
bui ne veniat sup me offensio. Ex his au-

rem que mihi detuli manducabo. Cui ho-
lofernes ait. Si defecerint tibi ista que te-
cum detulisti: quid faciemus tibi? Et di-
xit iudith. Uiuit anima tua dñe me⁹: qm̄
non expendet oīa hec ancilla tua: donec fa-
ciat deus in manu mea hec que cogitaui.
B Et induxerunt illaȝ serui eius in taberna
culuȝ quo p̄ceperat. Et petijt dum introi-
ret vt daret ei + copia nocte: ⁊ ante lucem
egrediendi foras ad orationē: ⁊ dep̄candi
dñm. Et precepit cubicularijs suis vt sicut
placeret illi exiret ⁊ introiret ad adorādū
deū suuȝ p triduū. Et exibat noctib⁹ in val
lē bethulie: ⁊ baptizabat se in fonte aque: ⁊
vt ascēdebat orabat ad dñm deū isrl' vt di-
rigeret viaȝ eius ad liberationē p̄p̄li sui.
Et introiens munda manebat in tabernacu
la vsq̄ȝ dū acciperet escaȝ suam in vesperū.
Et factū est quarto die holofernes fecit ce-
C na suis suis: ⁊ dixit ad vagao eunuchuȝ.
Uade ⁊ suade hebreā illam: vt sponte con-
sentiat habitare mecū. Fedum est eniȝ a-
pud assyrios: si femina irrideat virū agen-
do: vt imunis ab eo trāseat. Tunc introi-
uit vagao ad iudith: ⁊ dixit. Nō vereat bo-
na puella introire ad dñm meuȝ: vt hono
rificetur ante faciem eius: ⁊ māducet cum
eo et bibat vinum in iocunditate. Cui iu
dith respondit. Que ego sum vt contra-
dicam domino meo. Omne quod erit an
D te oculos eius bonum et optimum faci-
am. Quicquid auteȝ illi placuerit: hoc mi-
hi erit optimum omnibus diebus vite
mee. Et surrexit ⁊ ornauit se vestimento
suo: et ingressa stetit ante facieȝ eius. Cor
autem holofernis concussum est. Erat e-
nim ardens in concupiscentia eius: ⁊ di-
xit ad eam holofernes. Bibe nunc et ac-
cumbe in iocunditate: quoniam inueni
sti gratiam coram me. Et dixit Judith.
Bibam domine: quoniaȝ magnificata est
anima mea hodie p̄e omnibus dieb⁹ me-
is. Et accepit ⁊ manducauit ⁊ bibit coraȝ
ipso: ea que parauerat illi ancilla eius: ⁊ io
cundus factus est holofernes ad eam: bi-
bitq̄ȝ vinum multum nimis: quantum
nunq̄ȝ biberat in vita sua.

¶ Capituli Summarium. ¶ Puella ad
ostium obseruat: iudith caput eius pre-
scidit: ciuibus suis caput holofernis de-
fert et ostendit: iudith benedicitur: Achi-
or obstupescit. Cap. xiij.

A

Ut autem sero factū est: festinauerūt
serui illius ad hospitia sua ⁊ cōclu
sit vagao ostia cubiculi: ⁊ abijt. Erant aūt
oēs fatigati a vino. Eratq̄ȝ iudith sola in
cubiculo. Porro holofernes iacebat in le
cto nimia ebrietate sopitus. Dixitq̄ȝ iu-
dith puelle sue: vt staret foris ante cubicu
luȝ ⁊ obseruaret. Stetitq̄ȝ iudith ante le
ctum orans cum lachrymis ⁊ labiorum
motu in silētio dicēs. Confirma me dñe
deus israel: ⁊ respice in hac hora ad opera
manuū mearū: vt sicut p̄misisti hierusa-
lē ciuitatē tuā + erigas: ⁊ hoc qd' credens
per te posse fieri cogitaui perficiā. Et cū hec
B dixisset: accessit ad colūnaȝ que erat ad ca-
put lectuli eius: ⁊ pugioneȝ eius qui in
ea ligatus pēdebat exoluit. Cūq̄ȝ euagi-
nasset illū apph̄ēdit comā capitis eius: ⁊
ait. + Cōfirma me dñe deus in hac hora:
⁊ percussit bis in ceruicē eius: ⁊ abscidit
caput eius. Et abstulit + conopeū ei⁹ a co-
lumnis: ⁊ euoluit corpus eius truncuȝ.
Et post pusillū exiuit ⁊ tradidit caput ho-
lofernis ancille sue: ⁊ iussit vt mitteret il
lud in perā suā. Et exierunt due scdm cō-
suetudinē suam quasi ad orationē ⁊ tran
sierunt castra. Et gyrantes vallē venerunt
ad portā ciuitatis. Et dixit iudith a lōge
custodibus muro⁊. Aperite portas: quo-
niam nobiscuȝ est deus: qui fecit virtutē
in israel. Et factuȝ est cū audissent viri vo-
cem eius: vocauerunt presbyteros ciuita-
tis. Et occurrerunt ad eā omnes a mini
mo vsq̄ȝ ad maximū: quoniā sperauerāt
eam iam nō esse venturam. Et accedētes lu
minaria + cōgirauerunt circa eam vni-
C uersi. Illa autē ascēdēs in eminētioreȝ lo
cum iussit fieri silētium. Cūq̄ȝ omnes ta
cuissent: dixit iudith. Laudate dominum

Al's + fiducia

Al's + protegas me

Al's + confortа

Al's + canopeum

Al's + congregauerunt

A Ue q condunt leges iniquas: et scribentes iniustitiam scripserūt vt opprimerent in iudicio pauperes: ⁊ vim facerent cause humilium populi mei: vt essent vidue preda eorum ⁊ pupillos diriperent. Quid facietis in die visitationis et calamitatis de longe venientis. Ad cui⁹ cfugietis auxilium: ⁊ vbi derelinquetis gl'iā vestrā: ne incuruemini sub vinculo: ⁊ cū interfectis cadatis. Sup oib⁹ his nō est auersus furor ei⁹: sʒ adhuc manus eius extēta. B Ue assur virga furoris mei ⁊ baculus ipse est. In manu + ei⁹ idignatio mea. Ad gētē fallacē mittā eū: et 𝔷 populū furoris mei mādabo illi: vt auferat spolia et + diripiat pdam ⁊ ponat illū in cculcationē q̄si lutū plateaꝝ. Ipse aūt non sic arbitrabit: ⁊ cor eius nō ita estimabit: sed ad cōterendum erit cor ei⁹ ⁊ ad internitionē gētiū nō paucaꝝ. Dicet enim. Nunqd non pncipes mei simul reges sūt: Nunqd nō vt carchamis: sic calanno: ⁊ vt arphad: sic emath: Nūqd nō vt damasch⁹: sic samaria: C Quo inuenit man⁹ mea regna idoli: sic ⁊ simulachra eorū de hierlm ⁊ de samaria. Nūqd nō sicut feci samarie ⁊ idolis ei⁹: sic faciā hierlm simulachris ei⁹: Et erit cū ipleuerit dn̄s cūcta opa sua in mote syon ⁊ in hierlm: visitabo super fructū magnifici cordis regis assur: ⁊ sup gloriā altitudinis oculoꝝ ei⁹ Dixit. n. In fortitudine man⁹ mee feci: ⁊ in sapia mea intellexi. Et abstuli terminos ppl'oꝝ ⁊ pncipes eoꝝ depdat⁹ sum: ⁊ detraxi q̄si potēs in sublimi residētes. D Et inuenit q̄si nidū man⁹ mea fortitudinē ppl'i: ⁊ sicut colligunt oua que derelicta sunt: sic vniuersam terrā ego cgregaui: ⁊ nō fuit q moueret pēnā ⁊ aperiret os ⁊ + ganniret: Nūqd gloriabit securis 𝔷 eū q secat in ea: aut exaltabit serra 𝔷 eū a quo trahit: Quō si eleuet virga 𝔷 eleuātē se: ⁊ exaltet baculus q vtiqʒ lignū est. Propt hoc mittet dominator dn̄s exercituum in pinguib⁹ ei⁹ tenuitatē: ⁊ subtus gloriam ei⁹ succēsa ardebit quasi cōbustio ignis: E ⁊ erit lumē israel in igne ⁊ sanct⁹ ei⁹ in flamma: ⁊ succēdet ⁊ deuorabit spina ei⁹: ⁊ vepres in die vna ⁊ gloria saltus eius ⁊ carmeli eius ab anima vsqʒ ad carnē consumetur. Et erit terrore pfugus: ⁊ reliquie ligni saltus ei⁹ pre paucitate numerabūtur: ⁊ puer scribet eos. Et erit in die illa: nō adijciet residuū israel: ⁊ hi q fugerint de domo Jacob inniti super eo q percutit eos: sed innitet sup dn̄m sanctū israel. In veritate reliqe cuertent reliqe inquā Jacob ad deū fortē. F Si. n. fuerit ppl's tuus israel quasi arena maris: reliqe cuertent ex eo. Cōsūmatio abbreuiata inundabit iustitiā. Cōsūmationē. n. ⁊ abbreuiationem dn̄s de⁹ exercituū faciet in medio ois terre. Propter hoc hec dicit dn̄s exercituū. Noli timere ppl's me⁹ habitator sion ab assur. In virga. n. pcutiet te: ⁊ baculū suū leuabit sup te in via egypti. Adhuc enim paululū modicūqʒ ⁊ cſūmabit indignatio mea ⁊ furor me⁹ sup scelus eoꝝ. Et suscitabit sup eū dn̄s exercituū flagellū iuxta plagā madian in petra oreb: ⁊ virgam suā sup mare: ⁊ leuabit eā in via egypti. Et erit in die illa: auferet onus ei⁹ de humero tuo: ⁊ iugū ei⁹ de collo tuo: ⁊ cōputrescet iugū a facie olei. Ueniet in + aioth trāsibit in magron apud magmas cōmēdabit vasa sua. Trāsierūt currū: + gabaa sedes nr̄a. Obstupuit rama: gabaa saulis

Ari. 4. ca. erit
Ix. q. 3. ca. aliorū
Sup. 5. f. ⁊ 9. a.
al's + eoꝝ
al's + diuidat
23. q. 5. ca. fi.
al's + mussitaret
Di. 21. c. inferior.
Ro. 9. f.
Infra. 28. f.
Judicum 7. g.
al's + naioth
al's + gabee

fugit. hinni voce tua filia gallim: attende laysa: paupercula anathot. Migrauit medemena: habitatores + gabin cofortamini. Adhuc dies est vt in + nobe stet. Agitabit manum suam sup montem filie sion + collem hierusalem. Ecce dominator dns exercituum cofringet lagunculam in terrore: et excelsi statura succidentur: et sublimes humiliabuntur. Et subuertentur condensa saltus eius ferro: et libanus cum excelsis cadet.

¶ Cap. Sm. ¶ De natiuitate xpi: de ppto xpiano: de cruce et sepulchro xpi: de conuersione religarum isrl et fide gentium. Cap. xi.

Et egredietur virga de radice iesse: et flos de radice eius ascendet: et requiescet super eum spiritus dni: spiritus sapientie et intellectus spiritus consilij et fortitudinis: spiritus scientie et pietatis: et replebit eum spiritus timoris dni. Non secundum visionem oculorum iudicabit: neque secundum auditum aurium arguet. Sed iudicabit in iustitia pauperes: et arguet in equitate pro mansuetis terre. Et percutiet terram virga oris sui: et spiritu labiorum suorum interficiet impium. Et erit iustitia cingulum lumborum eius: et fides cinctorium renum eius. Habitabit lupus cum agno et pardus cum hedo accubabit. Uitulus et leo et ouis simul morabuntur: et puer paruulus minabit eos. Uitulus et vrsus pascentur: simul requiescent catuli eorum: et leo quasi bos comedet paleas. Et + delectabitur infans ab + vbere sup foramina aspidis: et in + cauerna reguli qui ablactatus fuerit manum suam mittet. Non nocebunt et non occident in vniuerso monte sancto meo: quia repleta est terra scientia dni sicut aqua maris + operientis. In die illa radix iesse qui stat in signum pplorum: ipsum gentes deprecabuntur: et erit sepulchrum eius gloriosum. Et erit in die illa: adijciet dns secundo manum suam ad possidendum residuum populi sui: quod relinquetur ab assyrijs et ab egypto et a phetros et ab ethiopia et ab elam et a sennaar et ab emath et ab insulis maris. Et leuabit signum in nationes: et congregabit profugos israel. Et dispersos iuda colliget a quattuor plagis terre: et auferetur zelus effraim et hostes iuda peribunt. Effraim non emulabitur iudam: et iudas non pugnabit contra effraim. Et volabunt in humeros philisthijm per mare simul predabuntur filios orientis. Idumea et moab: preceptum manus + eorum: et filij ammon obedientes erunt. Et desolabit dominus linguam maris egypti: et leuabit manum suam super flumen in fortitudine spiritus sui: et percutiet eum in septem riuis: ita vt transeat per eum calciati. Et erit via residuo populo meo qui relinquetur ab assyrijs: sicut fuit + israeli in die illa qua ascendit de terra egypti.

¶ Ca. Sm. ¶ Pro destructo regno mundi cantat ecclesia. Cap. xij.

Et dices in die illa. Confitebor tibi domine quoniam iratus es mihi: conuersus est furor tuus et consolatus es me. Ecce + deus saluator meus: fiducialiter agam et non timebo. Quia fortitudo mea et laus mea dns: + et factus est mihi in salutem. Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris: et dicetis in die illa. Confitemini domino: et inuocate nomen eius. Notas facite in populis adinuentiones eius: mementote quoniam excelsum est nomen eius. Cantate domino quoniam magnifice fecit: annunciate hoc in vniuersa terra. Exulta et lauda habitatio syon: quia magnus in medio tui sanctus israel.

¶ Ca. Sm. ¶ De euersione babylonis et eius vastitate interseritur: de captiuitate et reditu populi. Cap. xiij.

Onus babylonis: quod vidit esaias filius amos. Sup montem caliginosum leuate signum + exaltate vocem leuate manum: et ingrediantur portas duces. Ego mandaui sanctificatis meis: et vocaui fortes meos in ira mea exultantes in gloria mea. Uox multitudinis in montibus quasi populorum frequentium: vox sonitus regum gentium congregatarum. Dns exercituum precepit militie belli: venientibus de terra procul. A summitate celi dns et vasa furoris eius: vt disperdat omnem terram. Ululate quia prope est dies dni: quia vastitas a domino veniet. Propter hoc omnes manus dissoluentur: et omne cor hominis tabescet et conteretur. Torsiones et dolores tenebunt: quasi + parturiens dolebunt. Unusquisque ad proximum suum stupebit: facies combuste vultus eorum. Ecce dies dni veniet crudelis et indignationis plenus et ire furorisque: ad ponendam terram in solitudinem: et peccatores eius conterendos de ea: quoniam stelle celi et splendor earum non expandent lumen suum. Obtenebratus est sol in ortu suo: et luna non splendebit in lumine

Marginalia (left): B; al. + gebi; al. + nob; Als non hi + et; C; Ps. 30. q. i.; ca. i.; Ephes. 2. b; B; Ifra. 55. b; als + ab-lactabitur; als + vberibus; als + cauernis; C; als + operientes; Ro. 15. c.; D; als + eius; Exo. 14. b

Marginalia (right): als + isrl; A; als + dns; Exo. 15. a; Ps. 117.; als + de; B; Ps. 104.; I. par. 16. b; A; als leuatur + et; B; Nau. 2. c.; als + parturientes; Eze. 32. b

suo. Et visitabo sup orbis mala: & cõtra impios
+ iniquitatem eoꝝ. Et requiescere faciã super-
biã infideliũ: & arrogantiã fortiũ humi-
liabo. Preciosior erit vir auro: & hõ mun
do obrizo. Sup hoc celũ turbabo: & moue
bit terra de loco suo: pp indignationẽ do
mini exercituũ: & pp diẽ ire furoris eius.
Et erit q̃si damula fugiẽs: & quasi ouis: &
nõ erit q congreget. Unusq̄sq₃ ad populum
suũ cõuertet: & singuli ad terrã suã fugiẽt:
oĩs q inuẽtus fuerit occidet: & oĩs q super
uenerit cadet in gladio. Infantes eorum
allidẽtur in oculis eoꝝ: diripient dom⁹
eorum: & vxores eorum violabuntur. Ecce
ego suscitabo super eos medos q argẽtum
nõ querãt nec aurũ velint: sz sagittis par
uulos interficiẽt: & + lactantib⁹ vteris nõ
miserebũtur: & sup filios nõ + parcat ocu
los eorũ. Et erit babylon illa ciuitas glo-
sa in regnis: inclyta in supbia caldeorũ:
sicut subuertit dñs sodomã & gomorrã.
Nõ habitabit vsq₃ in finẽ: & nõ fundabit
vsq₃ ad generationẽ & generationes. Nec
ponat ibi tentoria arabs: nec pastores re-
quiescẽt ibi: sed requiescent ibi bestie: & reple
bũtur domus eorũ draconibus. Et habi
tabũt ibi strutiões: & pilosi + saltabũt ibi
& respondebunt ibi vlule in edibus eius & sy
rene in delubris voluptatis.

al. + impietatem — C — D — al's + lactentibus vteri. — al's + parcet — al's non h3 + ciuitas — Ge. 19. c. — al's + stabunt

C Ca. Sũ. C De casu luciferi: & verbis do
mini contra philisteos. Cap. xiiij.

PRope est vt veniat tẽpus eius: & dies
eius nõ elongabũtur. Miserebitur
enĩ dñs iacob & eliget adhuc de isrl: & re
quiescere eos + faciet sup humum suã. Ad
iungetur aduena ad eos: & adherebit domui
iacob. Et tenebũt eos populi: & adducent
eos in locũ suũ. Et possidebit eos domus
israel sup terram domini in seruos & an
cillas: & erũt capientes eos qui se ceperant
& subijcient exactores suos. Et erit in die
illa cum requiẽ dederit tibi deus a labore
tuo & a concussione tua & a seruitute du-
ra qua ante seruisti: sumes parabolã istã
cõtra regem babylonis & dices. Quomo-
do cessauit exactor: quieuit tributum. Con
triuit dominus baculũ impioꝝ virgã
dominantium cedentem populos in in-
dignatiõe plaga insanabili: subijcientem
in furore gẽtes: psequẽtẽ crudeliter. Cõ-
quieuit & siluit oĩs terra: gauisa ẽ & + ex-
ultauit: abietes quoq₃ letate sũt sup te: &
cedri libani. Ex quo dormisti: nõ ascẽdit
qui succidat nos. Infernus + subter te cõ-
turbatus est in occursuz aduẽtus tui: +
suscitauit tibi gygãtes. Oẽs principes ter
re surrexerũt de solijs suis: oẽs principes
nationũ: vniuersi rñdebũt & dicent tibi.
Et tu vulneratus es sicut & nos: nr̃i similis
effectus es. + Detracta ẽ ad inferos supbia
tua: cõcidit cadauer tuũ. Subter te ster-
net tinea: & operimentum tuũ erunt ver
mes. Quomõ cecidisti de celo lucifer qui
mane oriebaris. Corruisti in terrã q vul
nerabas gẽtes: q dicebas in corde tuo. In
celũ cõscẽdã sup astra + dei exaltabo soliũ
meũ: sedebo in mõte testamẽti in laterib⁹
aqlonis ascẽdã sup altitu dinẽ nubiũ: si-
milis ero altissimo. Uerũtamen ad infer
nũ detraheris in pfundũ laci. Qui te vi
derint ad te inclinabũtur: neq₃ pspiciẽt.
Nunquid iste est vir qui turbauit terrã:
qui concussit regna: qui posuit orbem de-
sertum & vrbes eius destruxit: victis eius
non aperuit carcerem. Omnes reges gẽ-
tium vniuersi dormierunt in gloria + vir
in domo sua: tu autẽ piectus es de sepul-
chro tuo quasi stirps inutilis + pollut⁹
& obuolutus + cũ his q interfecti sunt gla
dio: & descenderũt ad fundamẽta laci. Qua
si cadauer putridũ nõ habebis cõsortiũ:
neq₃ cũ eis in sepultura. Tu enim terrã
tuam disperdidisti: tu populũ tuũ occidi-
sti. Nõ vocabit in eternũ semen pessimoꝝ.
Preparate filios eius occisioni: in iniqta
te patrum eorũ. Non cõsurgent nec here-
ditabũt terrã: neq₃ implebũt faciẽ orbis
+ ciuitatũ. Et consurgã sup eos dicit dñs
exercituum: & perdã babylonis nomen: &
reliqas: & germẽ: & progeniem: dicit dñs.
Et ponam eã in possessionẽ ericij: & in pa-
ludes aquarũ: & scopabo eam in scopa te-
rens dicit dominus exercituũ. Jurauit
dominus exercituum dicẽs. Si nõ vt pu
taui ita erit: & quõ mẽte tractaui sic eue-
niet: vt conteram assyrium in terra mea:
& in montibus meis conculcem eũ: & au
feretur ab eis iugum eius: & onus illius
ab humero eoꝝ tolletur. Hoc cõsilium qd
cogitaui sup oẽm terrã: & hec ẽ man⁹ extẽ-
ta sup vniuersas gẽtes. Dñs exercituũ de-
creuit: & q̃s poterit infirmare: Et man⁹ ei⁹
extẽta: & qs auertet eã. In anno quo mor-
tuus ẽ rex achaz: factũ est on⁹ istõ. Ne lete

A — al's + faciam — B — al's + exultauit

de pe. dis. ij. c. principium — C — al. + tibi — al's + suscitabit — al's non h3 + : &. lucifer lani — al's + deiecta — 24 q. 1. c. quidam — D — al's + celi — E — al's + vnusqs. — B — al's habz + sicut ũ nie. — al's non h3 + cum his. — al's + ciuitatis — F — G

ris philistea oĩs tu qm̃ cõminuta ẽ vga p custodis tui. De radice eni3 colubri egredie regulus: & semen ei⁹ absorbẽs volucrẽ. Et pascẽtur primogeniti pauperu3: & paupres fiducialiter requiescẽt: & interire faciã in fame radicẽ tuã: & reliq̃s tuas interficiã. Ulula porta: clama ciuitas: ꝓstrata est philistea oĩs. Ab aquilone enī3 fum⁹ veniet: & nõ ẽ q effugiat agmen ei⁹. Et qd respondebitur nũcijs gentis. Quia dñs fundauit sion: & in ipso sperabunt pauperes populi eius.

¶ Cap. Sũ. ¶ De onere moab. Cap. xv.

Onus moab. Quia nocte vastata ẽ ar: moab conticuit: q2 nocte vastatus ẽ mur⁹ moab cõticuit. Ascẽdit dom⁹ & dybon ad excelsa in planctũ sup nabo & super medaba moab vlulabit. In cũctis capitibus eius caluicium: & omnis barba radetur. In triuijs eius accincti sunt sacco: super tecta eius: & in plateis eius oĩs vlulatus descẽdet in fletu. Clamabit esebon & eleale: vsq3 iasa audita est vox eorũ. Super hoc expediti moab vlulabũt: aĩa eius vlulabit sibi. Cor meũ ad moab clamabit: vectes eius vsq3 segor vitulũ + conternantem. Per ascẽsum enim luith flens ascẽdit: & in via + oronaim clamor ẽ cõtritionis leuabunt. Aque enim nemrim deserte erũt: q2 aruit herba: defecit gramen: viror omnis interijt. Secũdũ magnitudinem operis: & visitatio eorũ. Ad torrentẽ salicum ducent + eos: quoniam circuibit clamor terminũ moab. Usq3 ad gallim vlulatus eius: & vsq3 ad puteũ helis clamor ei⁹: q2 aque dybon replete sũt sanguine. Ponam enim super dybon additamenta his qui fugerint de moab leonẽ: & + reliquijs terre.

¶ Ca. Sũ. ¶ Prophetat & petit ruth moabitidẽ venire in genealogia3 Christi: & sic christum de ipsa petit. Cap. xvj.

Emitte agnum + domine dominatorem terre: de petra deserti ad montem filie syon. Et erit sicut auis fugiens: & pupilli de nido auolãtes: sic erũt filie moab in trãsensu arnon. Ini consiliũ: coge concilium: pone quasi noctem vmbram tuã in meridie. Abscõde fugiẽtes: & vagos ne pdas. Habitabũt apud te profugi mei. Moab esto latibulũ eorum a facie vastatoris. Finitus est enim puluis: ꝯsummatus e miser: defecit q conculcabat terram. Et preparabitur in misericordia soliu3: & sedebit super eũ in veritate in tabernaculo dauid: iudicãs & querẽs iudiciũ & velociter reddẽs qd̃ iustu3 est. Audiuimus superbiã moab: superbus ẽ valde. Superbia eius & arrogãtia eius & indignatio eius: plusq̃ fortitudo eius. Idcirco vlulabit moab ad moab: vniuersus vlulabit. His qui + letantur sup muros cocti lateris loquimini plagas suas: qm̃ suburbana esebon deserta sũt. Et vineã sabama dñi gẽtiũ exciderũt. Flagella eius vsq3 ad iazer peruenerunt: errauerũt in deserto: propagines eius relicte sunt trãsierũt mare. Sup hoc plorabis in fletu iazer: & vineam sabama. Inebriabo te lachrymã mea esebon & eleale: qm̃ sup vindemiam tuam & sup messem tuam vox calcantiũ irruit. Et auferetur letitia & exultatio de carmelo: & i vineis nõ exultabit neq3 iubilabit. Uinũ in torcularj nõ calcabit q calcare cõsueuerat: vocem calcantiũ abstuli. Super hoc venter meus ad moab quasi cythara sonabit: & viscera mea ad murum cocti lateris. Et erit cu3 apparuerit qd̃ laborauit moab sup excelsis suis: ingredietur ad sancta sua vt obsecret: & nõ valebit. Hoc verbũ qd̃ locutus ẽ dñs ad moab extũc: & nũc locutus est dicens. In tribus annis quasi anni mercenarij auferet gloria moab sup omni populo multo: & relinquet in eo sicut racemus paru⁹ & modicus nequaq̃ multus.

¶ Ca. Sũ. ¶ De onere damasci: & indignat dñs cõtra iacob & israel: quia oblitus est saluatoris sui: & contra persequentes populum domini. Cap. xvij.

Onus damasci. Ecce damascus desinet esse ciuitas: & erit sicut aceruus lapidum in ruina. Derelicte ciuitates aroer gregibus erũt & requiescẽt ibi & non erit qui exterrea. Et cessabit adiutorium ab effraim & regnum a damasco: & reliquie syrie sicut gloria filiorum israel erunt dicit dñs exercituum. Et erit in die illa attenuabitur gloria iacob: & pinguedo carnis eius emarcescet. Et erit sicut congregans in messe quod restiterit: & brachiu3 eius spicas leget. Et erit sicut querens spicas in valle raphaim: & relinquetur in eo + sicut racemus: & sicut excussio olee duarum vel trium oliuaru3 in summi-

Marginalia: A; hie.48.f; Eze.7.c; B; C; Als + cõsternãtẽ; Als + oronaim; Als + eus; D; Als + reliquis; A; Als non hz + dñe; B; hie.48.c; Als + letatur; C; hie.48.c; D; A; Als + & pingues carnes ei⁹ marcescẽt; B; Als + quasi

tate rami: siue quattuor aut quinque: in cacuminibus eius fructus eius: dicit dominus deus israel. In die illa inclinabit homo ad factorem suum: et oculi eius ad sanctum israel respicient: et non inclinabit ad altaria que fecerunt manus eius: et que operati sunt digiti eius: non respicient lucos et delubra. In die illa erunt ciuitates fortitudinis eius derelicte sicut aratra: et segetes que derelicte sunt a facie filiorum israel. Et + eris deserta: quia oblita es dei saluatoris tui: et fortis adiutoris tui non es recordata. Propterea plantabis plantationem + fidelem: et + germen alienum seminabis. In die plantationis tue + labrusca: et mane semen tuum florebit. Ablata est messis in die hereditatis: et + dolebit grauiter. Ue + multitudini populorum multorum ut multitudo maris sonantis: et tumultus turbarum sicut sonitus aquarum multarum. Sonabunt populi sicut sonitus aquarum inundantium: et increpabit eum et fugiet procul. Et rapietur sicut puluis montium a facie venti: et sicut turbo coram tempestate. In tempore vesperi et ecce turbatio: in matutino et non subsistet. Hec est pars eorum qui vastauerunt nos: et sors diripientium nos.

[Margin: C — al's + erit — al's + infidelem — al's + semen. — al's + labrusca et est ebul. — D — al's + volebis — Al's + multitudo.]

C Ca. Su. C Sermo alius contra egyptum. Cap. xviij.

Ve terre cymbalo alarum que est + trans flumen ethiopie: qui mittit in + mare legatos et in vasis + papiri super aquas. Ite angeli veloces ad gentem conuulsam et dilaceratam: ad populum terribilem post quem non est alius: ad gentem expectantem et conculcatam cuius diripuerunt flumina terram eius. Ad montem nominis domini exercituum montem sion. Omnes habitatores orbis qui moramini in terra: cum eleuatum fuerit signum in + montibus videbitis: et clangorem tube audietis: quia hec dicit dominus ad me. Ego quiescam et considerabo in loco meo sicut meridiana lux clara est: et sicut nubes roris in die messis. Ante messem enim totus effloruit: et immatura perfectio + germinauit et + precidentur ramusculi eius falcibus: et que derelicta fuerint abscindentur. Excutientur: et relinquentur simul auibus montium et bestijs terre: et estate perpetua erunt super eum volucres et omnes bestie terre super + illum hyemabunt. In tempore illo deferetur munus domino exercituum a populo diuulso et dilacerato: a populo terribili post quem non fuit alius: a gente expectante et conculcata: cuius diripuerunt flumina terram eius ad locum nominis domini exercituum montem sion.

[Margin: A — Al's + trans flumina — Al's + mari. — Al's + papireis — B — al's non habet + ad montem nominis domini exercituum montem sion. — al's + nationibus. — C — al's + germinabit — al's + scidentur — al's + eius — D]

C Ca. Sum. C De onere egypti: postea de auersione eius: secundo de pacificatione eius: de quinque ciuitatibus in egypto loquentibus linguam chanaan. Cap. xix.

Onus egypti. Ecce dominus ascendet super nubem leuem: et ingredietur egyptum et commouebuntur simulachra egypti a facie eius: et cor egypti tabescet in medio eius. Et concurrere faciam egyptios aduersus egyptios: et pugnabit vir contra fratrem suum: et vir contra amicum suum: ciuitas aduersus ciuitatem: regnum aduersus regnum: et dirumpetur spiritus egypti in visceribus eius: et consilium eius precipitabo. Et interrogabunt simulachra sua et diuinos suos: et phitones et ariolos: et tradam egyptum in manu dominorum crudelium: et fortis rex dominabitur eorum: ait dominus exercituum. Et arescet aqua de mari: et fluuius desolabitur atque siccabitur: et deficient flumina. Attenuabuntur et siccabuntur riui aggerum. Calamus et iuncus marcescet: nudabitur alueus riui a fonte suo. Et omnis sementis irrigua siccabuntur: arescet et non erit. Et merebunt piscatores: et lugebunt omnes mittentes in flumen hamum: et expandentes rhete super faciem + aquarum emarcescent. Confundentur qui operabantur linum: + plectentes atque texentes subtilia. Et erunt irrigua eius flacentia: omnes qui faciebant lacunas ad capiendos pisces. Stulti principes thaneos: sapientes consiliarij pharaonis dederunt consilium insipiens. Quomodo dicetis pharaoni: Filius sapientium ego: filius regum antiquorum. Ubi nunc sunt sapientes tui? Annuncient tibi et indicent quid cogitauerit dominus exercituum super egyptum. Stulti facti sunt principes thaneos: emarcuerunt principes mempheos: deceperunt egyptum: angulum populorum eius. Dominus miscuit in medio eius spiritum vertiginis. Et errare fecerunt egyptum in omni tempore suo: sicut errat ebrius et vomens. Et non erit egypto opus quod faciat: caput et caudam incuruantem et + refrenantem. In die illa erit egyptus quasi mulieres: et stupebunt et timebunt a facie commotionis manus domini exercituum

[Margin: A — B — al's + ad. — Al's + plectentes — C — al's + deprauatē.]

quã ipse mouebit sup eã ꝛ erit terra iuda egypto in ✝ pauorem. Dis qui illius fuerit recordatus: pauebit a facie cõsilij domini exercituum: qd ipse cogitauit super eam. In die illa erũt quinqȝ ciuitates in terra egypti loquẽtes lingua ✝ chanaan: ꝛ iurãtes per dñm exercituũ. Ciuitas solis vocabitur vna. In die illa erit altare domini in medio terre egypti ꝛ titulus ✝ dñi iuxta terminũ eius: ꝛ erit in signũ ꝛ in testimoniũ dño exercituũ in terra egypti. Clamabũt enim ad dñm a facie tribulantis: ꝛ mittet eis saluatorē ꝛ ꝓpugnatorem qui liberet eos. Et cognoscet dñs ab egypto: ꝛ cognoscent egyptij dñm in die illa: ꝛ colẽt eũ in hostijs ꝛ in muneribus ꝛ vota vouebũt dño ꝛ soluent. Et percutiet dñs egyptum plaga ꝛ sanabit eã: ꝛ reuertentur ad dñm: ꝛ placabitur eis ꝛ sanabit eos. In die illa erit via de egypto in assyrios: ꝛ intrabit assyrius egyptũ ꝛ egyptius in assyrios ꝛ seruient egyptij assur. In die illa erit israel tertius egyptio ꝛ assyrio: benedictio in medio terre cui benedixit dñs exercituũ dicẽs. Bñdictus populus meus egypti: ꝛ opus manuũ mearũ ✝ assyrius: hereditas autem mea israel.

¶ Ca. Sũ. ¶ De captiuatiõe egypti: ꝛ trãsmigratione ethiopie: denuditate. Cap. xx.

In anno quo ingressus est tharthan in azotum cum misisset eũ sargon rex assyriorum ꝛ pugnasset contra azotum ꝛ cepisset eã in tempore illo locutus est dominus in manu esaie filij amos dicens. Uade ꝛ solue saccũ de lumbis tuis: ꝛ calciamẽta tua tolle de pedibus tuis. Et fecit sic: vadens nudus ꝛ discalciatus. Et dixit dñs. Sicut ambulauit seruus meus esaias nudus ꝛ discalciatus: trium annorũ signum ꝛ portentum erit super egyptum ꝛ super ethiopiam: sic minabit rex assyriorum captiuitatem egypti ꝛ transmigrationem ethiopie: ✝ iuuenem ꝛ senem: nudam ꝛ discalciatam discoopertis natibus ✝ ad ignominiam egypti. Et timebũt ꝛ confundẽtur ab ethiopia spe sua: ꝛ ab egypto gloria sua. Et dicet habitator insule huius in die illa. ✝ Heccine erat spes nostra: ad quos cõfugimus in auxilium vt liberarẽt nos a facie regis assyriorum? Et quomodo effugere poterimus nos?

¶ Ca. Sũ. ¶ De ruina babylonie per medos ꝛ psas: interposito de onere idumee: ꝛ de onere arabie. Cap. xxi.

Onus deserti maris. Sicut turbines ab africo veniũt: de deserto venit: de terra horribili. Uisio dura nũciata est mihi. Qui incredulus est infideliter agit: ꝛ q depopulator ẽ vastat. Ascẽde elam: obside ✝ me de: oẽȝ gemitũ ei⁹ cessare feci. Propterea repleti sũt lũbi mei dolore ꝛ angustia possedit me sicut angustia parturiẽtis. Corrui cũ audirẽ: ✝ cõturbatus sum cũ viderem. Emarcuit cor meũ: tenebre stupefecerũt me. Babylon dilecta mea posita est mihi in miraculũ. Pone mẽsaȝ: cõtẽplare in specula. Comedẽtes ꝛ bibẽtes: surgite ꝑncipes arripite clypeũ. Hec enim dicit mihi dñs. Uade ꝛ pone speculatorẽ: ꝛ qdcũqȝ viderit annũciet. Et vidit currũ duorũ eqtũ: ascẽsorẽ asini ꝛ ascẽsorẽ cameli: ꝛ cõtẽplat⁹ est diligẽter multo intuitu. Et clamauit ✝ vt leo. Sup ✝ speculã dñi ego sũ stans iugiter p diẽ: ꝛ sup custodiã meã ego sũ stãs totis noctib⁹. Ecce iste venit ascẽsor vir bige eqtũ ꝛ rñdit ꝛ dixit. Cecidit cecidit babylon: ꝛ oĩa sculptilia deorũ ei⁹ ꝯtrita sũt in terra. Tritura mea ꝛ filij aree mee: q audiui a dño exercituũ deo isrł annũciaui vobis. On⁹ duma. Ad me clamat ex seyr. Custos ✝ qd de nocte: custos qd de nocte. Dixit custos. Uenit mane ꝛ nox. Si q̃ritis q̃rite: ꝯuertimini ꝛ venite. On⁹ in arabia. In saltu ad vespaȝ dormietis: in semitis dodanim. Occurrẽtes sitiẽti ferte aquã: q habitatis terrã austri cũ panib⁹ occurrite fugiẽti. A facie. n. gladiorũ fugerũt a facie gladij imminẽtis: a facie arc⁹ extẽti: a facie grauis ꝓlij qm̃ hec dicit dñs ad me. Adhuc in vno anno quasi in anno mercẽnarij: ꝛ auferet oĩs ✝ gła cedar: ꝛ reliq̃ nũeri sagittariorũ fortiũ de filijs cedar iminuent. Dñs enim deus isrł locutus est.

¶ Ca. Sũ. ¶ Sermo dñi ꝯ hierlm ꝺ idolis ei⁹ ꝑdicat destructio facta p nabuchodonosor: itẽ sermo dñi ad sobnã ꝓpositũ templi vbi sub noie eliachim agit de xp̃o qui portat clauem dauid super humeros: ꝛ est paruulus in ecclesia. Cap. xxij.

Onus vallis visiõis. Quidnã ꝗ̃ tibi ĩ ẽ q̃ ascẽdisti ꝛ tu ✝ oĩs in tecta clamoris plena: vrbs frequẽs ciuitas exultans? Interfecti tui nõ interfecti gła: nec mortui ✝ tui mortui in bello. Cũcti ꝑncipes tui ...

Marginalia (left): al's ✝ festiuitatẽ; al's ✝ chananea; al's non h3 ✝ dñi vel dño; B; al's ✝ assyrio; A; B; al's ✝ iuuenũ ꝛ senum; C; al's non h3 ✝ ad; al's ✝ hec ꝛ heccine

Marginalia (right): A; abac. 2. a. Jo. 3. b.; al's ✝ me deba; al's ✝ turbatus; B; C; al's non h3 ✝ vt; abac. 2. a.; Al's ✝ specula die. 5. a. apo. 4. b.; Al's ✝ q; D; al's non h3 ✝ ꝛ; Al's ✝ glie; A; al's non h3 ✝ oĩs

fugerunt simul: dureq; ligati sunt. Oes q inuenti sunt vincti pariter: pcul fugerũt. Propterea dixi. Recedite a me: amare flebo. Nolite incũbere vt cõsolemini me sup vastitate filie ppli mei. Dies enim interfectionis et conculcationis et fletuũ + dño deo exercituũ in valle visionis. Scrutãs murũ: et magnificus super montẽ. Et elam sumpsit pharetram: + currus hois equitis: et parietẽ nudauit clypeus. Et erũt electe valles tue plene quadrigarum: et eqtes ponẽt pedes suos in porta: et reuelabit operimentũ iude. Et videbitis i die illa arma mẽtariũ dom⁹ salt⁹: et scissuras ciuitatis dauid videbitis: qa multiplicate sũt. Et congregastis aquas piscine inferioris: et domos hierlm numerastis: et destruxistis domos ad muniendũ murum. Et lacũ fecistis inter duos muros: et aquã piscine vetis: et nõ suspexistis ad eũ q fecerat eã: et opratores eius de longe non vidistis. Et + vocabit dominus deus exercituũ i die illa ad fletuz et ad planctũ caluiciũ: et ad cingulum saccim: et ecce gaudiũ et letitia: occidere vitulos et iugulare arietes: comedere carnes et bibere vinũ. // Comedamus et bibam⁹: cras enĩ moriemur. Et reuelata est i aurib⁹ meis vox dñi exercituum. Si dimittetur iniqtas hec vobis: donec moriamini: dicit dominus exercituum. Hec dicit dñs deus exercituũ. Vade ingredere ad eum q habitat in tabernaculo ad sobnam prepositum tẽpli: et dices + ad eũ. Quid tu hic: aut q̃si qs hic: Quia excidisti tibi hic sepulchrũ: excidisti in + excelso memoriale diligẽter i petra tabernaculum tibi. Ecce dñs asportari te faciet: sicut asportat gallus gallinatius: et quasi amictũ sic subleuabit te. Coronans coronabit te tribulatione: q̃si pilas mittet te in terrã latã et spaciosã. Ibi morieris: et ibi erit currus glie tue: et ignominia dom⁹ dñi tui. Et expellaz te de statione tua: et de ministerio tuo deponaz te. Et erit in die illa: vocabo seruũ meuz eliachim filiuz helchie: et induam illuz tunica tua: et cingulo tuo confortabo eũ: et potestatẽ tuã dabo in manu eius: et erit quasi pater habitantibus hierlm et domui iuda. Et dabo clauẽ domus dauid sup humerũ eius: et aperiet et nõ erit q claudat: et claudet: et nõ erit q aperiat. Et figam illum paxillum in loco + fideli: et erit in solium glie + domui pris sui: et suspendã super eũ omẽ gliam domus pris eius. Vasorum diuersa genera oẽ vas paruulum a vasis craterarũ vsq; ad omne vas musicorũ. In die illa dic dominus exercituum: auferet paxillus q fixus fuerat in loco fideli: et frangetur et cadet: et peribit quod ppenderat in eo: quia dominus locutus est.

Marginalia: B; al. h3 + a; al. nõ h3 + et; C; D; als + vocauit; // ĩ õpe. di. 2. ca. si eni 1. co. 15. d; E; als + ei; al. + excelsum memoriam; F; Job 12. c. apoc. 3. b.; G; al + fidelium; als + domus

¶ Ca. xxiij. ¶ Sermo domini contra tyrum: q futura sit super eam destructio p nabuchodonosor post. lxx. annos: et postea reparabitur. Cap. xxiij.

Onus tyri. Ululate naues + maris: qz vastata est domus vñ venire cõsueuerãt: de terra cethim reuelatũ est eis. Tacete q habitatis in insula: negociatio sydonis. Trãsfretantes mare repleuerunt te in aquis multis: semen nili messis fluminis fruges ei⁹: et facta est negociatio gẽtium. Erubesce sydon ait + mare: fortitudo maris dicẽs. Non parturiui et nõ peperi: et non enutriui iuuenes: nec ad incrementum perduxi virgines. Cum auditũ fuerit in egypto: dolebũt cũ audierint de tyro. Transite maria: vlulate qui habitatis in insula. Nunqd nõ hec vestra ẽ que gloriabatur a diebus pristinis in antiqtate sua. Ducent eam pedes sui longe ad peregrinãdum. Quis cogitauit hoc sup tyrum quondam coronataz: Cuius negociatores principes: institores eius inclytĩ terre. Dñs exercituũ cogitauit hoc: vt detraheret supbiaz ois glie: et ad ignominiã deduceret vniuersos inclytos terre. Trãsi terrã tuã quasi fluuium filia maris: non est cingulum vltra tibi. Manũ suã extẽdit super mare: conturbauit regna. Dñs mãdauit aduersus chanaan: vt cõtereret fortes eius et dixit. Non adycies vltra vt glorieris calumniã sustinens virgo filia sydonis. In cethim consurgẽs trãsfretaz ibi quoq; non erit requies tibi. Ecce terra chaldeorum talis populus nõ fuit: assur fundauit eam. In captiuitatẽ traduxerũt robustos eius: suffoderunt domos eius: posuerũt eã i ruinã. Ululate naues maris: qz deuastata est fortitudo vestra. Et erit in die illa: in obliuione eris o tyre septuaginta annis: sicut dies regis vnius. Post septuaginta annos erit tyro q̃si cãticũ meretricis. Sume tibi cytharã: circuĩ ciuitatẽ meretrix obliuiõi tradita. Bñ cane: frequẽta

Marginalia: A; Als + cartaginis; Als + enim; B; C; D

ne: frequēta canticū: vt memoria tui sit. Et erit post septuaginta annos visitabit dñs tyrū ꝛ reducet eā ad + merces suas: ꝛ rursum + fornicabit cū vniuersis regnis + sup faciē terre: ꝛ erūt negociatiōes eius: ꝛ + merces ei᷒ sanctificare dño. Nō ꝯdent neqꝫ reponent: qꝛ his q habitauerunt corā dño erit negociatio ei᷒: vt māducent in saturitatē ꝛ vestiant vsqꝫ ad vetustatē.

al. + mercedes
al. + erit cum
als hꝫ + terre
al. + mercedes

¶ Ca. Sū. ¶ Sermo maloꝝ que dñs facturus est terre vniuersali ꝓ pctō habitatorū ei᷒ de die iudicij. Cap. xxiiij.

A

Ecce dominus dissipabit terram ꝛ + nudabit eam: ꝛ affliget faciem ei᷒ ꝛ + disperget habitatores ei᷒. Et erit sicut populus: sicut sacerdos ꝛ sicut seruus sic dñs eius: ꝛ sicut ancilla sic dña eius. Sicut emens: sic ille q vēdit. Sicut fenerator: sic is q mutuū accipit. Sicut q repetit: sic q dꝫ. Dissipatione dissipabit terra: ꝛ direptiōe predabit. Dñs. n. locutus est verbū hoc. Luxit ꝛ defluxit terra ꝛ infirmata est altitudo populi terre: ꝛ terra + infecta est ab habitatorib᷒ suis. qꝛ transgressi sunt leges mutauerūt ius: dissipauerūt fedus sempiternū. Propter hoc maledictio vorabit terrā ꝛ peccabunt habitatores eius: ideoqꝫ insanient cultores ei᷒: ꝛ relinquentur homines pauci. Luxit vindemia infirmata est vitis: ingemuerūt oēs qui letabant corde. + Cessauit gaudium tympanoꝝ: quieuit sonit᷒ letantiū: conticuit dulcedo cythare. Cū + cantico nō bibent vinū: amara erit potio bibētib᷒ illā. Attrita est ciuitas vanitatis: clausa est ois dom᷒ nullo introeūte. Clamor erit super vino in plateis: deserta est omnis letitia: translatū est gaudiū terre. Relicta est in vrbe solitudo: ꝛ calamitas opprimet portas.

al. + mutabit
als + disperdet
Osee. 4. b
14. q. 4. c. ministri.
q. 3. c. plerīqꝫ. ꝛ. c. putāt
als + infecta
B
al. + cessabit
als + gaudio

C

Quia hec erunt in medio terre in medio populoꝝ. Quomodo si pauce oliue q̄ remanserūt excutiant ex olea: ꝛ racemi cū fuerit finita vindemia. Hi leuabūt vocem suā atqꝫ laudabūt: cū glorificat᷒ fuerit dominus hinnient de mari. Propter hoc in doctrinis glorificate dñm: in insulis maris nomē dñi dei israel. A finib᷒ terre laudes audiuim᷒ gloriā iusti. Et dixi. Secretū meū mihi: secretū meū mihi. Ue mihi. Preuaricātes ꝑuaricati sunt: ꝛ preuaricatione trāsgressoꝝ ꝑuaricati sunt. Formido ꝛ fouea ꝛ laqueus super te: qui habitatores terre. Et erit q fugerit + a facie formidinis cadet in foueam: ꝛ q se + explicauerit de fouea tenebitur laqueo: qꝛ cataracte de excelsis aperte sunt ꝛ concutient fundamēta terre. Cōfractione ꝯfringetur terra: contritione cōteretur terra. Cōmotione cōmouebitur terra: agitatione agitabit terra sicut ebrius: ꝛ auferetur quasi tabernaculū vni᷒ noctis. Et grauabit eā iniqtas sua ꝛ corruet: ꝛ non adiciet vt resurgat. Et erit in die illa. Uisitabit dñs super militiā celi in excelso: ꝛ sup reges terre q sūt sup terrā. Et ꝯgregabūt in ꝯgregatione vnius fascis in lacum ꝛ claudentur ibi in carcere: ꝛ post multos dies visitabunt. Et erubescet luna ꝛ cōfundet sol: cū regnauerit domin᷒ exercituū in monte syon ꝛ in hierusalē: ꝛ in conspectu senum suoꝝ fuerit glorificatus.

hie. 48. g
als + a voce
als + explicuerit
D

¶ Cap. Sū. ¶ Propheta agit gratias deo pro suis operibus: de societate celesti: de interitu mortis: ꝛ confractu potentie diaboli. Cap. xxv.

A

Domine deus meus + es tu ꝛ exaltabo te: cōfitebor nomini tuo. Quoniā fecisti mirabilia: cogitationes antiquas fideles amen. Que posuisti ciuitatē in + tumultū: vrbem fortem in ruinā: domū alienorum vt non sit ciuitas: ꝛ in sempiternū non edificetur. Super hoc laudabit te populus fortis: ciuitas gentiū robustarū timebit te. Qꝛ fact᷒ est fortitudo + pauperi: fortitudo egeno in tribulatione sua spes a turbine vmbraculū ab estu. Spūs enim robustorū: quasi turbo impellens parietem. Sicut estus in siti: tumultum alienorū humiliabis: ꝛ quasi calore sub nube torrente propaginem fortiū marcescere facies. Et faciet dñs exercituū omnibus populis in monte isto hoc conuiuiū pinguiū: conuiuiū vindemie: conuiuiū pinguiū medullatorū: vindemie defecate. Et precipitabit in monte isto faciē vinculi colligati super omnes populos: ꝛ telam quam orditus est super omnes nationes. Precipitabit mortē in sempiternum. Et auferet dominus deus + lachrymam ab omni facie: ꝛ opprobriū populi sui auferet de vniuersa terra: qꝛ dominus locutus est. Et dicent in die illa. Ecce deus noster iste + expectabimus eū: ꝛ + saluabit nos. Iste dñs sustinuimus eū: ꝛ exul-

al. nō hꝫ + es tu ꝛ
Als + tumulū
B
Als + pauperis
C
apo. 7. d. ꝛ. 21. a.
als hꝫ + omnem
als + expectauimus.
Als + saluauit
D

tabimus & letabimur in salutari eius: q2 requiescet man⁹ dñi in mõte isto. Et triturabitur moab sub eo sicuti terunt palee in plaustro. Et extendet man⁹ suas sub eo sicut extēdit natās ad natādū: & humiliabit gloriā ei⁹ cū allisione manuū ei⁹: & munimēta sublimiū muroꝝ tuoꝝ concident: & humiliabunt & detrahentur in terram vsq; ad puluerem.

¶ Cap. Sū. ¶ Canticum iustorum: de semita iusti: de duritia impij: & de resurrectione mortuorum. Cap. xxvj.

A In die illa cantabit canticū istud in terra iuda. Urbs fortitudinis nostre + syon saluator: ponet in ea murus & antemurale. Aperite portas & ingrediet gens iusta: custodiēs veritatē. Uetus error abijt seruabis pacē: pacem q2 in te sperauim⁹. Sperastis in dño in seculis eternis: in domino deo forti in ppetuū. Qr incuruabit habitātes in excelso: ciuitatē sublimē humiliabit: humiliabit eā vsq; ad terrā: detrahet eā vsq; ad puluerē. + Conculcabit eā pes: + pes pauperis gressus egenoꝝ. Semita iusti recta est: rect⁹ callis iusti ad ambulandū: & in semita iudicioꝝ tuoꝝ dñe sustinuim⁹ te: nomen tuū & memoriale tuū in desiderio anime. Anima mea desiderauit te in nocte: sʒ in spū meo in precordijs meis de mane vigilabo ad te. Cū feceris iudicia tua in terra: iustitiā discēt habitatores orbis. Misereamur impio: & nō discet iustitiā facere. In terra sanctorū + iniqua gessit: & nō videbit gloriā domini. Dñe exaltet man⁹ tua vt nō videāt: videāt & confundant zelātes ppl'i: & ignis hostes tuos deuoret. Dñe dabis pacē nobis: oīa.n. opera nostra operat⁹ es + nobis. Domine de⁹ noster possederūt nos dñi absq; te: tantū in te recordemur nominis tui. Morientes nō viuāt: gygantes nō resurgāt. Propterea visitasti & contriuisti eos: & perdidisti oēm memoriā eoꝝ. Indulsisti genti dñe: indulsisti gēti. Nūqd glorificatus es? Elōgasti oēs terminos terre. Domine in angustia requisierūt te: in tribulatione murmuris doctrinatus eis. Sicut que concepit cū appropinquauerit ad partū: dolēs clamat in dolorib⁹ suis: sic facti sum⁹. A facie tua dñe concepim⁹: & q̄si parturiuim⁹ & peperim⁹ spm̄ + salutis. + Iustitiā nō fecim⁹ in terra: ideo nō ceciderunt habitatores t're. Uiuēt mortui tui: interfecti mei resurgēt. Expergiscimini & laudate qui habitabitis in puluere: quia ros lucis ros tuus & terram gygantium detrahes in ruinam. Uade populus me⁹ intra in cubicula tua: claude ostia tua super te: abscondere modicum ad momentum donec ptranseat indignatio + mea. Ecce.n. dominus egredietur de loco + suo: vt visitet iniqtatē habitatoris terre cōtra eū: & reuelabit terra sanguinem suū: & nō operiet vltra interfectos suos.

al. nō hʒ + syon | al's + conculcauit. | al's + pede | al's + desiderabit | al. + iniq | C | al's + in. | D | al's + salutes | al. nō hʒ + iustitiam

¶ Cap. Sū. ¶ De iudicio & interitu diaboli: de spina dom⁹ & vinea sua de pdicatione aploꝝ de fide gentiū. Cap. xxvij.

A In die illa visitabit dñs in gladio suo duro & grādi & forti: sup leuiathā spētē vectē: & sup leuiathan spētē tortuosū: & occidet cetū q in mari ē. In die illa vinea meri cātabit ei. Ego dñs q + seruo eā repētē ppinabo ei: ne forte visitetur cōtra eā. Nocte & die seruo eam: indignatio nō est mihi. Quis dabit me spinā et vepres? In prelio gradiar super eam: succēdam eā pariter. An poti⁹ + tenebo fortitudinē meā? Faciet pacē mihi: pacem faciet mihi. Qui egredientur impetu + a Jacob florebit & germinabit israel: & implebūt faciem orbis semine. Nūqd iuxta plagam percutientis se percussit eum? Aut sicut occidit interfectos eius: sic occisus est? In mensura contra mensuram cū abiecta fuerit + iudicabit eā. Meditatus est in spū suo duro per diē estus. Idcirco super hoc dimittetur iniqtas domui Jacob: & iste omnis fructus vt auferatur peccatū eius. Cū posuerit omnes lapides altaris sicut lapides cineris allisos: nō stabūt luci & delubra. Ciuitas enī munita + desolata erit: speciosa relinquetur: & dimittet quasi desertū. Ibi pascetur vitulus & ibi accubabit & consumet summitates eius. In siccitate messis illius conterentur mulieres venientes & docentes eam. Non est enim populus sapiens: ppterea non miserebitur eius qui fecit eū: & qui formauit eū non parcet ei. Et erit in die illa percutiet dominus ab alueo fluminis vsq; ad torrentē egypti: & vos congregabimini vnus & vn⁹ filij israel. Et erit in die illa: clangetur in tuba magna: & venient qui perditi fuerāt de terra assyrioꝝ: & qui eiecti erant de ter-

al. nō hʒ + mea | al's hʒ + sancto | al's obseruo | B | al's + tenebit | al's + ad | al's + iudicabis | al's + desolabit | D

re egypti: et adorabunt dominum in mõte sancto in hierusalem.

¶ Ca. Sũ. ¶ Indignatio domini cõtra superbiam effraim: et ebrietatẽ sacerdotũ: et principes illusores: de christo quoq; nasciturõ: et pena illusor. Ca. xxviij.

A Ve corone superbie ebrijs effraim: et flori decidẽti glorie exultationis ei⁹ qui erãt in vertice vallis pinguissime errantes a vino. Ecce validus et fortis dominus sicut impetus grandinis turbo confringens sicut impetus aquarũ multarum inundantiũ et emissarum super terram spaciosam. Pedibus conculcabitur corona superbie ebriorum effraim: et erit flos decidẽs glorie exultationis eius qui est super verticem vallis pinguium: quasi temporaneũ ante maturitatem autũni. Quod cũ aspexerit videns statim vt manu tenuerit deuorabit illud. B In die illa erit domin⁹ exercituum corona glorie: et sertum exultationis residuo populi sui: et spiritus iudicij + sedenti super + iudicium et fortitudo reuertentibus de bello ad portam. Verũ hi quoq; pre vino nescierũt: et pre ebrietate errauerunt. Sacerdos et propheta nescierunt pre ebrietate: absorti sunt a vino: errauerũt in ebrietate: nescierũt videntem: ignorauerũt iudicium. Omnes enim mense replete sunt vomitu: sordiumq; ita vt nõ esset vltra locus. C Quem docebit scientiam: et quẽ intelligere faciet auditum. Ablactatos a lacte: + auulsos ab vberibus: quia manda remanda: manda remanda: expecta reexpecta: expecta reexpecta: modicum ibi modicum ibi. In loquela enim labij et lingua altera loquetur ad populũ istum: cui dixit. Hec est requies mea: reficite lassum et hoc est meum refrigeriũ: et noluerunt audire. Et erit eis verbũ domini manda remanda: mãda remãda: expecta reexpecta: expecta reexpecta: modicũ ibi: modicum ibi: vt vadant et cadant retrorsum: et conterantur et illaqueentur et capiantur. D Propter hoc audite verbum domini viri illusores qui dominamini super populũ meum q est in israel. Dixistis enim. Percussim⁹ fedus cum morte: et cum inferno fecim⁹ pactum. Flagellum inundans cum transierit non veniet super nos: q2 posuimus mendacium spem nostram: et mendacio protecti sumus. Idcirco hec dicit dominus deus. Ecce ego mittam in fundamẽtis syon lapidem: lapidem probatum: angularem preciosum: in fundamẽto fundatum. Qui crediderit nõ festinet. Et ponam in pondere iudiciũ: et iustitiam in mẽsura. Et subuertet grando spem mẽdacij: et protectionẽ. Aq inundabũt et delebitur fedus vestrũ cũ morte: et pactũ vestrũ cũ inferno nõ stabit. E Flagellũ inundans cũ trãsierit: eritis ei in conculcationem. Quandocũq; pertransierit: tollet vos: + quoniã mane diluculo pertrãsibit in die et in nocte: et tantũmodo sola vexatio intellectũ dabit auditui. Coangustatum est enim stratum: ita vt alter decidat: et palliũ breue vtrũq; operire nõ potest. F Sicut enim in monte diuisionum stabit domin⁹: sic in valle que est in gabaon irascetur vt faciat opus suũ: alienum est opus eius vt operaretur opus suum. Peregrinum est opus + eius ab eo. Et nũc nolite illudere ne forte constringantur vincula vestra. Consummationẽ enim et abbreuiationem audiui a domino deo exercituum: super vniuersam terram. G Auribus percipite et audite vocem meã: attendite et audite eloquium meum. Nunquid tota die arabit arãs vt serat: proscindet et sarriet humum suam? Nonne cum adequauerit faciem eius: seret gith et ciminum sparget: et ponet triticum per ordinem et hordeũ et milium et viciam in finibus suis? Et erudiet illum iudicio: deus suus docebit illum. Non enim in serris triturabitur gith: nec rota plaustri super ciminũ circuibit: sed in virga excutietur gith: et ciminũ in baculo: panis autẽ comminuetur. Verum non in perpetuum triturans triturabit illum: neq; vexabit eum rota plaustri nec vngulis suis comminuet eũ. Et hec a domino deo exercituũ exiuit: vt mirabile faceret consiliũ: et magnificaret iustitiam.

¶ Ca. Sũ. ¶ Prophetatur destructio ierl'm per nabuchodonosor et per romanos: de ciuitate prophetarũ et libro signato propter peccata populi: et celantibus peccata sua: de fide gentium et reuersione iudeorum ad fidem: et pena illusorum. Cap. xxix.

A Ve Ariel Ariel ciuitas quã expugnauit Dauid. Addit⁹ est ann⁹ ad annũ: solẽnitates euolute sunt. Et circũuallabo

[Margin: al. + sedentis; al. + throno; al. + a pulsos; Ro. 14. d.; Amos. 9. c.; Ro. 9. g.; j. Pe. 2. a.; al. + lapidẽ angularẽ probatũ preciosum; Ro. 10. b.; al. + quoniam; 27. q. j. ca. si custos. dist. 38. c. quã ca.; al. non hq + eius; sup. 10. f.; al. + circũ...]

ariel: et erit tristis et merens: et erit mihi quasi ariel. Et circūdabo quasi spheram in circuitu tuo: et iaciā contra te aggerem et munimēta ponā in obsidionē tuā. Humiliaberis: de terra loqueris: et de humo audietur eloquiū tuum. Et erit quasi phitonis de terra vox tua: et de humo eloquiū tuū mussitabit: et erit sicut puluis tenuis: multitudo vētilātiū te: et sicut fauilla pertrāsiēs multitudo eorū qui contra te preualuerūt. Eritq3 repēte: cōfestim a dño exercituū visitabitur in tonitruo et cōmotiōe terre: et voce magna turbinis et tēpestatis: et flāma ignis deuorātis. Et erit sicut somniū visionis nocturne multitudo oīum gentiū que dimicauerūt contra ariel: et oēs qui militauerūt et obsederunt et preualuerūt aduersus eā. Et sicut somniat esuriēs et comedit: cū aūt fuerit expgefactus vacua est anima eius. Et sicut somniat sitiens et bibit: et postq̄ fuerit expgefactus adhuc sitit: et anima eius vacua ē: sic erit multitudo omniū gētiū que dimicauerūt contra montē syon. Obstupescite et ammiramini fluctuate et vacillate: inebriamini et nō a vino: mouemini et nō ab ebrietate: qm̄ miscuit vobis dñs spm̄ soporis. Claudet oculos vros: pphetas et pncipes vros: qui vident visiones operiet. Et erit vobis visio omniū sicut vba libri signati: quē cū dederint sciēti lras: dicēt: lege istum: et rñdebit nō possum: signatus est. n. Et dabitur liber nesciēti lras: diceturq3 ei lege: et rñdebit nescio lras. Et dixit dñs. Eo q̄ appropinquat ppls iste ore suo: et labijs suis glorificat me: cor aūt eius lōge est a me: et timuerūt me mandato hominū et doctrinis: iō ecce ego addā vt ammirationē faciā pplo huic miraculo grādi et stupēdo. Peribit. n. sapiētia a sapiētibus eius: et intellectus prudētiū eius abscondetur. Ve q̄ pfundi estis corde vt a dño abscōdatis consiliū quorū sunt in tenebris opa Et dicūt quis videt nos: et qs nouit nos: Peruersa est hec vestra cogitatio: quasi si lutū contra figulū cogitet: et dicat opus factori suo: nō fecisti me: et figmentū dicat fictori suo: nō intelligis. Nōne adhuc in modico et in breui cōuertetur libanus in chermel: et chermel in saltū reputabitur? Et audiēt in die illa surdi verba libri: et de tenebris et de caligine oculi cecorū videbūt. Et addent mites in dño letitiā: et pauperes homines in sancto israel exultabūt: qm̄ defecit qui pualebat: cōsūmatus est illusor. Et succisi sunt oēs qui vigilabant sup iniqtatē: qui peccare faciebant homines in verbo: et arguētē in porta supplantabant: et declinauerunt frustra a iusto. Propter hoc hec dicit dñs ad domū iacob qui redemit habraā. Nō modo cōfundetur Jacob: nec modo vultus eius erubescet: s3 cū viderit filios suos opra manuū mearū: in medio sui sanctificātes nomē meū: et sanctificabūt sanctū Jacob et deū israel pdicabūt: et scient errātes spū intellectū: et mussitatores discent legem.

Ca. xxx. Cōminatio dñi cōtra reliquias ppli: qui post destructionē hierusalem in egyptū descēderūt. Cap. xxx.

Ve filij desertores dicit dñs vt faceretis cōsiliū et nō ex me: et ordiremini telā et nō per spm̄ meū: vt adderetis peccatū sup peccatū: qui ambulatis vt descendatis in egyptū: et os meū nō interrogastis sperātes auxiliū in fortitudine pharaōis: et hn̄tes fiduciā in vmbra egypti: et erit vobis fortitudo pharaonis in cōfusionē: et fiducia vmbre egypti in ignominiā. Erant. n. in taphnis pncipes tui: et nuncij tui vsq3 ad thanes puenerūt. Oēs cōfusi sunt sup pplo qui eis pdesse nō potuit. Nō fuerūt in auxiliū et in aliq̄ vtilitatē: sed in cōfusionē et in opprobriū. Onus iumentorū austri. In terra tribulationis et angustie: leena et leo ex eis vipera et regulus volās: portātes sup humeros iumētorū diuitias suas: et sup gibbū camelorū thesauros suos ad pplm qui eis pdesse non poterit. Egyptus. n. frustra et vane auxiliabitur. Ideo clamaui super hoc supbia tm̄ est: quiesce. Nūc ingressus scribe ei super buxū: et in libro diligēter exara illud et erit in die nouissimo in testimoniū vsq3 in eternū. Ppls. n. ad iracūdiam puocās est: et filij mēdaces: filij nolētes audire legē dei. Qui dicūt vidētibus nolite videre: et aspiciētibus nolite aspicere nobis ea q̄ recta sunt. Loquimini nobis placētia: videte nobis errores auferte a me viā: declināte a me semitā: cesset a facie nra sanctus israel. Propterea hec dicit dñs noster sanctus israel. Pro eo q̄ reprobastis vbū hoc et sperastis in calūnia et in tumultu: et innixi estis sup eo: ppterea erit vobis iniqtas hec sicut interruptio cadens et requisita in muro excelso.

B C D E F
Ros. 37. c. vnic.. al. nō h3 + ab al's habet + in
mat. 15. a mar. 7. a.
vbi S. c. h.
vi. 93. ca. diacōi. ff. abdie. i. c. 1. cor. 1. c. Eccl. 23. c.
Jsra. 32. c.

al's + fuerunt al's + festinabant al's + ad iustum
al's h3 + semen
al's + adderetur
al's + pharaonis al's + erit
Al's non h3 + et vbi pr. dicitur qui arbitratur
al's + et propter obprobrium

Quoniam subito dum nō speratur veniet contritio eius: et comminuetur sicut conteritur lagena figuli contritione peruali da: et nō inuenietur de fragmentis eius testa in qua portetur igniculus de incendio: aut hauriatur parum aque de fouea. Quia hec dicit dominus deus sanctus israel. Si reuertamini et quiescatis: salui eritis. In silentio et in spe erit fortitudo vestra. Et

D noluistis: et dixistis. Nequaquam: sed ad equos fugiemus. Ideo fugietis. Et super veloces ascendemus. Ideo velociores erunt qui persequentur vos. Mille homines a facie terroris vnius: et a facie terroris quinque fugietis: donec relinquamini quasi malus nauis in vertice montis et quasi signum super collem. Propterea expectat dominus vt misereatur vestri: et ideo exaltabitur parcens vobis: quia deus iudicij dominus. Beati omnes qui expectant eum. Populus. n. syon habitabit in israel. Plorans nequaquam plorabis: miserans miserebitur tui. Ad vocem clamoris tui: statim vt audierit respondebit ti-

E bi. Et dabit + dominus panem artum et aquam breuem: et nō faciet auolare a te vltra doctorem tuum: et erunt oculi tui videntes preceptorem tuum: et aures tue audient verbum post tergum monentis. Hec est via: ambulate in ea: et nō declinetis neque ad dextram neque ad sinistram. Et + contaminabis laminas sculptilium argenti tui: et vestimentum conflatilis auri tui: et disperges ea sicut immundiciam menstruate. Egredere dices ei. Et dabitur pluuia semini tuo vbicumque seminaueris in terra: et panis frugum terre erit vberrimus et pinguis. Pascetur in possessione tua in die illo agnus spaciose: et thauri tui et pulli asinorum qui operantur terram: commixtum migma comedent si-

F cut in area ventilatum est. Et erunt super omnem montem excelsum: et super omnem collem eleuatum riui currentium aquarum in die interfectionis multorum: cum ceciderint turres. Et erit lux lune sicut lux solis: et lux solis erit septempliciter: sicut lux septem dierum in die qua alligauerit dominus vulnus populi sui: et percussuram plage eius sanauerit. Ecce nomen domini venit de longinquo: ardens furor eius et grauis ad portandum. Labia eius repleta sunt indignatione: et lingua eius quasi ignis deuorans. Spiritus eius velut torrens inundans vsque ad medium colli: ad perdendas gentes

G in nihilum: et frenum erroris quod erat in maxillis populorum. Canticum erit vobis sicut + vox sanctificate solennitatis: et leticia cordis sicut qui pergit cum tybia vt intret in montem domini ad fortem israel. Et auditam faciet dominus gloriam vocis sue: et terrorem brachij sui ostendet in comminatione furoris: et + flamma ignis deuorantis. Allidet in turbine et in lapide grandinis. A voce. n. domini pauebit assur virga percussus: et erit transitus virge fundatus quam requiescere faciet dominus super eum in tympanis et cytharis: et in bellis precipuis + expugnabit eos. Preparata est enim ab heri tophet a rege preparata: profunda et dilatata. Nutrimenta eius ignis et ligna multa: flatus domini sicut torrens sulphuris succendens eam.

¶ Ca. xxxi. ¶ Arguit confugientes ad humanum seculi auxilium plus quam ad diuinum: penitentibus promittit misericordiam dei: de die iudicij redit ad tempora Ezechielis. Cap. xxxi.

A

Ve qui descendunt in egyptum ad auxilium in equis sperantes: et habentes fiduciam + super quadrigis: quia multe sunt et super equitibus quia preualidi nimis: et nō sunt confisi super sanctum israel: et dominum nō + requisierunt. Ipse autem sa-

B piens adduxit malum: et verba sua nō abstulit. Et consurget contra domum pessimorum: et contra auxilium operantium iniquitatem. Egyptus homo et nō deus: et equi eorum caro et nō spiritus. Et dominus inclinabit manum suam et corruet auxiliator: et cadet cui prestatur auxilium: simulque omnes consumentur: quia hec dicit dominus ad me.

C Quomodo si rugiet leo et catulus leonis super predam suam cum occurrerit ei multitudo pastorum: a voce eorum nō formidabit: et a multitudine eorum nō pauebit: sic descendet dominus exercituum vt prelietur super montem syon et super collem eius. Sicut aues volantes sic proteget dominus exercituum hierusalem: protegens et liberans: transiens et saluans. Conuertimini sicut in pro-

D fundum recesseratis filij israel. In die enim illa abijciet vir idola argenti sui et idola auri sui que fecerunt vobis manus vestre in peccatum: et cadet assur in gladio nō viri: et gladius nō hominis vorabit eum: et fugiet + nō a facie gladij: et iuuenes eius vectigales erunt: et fortitudo eius a terrore transibit et pauebunt fugientes principes eius. Dixit dominus: cuius ignis est in syon et caminus eius in hierusalem.

Margin notes: al. + tibi; al. + vobis; al. + contaminabit; al. + nox; al. + flā me; al. + expugnuit; al. + in; al. + exquisierunt; sup. 2. d.; Al. non hom. + nō de pr. vi. 2 ca. charitas numquam in glo.

¶ Capituli Summarium. ¶ De aduentu Christi ⁊ apostolorum eius interponitur: de multis opulentis mulieribus captiuandis vt conterantur ⁊ confundantur: de gaudijs celestis patrie. Cap. xxxij.

A Ecce in iustitia regnabit rex: ⁊ principes in iudicio preerunt. Et erit vir sicut qui absconditur a vento ⁊ celat se a tempestate: sicut riui aquarum in siti: ⁊ vmbra petre prominentis in terra deserta. Non caligabunt oculi videntium: ⁊ aures audientium diligenter auscultabunt: ⁊ cor stultorum intelliget scientiam: et lingua balborum velociter loquetur ⁊ plane. Non vocabitur vltra is qui insipiens est princeps: neque fraudulentus appellabitur maior. B Stultus enim fatua loquetur: et cor eius faciet iniquitatem: vt perficiat simulationem ⁊ loquatur ad dominum fraudulenter ⁊ + vacuam faciat animam esurientis: ⁊ potum sitienti auferat. Fraudulenti vasa pessima sunt. Ipse enim cogitationes concinnabit ad perdendos mites in sermone mendacij: cum loqueretur pauper iudicium. Princeps vero ea que digna sunt principi cogitabit: ⁊ ipse super duces stabit. C Mulieres opulente surgite: ⁊ audite vocem meam: filie confidentes percipite auribus eloquium meum. Post dies + ⁊ annum: ⁊ vos conturbabimini confidentes. Consummata est enim vindemia: collectio vltra non veniet. Obstupescite opulente: conturbamini confidentes: exuite vos ⁊ + confundemini accingite lumbos vestros. Super vbera plangite: super regione desiderabili: super vinea fertili. Super humum populi mei spine ⁊ vepres ascendent: quanto magis super omnes domos gaudij ciuitatis exultantis. Domus enim dimissa est: multitudo vrbis relicta est: tenebre ⁊ palpatio facte sunt super speluncas vsque in eternum. D Gaudium onagrorum pascua gregum: nec effundatur super + nos spiritus de excelso. Et erit desertum in chermel ⁊ chermel in saltum reputabitur: ⁊ habitabit in solitudine iudicium: ⁊ iustitia in chermel sedebit. Et erit opus iustitie pax: ⁊ cultus iustitie silentium: et securitas vsque in sempiternum. Et sedebit populus meus in pulchritudine pacis: ⁊ in tabernaculis fiducie: ⁊ in requie opulenta. Grando autem in descensione saltus: ⁊ humilitate humiliabitur ciuitas. Beati qui seminatis super omnes aquas: + immittentes pedem bouis ⁊ asini.

¶ Ca. xxxiij. ¶ Loquitur contra sennacherib: ⁊ ad vltimam captiuitatem reuertitur: de his qui videbunt dominum ⁊ de scribis non cognoscentibus christum. Cap. xxxiij.

A Ve qui predaris: nonne ⁊ ipse predaberis? Et qui spernis: nonne et ipse sperneris. Cum consummaueris depredationem depredaberis. Cum fatigatus desieris contemnere: contemneris. Domine miserere nostri: te enim expectamus: esto brachium + nostrum + in mane: ⁊ salus nostra in tempore tribulationis. A voce angeli fugerunt populi: ⁊ ab exaltatione tua dispersi sunt gentes. Et congregabuntur spolia vestra sicut colligitur bruchus: velut cum fosse plene fuerint de eo. Magnificatus est dominus quoniam + habitauit in excelso: impleuit syon iudicio ⁊ iustitia: ⁊ erit fides in temporibus + suis. Diuitie salutis sapientia ⁊ scientia: timor domini ipse est thesaurus eius. B Ecce videntes clamabunt foris: angeli pacis amare flebunt. Dissipate sunt vie: cessauit transiens per semitam: irritum factum est pactum: proiecit ciuitates non reputauit homines. Luxit et elanguit terra: confusus est libanus ⁊ + obsorduit. Et factus est saron sicut desertum: et concussa est basan ⁊ carmelus. Nunc consurgam dicit dominus nunc exaltabor: ⁊ nunc sublimabor. Concipietis ardorem ⁊ parietis stipulam: spiritus vester vt ignis vorabit vos: ⁊ erunt populi quasi de incendio + cinis: spine congregate igni comburentur. Audite qui longe estis que fecerim: ⁊ cognoscite vicini fortitudinem meam. + Conterriti sunt in syon peccatores: possedit timor hipocritas. Quis poterit habitare de vobis cum igne deuorante: + aut quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis? C Qui ambulat in iustitijs ⁊ loquitur veritatem: qui proijcit auaritiam ⁊ calumniam ⁊ excutit manus suas ab omni munere. Qui obturat aures suas ne audiat sanguinem: ⁊ claudit oculos suos ne videat malum. Iste in excelsis habitabit munimenta saxorum sublimitas eius. Panis ei datus est: aque eius fideles sunt. Regem in decore suo videbunt: oculi eius cernent terram de longe. Cor tuum meditabitur timorem. Vbi est litteratus: vbi legis verba ponderans: vbi est doctor paruulorum? Populum

di.91.c.legimus — als + vacue faciat — als + hz — + enim — als + 2fu ciminini — 33.q.5.ca. ii. — als + vos — di.29.c.d — 5.q.4.ca. in loco. ar.6.q.1. ca. ex merito

d ce. miss. c. cu mar the — als + immittentes — als + eorum — als + in mane — als + habitabit — al. + suis — als + obsorduit — al + ignis — als + conteriti — al. non hz + aut. — 1.q.1.c. si nonnulli — 11.q.3.c. recte. de simo. c. questiones — 1.cor.1.b.

[als + ipudentem] + impudentē non videbis ppl'z alti ser- monis: ita vt nō possis itelligere disertudi- [D] nē lingue ei' in quo est sapiētia. Respice sion ciuitatē solēnitatis nr̃e. Oculi tui [al. + ciuitatem] videbūt hierl'z + habitationē opulentam tabernaculū qd̄ neq3 trāsferri poterit: nec auferentur claui eius in sempiternum & omnes funiculi eius non rūpent: quia solummodo ibi magnificus est dn̄s noster. Loc' fluuioꝝ riui latissimi & patētes: nō transibit per eū nauis remigū: neq3 trieris magna transgredief eū. Domin' enī iudex noster: dominus legifer noster dn̄s rex noster. [als + veniet &] Ipse + saluabit nos. Laxati sūt funiculi tui sed nō preualebūt. Sic erit malus tu': vt dilatare signū non queas. Tūc diuident spolia predarum multaꝝ: claudi diripiēt rapinam: nec dicet vicin': elangui. Populus qui habitat in ea: auferetur ab eo iniquitas.

Ca. Sū. De die iudicij & de vastatione iudee. Cap. xxxiiij.

[A] Accedite gentes audite: & populi attendite: audiat terra & plenitudo ei': orbis & omne germen eius: quia indignatio domini super omnes gentes: & furor [als + oēs] [als + militiam] super + vniuersam + maliciam eoꝝ. Jnterfecit eos: & dedit eos in occisionem. Jnterfecti eorum proijcientur: & de cadaueribus eorum ascendit fetor. Tabescent mōtes a sanguine eoꝝ: & tabescet omnis militia celorum: & complicabunt sicut liber celi: & omnis militia eorum defluet sicut defluit folium de vinea & de ficu: quoniam [B] inebriatus est in celo gladius meus. Ecce super ydumeam descendet: & super populū interfectionis mee ad iudicium. Gladius [als habet + enim] + domini repletus est sanguine: incrassatus est adipe de sanguine agnorum & hyrcorum & de sanguine medullatorum arietum. Uictima enim domini in bosra: & interfectio magna i terra edom. Et descēdent vnicornes cū eis: & tauri cum potētibus. Inebriabit terra eoꝝ sanguine: & hum' eoꝝ adipe pinguiū: q: dies vltionis domini ann' + retributiōis iudicij siō. [al + retributionū] Et conuertent torrentes eius in picem: & hum' ei' in sulphur: & erit terra ei' in picem ardentem nocte & die: nō extinguet in sem- [C] piternū. Ascendet fumus ei' a generatione in generationem: desolabit + i secla se- [als + secla] culoꝝ. Non erit trāsiens per eam: & possidebūt illa3 onocrotalus & ericius & ibis & coruus habitabūt in ea. Et extendetur super eū mensura vt redigatur ad nihilum: & perpendiculū in desolationem. Nobiles eius nō erūt ibi: regem potius inuocabūt & omnes principes eius erūt i nihilū. Et orient in domib' eius spine & vrtice et paliur' in munitionib' ei': & erit cubile draconū & pascua struthionū: & occurrent demonia + onocētaur': & pilosus clamabit [al + onocetaurus] alter ad alteꝝ. Ibi cubauit lamia: & inuenit sibi requie3. Ibi habuit foueā ericius: & enu- [D] triuit catulos: & circūfodit & fouit in vmbra ei'. Illuc cōgregati sūt milui alter ad alteꝝ. Requirite diligenter in libro dn̄i et legite: vnū ex eis non defuit: alter alterum non quesiuit: quia qd̄ ex ore meo pcedit ille mandauit: & spūs eius ipse congregauit ea: & ipse misit eis sortem: & man' ei' diuisit eam illis in mēsurā. Usq3 in eternū possidebunt eam: in generationes & generationem habitabunt in ea.

Capituli Summarium. Continet consolationem & signa Christi tempore perfecto. Cap. xxxv. [A]

Letabitur deserta et inuia: & exultabit solitudo & florebit quasi liliū. Germinans germinabit: & exultabit letabunda & laudans. [ifra.60.c.] [di.19.c.1.] Gloria libani data est ei: decor carmeli & saron. Ipsi videbunt gloriam domini et decorem dei nostri. Confortate manus dissolutas: et genua debilia roborate. Dicite. + Pusillanimes confortamini: + & nolite timere. [als h3 in dñó plurali + pusillanimis] Ecce deus nr̄ vltionē adducet retributiōis: de' ipse veniet & saluabit nos. [al. nō h3 + &] Tunc aperient ocli cecorū: & aures surdoꝝ patebūt. Tūc saliet sicut [B] ceru' claudus: & aperta erit lingua mutoꝝ: [mat.15.c.] q: scisse sūt in deserto aq̄ & torrentes in solitudine: & q erat arida in stagnū: & sitiens in fontes aquaꝝ. [C] In cubilibus in qb' prius dracōes habitabāt: oriet viror calami & iūci: & erit ibi semita: & via scā vocabit. Non transibit per eā pollutus: & hec erit + [al. + nos] vobis directa via: ita vt stulti non errent per eam. [D] Non erit ibi leo: & mala bestia nō ascendet per eam: nec inuenietur ibi. [ifra.41.b.] Et ambulabunt qui liberati fuerint & redempti a domino: conuertentur & venient in syon cum laude & letitia sempiterna super caput eorum. Gaudium & letitiam obtinebunt: & fugiet dolor & gemitus.

¶ Ca. Sū. ¶ Sennacherib ascendit cōtra hierusalē: ⁊ mittit rapsacē nunciuȝ ad regem ezechiam. Cap. xxxvi.

A
4. re. 18. c
2. pa. 32. a

Et factū est in q̄rtodecimo anno regis ezechie: ascēdit sennacherib rex assyrioꝝ sup oēs ciuitates iuda munitas et cepit eas. Et misit rex assirioꝝ rapsacen de lachis in hierusalē ad regē ezechia in manu graui: ⁊ stetit in aqueductu piscine superioris in via agri fullonis. Et egressus ē ad eū eliachim filius helchie q erat super domū: ⁊ sobna scriba: ⁊ ioahe filius asaph a cōmētarijs. Et dixit ad eos rapsaces. Dicite ezechie. Hec dicit rex magnus rex assyriorum. Que est ista fiducia qua confidis: aut quo consilio vel fortitudine rebellare

B

disponis? Sup quem habes fiduciā: quia recessisti a me. Ecce confidis sup baculum

23. q. 3. c. j
al's + innixus

harundineū cōfractū istum sup egyptuȝ: cui si + innisus fuerit hō: intrabit in manū eius ⁊ pforabit eam: sic pharao rex egypti oībus qui confidūt in eo. Q̄ si responderis mihi: in dño deo nr̄o cōfidimus: nōne ipse est cui⁹ abstulit ezechias excelsa ⁊ altaria: ⁊ dixit iude ⁊ hier̄lm coraȝ altari isto adorabitis. Et nūc trade te dño meo regi assyrioꝝ: dabo tibi duo milia equoꝝ: nec poteris ex te pbere ascēsores eoꝝ: ⁊ quō sustinebis faciē iudicis vnius loci ex seruis dñi mei minorib⁹? Q̄ si cōfidis i egypto in quadriga ⁊ in eq̄tibus: ⁊ nūc nunquid sine dño ascēdi ad trā istā vt disperderē eā.

C

Dñs dixit ad me. Ascēde sup terrā istam ⁊ disp̄de eā. Et dixit eliachim ⁊ sobnā ⁊ ioahe ad rapsacen. Loq̄re ad seruos tuos syra lingua: intelligimus enim: ne loquaris ad nos iudaice in auribus populi qui est super muꝝ. Et dixit ad eos rapsaces. Nunq̄d ad dñm tuū ⁊ ad te misit me dñs me⁹: vt loquerer oīa verba ista: ⁊ nō potius: ad

al's + sup murum

viros qui sedent + in muro: vt comedant stercora sua ⁊ bibāt vrinā pedū suoꝝ vobiscū? Et stetit rapsaces ⁊ clamauit voce magna iudaice: ⁊ dixit. Audite v̄ba regis magni regis assyriorum. Hec dicit rex. Non vos seducat ezechias: q: nō poterit eruere vos: ⁊ nō vobis tribuat fiduciā ezechias su-

D

per dño dicens. Eruens liberabit nos dñs: non dabit̄ ciuitas ista in manu regis assyrioruȝ. Nolite audire ezechiam. Hec enim dicit rex assyrioruȝ. Facite mecum benedictionē ⁊ egredimini ad me: ⁊ comedite vnusq̄sq; vineaȝ suā: ⁊ vnusq̄sq; ficū suaȝ: ⁊ bibite vnusq̄sq; aquā cisterne sue: donec veniā ⁊ tollā vos ad terrā q̄ est vt terra vra: terrā frumēti ⁊ vini: terrā panū et vinearū. Nec conturbet vos ezechias: dicēs: dñs liberabit nos. Nunq̄d liberauerūt dij gētiū vnusq̄sq; terrā suā de manu regis assyriorū? Ubi est deus emath ⁊ arphat. Ubi ē deus sepharuaim? Nunq̄d liberauerunt samariā de manu mea? Quis ē ex oīb⁹ dijs terraꝝ istaruȝ q eruerit terrā suā de manu mea: vt eruat dñs hier̄lȝ de manu mea. Et siluerunt: ⁊ nō r̄nderunt ei verbuȝ. Mandauerat eniȝ rex dicēs. Ne respondeatis ei. Et igressus est eliachim filius helchie qui erat sup domuȝ: ⁊ sobna scriba: ⁊ ioahe filius asaph a cōmētarijs ad ezechiā scissis vestibus: ⁊ nūciauerunt ei verbuȝ rapsacis.

¶ Ca. Sū. ¶ De tristitia ezechie ⁊ ꝯsolatione ei⁹: de pphetia esaie: de interfectiōe exercit⁹ ab āgelo. clxxxv. miliū: ⁊ de morte sennacherib facta p filios suos. Ca. xxxvij.

A
4. re. 19. a

Et factū est cum audisset rex ezechias scidit vestimenta sua: ⁊ obuolut⁹ est sacco: ⁊ itrauit in domū dñi. Et misit eliachim qui erat super domum: ⁊ sobnā scribam: ⁊ seniores de sacerdotibus opertos

al's + prophete
al. + ⁊ angustie
al's + correctiōis

saccis ad esaiam filium amos + prophetaȝ ⁊ dixerunt ad euȝ. Hec dicit ezechias. Dies tribulationis + ⁊ + correptionis ⁊ blasphemie dies hec: quia venerunt filij vsq; ad partum: ⁊ virtus non est pariendi. Si quo mō audiat dñs de⁹ tuus verba rapsacis quē misit rex assyrioꝝ dñs su⁹ ad blasphemandum dñm deum viuentē: ⁊ exprobrādum sermonibus quos audiuit dñs deus tu⁹. Leua ergo ad oratioueȝ pro reliquijs q̄ reperte sunt. Et venerunt serui regis ezechie ad esaiaȝ: ⁊ dixit ad eos esaias. Hec

B

dicetis dño vestro. Hec dicit dñs. Ne timeas a facie verboꝝ que audisti: q̄bus blasphemauerunt pueri regis assyrioꝝ me. Ecce dabo ei spm̄ ⁊ audiet nuncium: ⁊ reuertet̄ ad terrā suā ⁊ corruere eū faciā gladio in terra sua. Reuersus est aūt rapsaces: ⁊ inuenit regem assyrioꝝ pliantē aduersus lobnam. Audierat eniȝ q: pfectus esset de lachis: ⁊ audiuit de taracha rege ethyopie di-

al's + aduersuȝ
al' + dicētes

centes egressus est vt pugnet + contra te. Quod cum audisset misit nuncios ad ezechiaȝ: dicens. Hec dicetis ezechie regi iude + loquentes. Non te decipiat deus tuus

in quo tu confidis: dicens: nō dabit hierusalē in manu regis assyrioꝝ. Ecce tu audisti oīa que fecerūt reges assyrioꝝ oībus terris quas subuerterunt: ꝛ tu poteris liberari. Nunquid eruerunt eas dij gentium quos subuerterunt p̄res mei gozan ꝛ aran ꝛ reseph ꝛ filios eden q̄ erant in thalassar. Ubi ē rex amath ꝛ rex arfath ꝛ rex vrbis sepharuaim ana ꝛ aua? Et tulit ezechias libros de manu nūcioꝝ: ꝛ legit eos ꝛ ascēdit i domū dñi: ꝛ expādit ✝ eos corā dño. Et orauit ✝ ad dñm dicēs. Dñe exercituum deus israel q̄ sedes sup ✝ cherubin tu es deus solus oīum regnoꝝ terre: tu fecisti celū ꝛ terras. Inclina dñe aurē tuā ꝛ audi: aperi ✝ oculos tuos ꝛ vide: ꝛ audi oīa verba sennacherib q̄ misit ad blasphemandū deum viuentē. Uere enim dñe desertas fecerunt reges assyrioꝝ terras ꝛ regiones eaꝝ: ꝛ dederūt deos eaꝝ igni nō enim erant dij: sꝫ opera manuū hoīum: lignum ꝛ ✝ lapis ꝛ cōminuerūt eos. Et nūc dñe deꝰ noster salua nos de manu eiꝰ: ꝛ cognoscāt oīa regna terre: q̄ tu es dñs solus. Et misit esaias filius amos ad ezechiā dicēs. Hec dicit dñs deus isrl. Pro q̄bus rogasti me de sennacherib rege assyrioꝝ: hoc ē verbum qd̄ locutus est dñs sup eū. Despexit te ꝛ subsannauit te virgo filia syō: post te caput ✝ mouit filia hierusalē. Cui exprobrasti: ꝛ quē blasphemasti: ꝛ sup quē exaltasti vocē tuā: ꝛ ✝ leuasti altitudinē oculoꝝ tuoꝝ? Ad sanctum israel. In manu seruoꝝ tuoꝝ: exprobrasti dño: ꝛ dixisti. In multitudine quadrigaꝝ meaꝝ ego ascēdi in multitudinē montiū: iuga libani ꝛ succidā excelse cedroꝝ eiꝰ: ꝛ electas abietes illius: ꝛ introibo altitudinē summitatis eiꝰ: saltū carmeli eiꝰ: ego fodi ꝛ bibi aquā: ꝛ siccaui vestigio pedis mei oēs riuos aggerū. Nunquid non ✝ audisti q̄ olim fecerim ei? Ex diebus antiq̄s ego ✝ plasmaui illud: ꝛ nūc adduxi: ꝛ factū est in eradicationē colliū cōpugnantiū ꝛ ciuitatū munitaꝝ. Habitatores earū breuiata manu cōtremuerūt ꝛ cōfusi sunt: facti sunt sicut fenū agri ꝛ gramē pascue ꝛ herba tectorum que exaruit antequam maturesceret. Habitationē tuā ꝛ egressum tuū ꝛ introitū: tuū ✝ ego cognoui ꝛ insaniam tuā contra me. Cum fureres aduersum me superbia tua ascēdit in aures meas. Ponā ergo circulū in auribus tuis ꝛ frenū in labijs tuis: ꝛ reducā te in viā per quā venisti. Tibi aūt hoc erit signū. Comede hoc anno que sponte nascunt: ꝛ in anno secundo pomis vescere. In anno aūt tertio seminate ꝛ metite: ꝛ plātate vineas: ꝛ comedite fructū earum. Et emittet id qd̄ saluatū fuerit de domo iuda: ꝛ qd̄ ✝ reliquū est ✝ radicem deorsum: ꝛ faciet fructū sursum: q̄ de hierusalem exibūt reliq̄e: ꝛ saluatio de monte syon. Zelus domini exercituū faciet istud. Propterea hec dicit dominus de rege assyriorum. Non ✝ intrabit ciuitatem hanc ꝛ non iaciet ibi sagittam: ꝛ non occupabit eam clypeus: ꝛ non mittet in circuitu eius aggerem. In via qua venit: p eam reuertetur: ꝛ ciuitatem hāc non ingredie dicit dñs. Et ꝓtegā ciuitatē istā vt saluē eā: ꝑ me ꝛ ꝑ dauid seruū meū. Egressus ē aūt angelus dñi ꝛ ꝑcussit in castris assyrioꝝ cētū octoginta q̄nq̄ milia. Et ✝ surrexerūt mane: et ecce ✝ oēs cadauera mortuoꝝ. Et egressus est: ꝛ abijt. Et reuersus est sennacherib rex assyrioꝝ ꝛ habitauit in niniue. Et factum est cū adoraret in tēplo nesrach deum suū: adramelech ꝛ sarasar filij eius percusserūt eū gladio: fugeruntq̄ in terrā ararath: et regnauit asaraddon filius eius pro eo.

¶ Capituli Sū. ¶ Ezechias egrotauit ꝛ orauit ad dominum: qui addidit ei quindecim annos: ꝛ scripsit canticum gratiarum actionum. Cap. xxxviij.



In diebus illis egrotauit ezechias vsq̄ ad mortem. Et introiuit ad eum esaias filius amos ✝ propheta ꝛ dixit ei. Hec dicit dominꝰ. Dispone domui tue q̄ morieris tu: ꝛ non viues. Et conuertit Ezechias faciem suam ad parietem ꝛ orauit ad dominum ꝛ dixit. Obsecro domine memento quēso quomodo ambulauerim coram

Marginalia: C; al's hꝫ ✝ ezechias; al's hꝫ ✝ ezechias; al's ✝ cherubim; al's ✝ dñe; D; al's ✝ lapidea; al's ✝ mouebit; al's ✝ deuasti; E; al's ✝ audistis; al's ✝ plātaui; F; al. nō hꝫ ✝ ego; al's ✝ reliqtum; al's ✝ mittet; al's ✝ radices; B; al's ✝ introibit; 4. re. 19. g; eccl. 48. d; 23. q. 5. ca. si.; al's ✝ surrexit; al's ✝ oia; A; 4. re. 20. a.; 2. pa. 32. f.; al's ✝ pro phete; de p. di. 1. ca. . . .

rā te in veritate ꝛ in corde pfecto: ꝛ qđ bonū est in oculis tuis fecerī. Et fleuit ezechias fletu magno. Et factū est vbū dñi ad esaiā: dicens. Uade ꝛ dic ezechie. Hec dicit dñs deꝰ dauid pris tui. Audiui orōnē tuā ✝ ꝛ vidi ✝ lachrymas tuas. Ecce ego adyciam sup dies tuos qnꝫ decim annos: ꝛ de manu regis assyrioꝝ eruā te: et ciuitatē istā et ꝓtegā eā. Hoc aūt tibi erit signū a dño: quia faciet dñs verbum hoc qđ locutus est. Ecce ego reuerti faciā vmbrā linearū per quas descēderat in horologio achaz i sole retrorsū decem lineis. Et reuersus est sol decē lineis p gradus quos descenderat. Scriptura ezechie regis iuda cū egrotasset et conualuisset de infirmitate sua. Ego dixi: in dimidio dierū meorū vadam ad portas inferi. Quesiui residuum annorum meoꝝ. Dixi: non videbo ✝ dominū deum in terra viuentiū. Non aspiciam hominem vltra: ꝛ habitatorem quietis. Generatio mea ablata est: ꝛ conuoluta est a me qsi ✝ tabernaculum pastoꝝ. Precisa est velut a texēte vita mea: dum adhuc ordirer succidit me. De mane vsqꝫ ad vesperā finies me: sperabam vsqꝫ mane. Quasi leo sic contriuit oīa ossa mea. De mane vsqꝫ ad vesperam finies me. Sicut pullus hirūdinis sic clamabo: ꝛ meditabor vt colūba. Attenuati sūt oculi mei: suspiciētes in excelsū. Dñe vim patior ✝: responde pro me. Quid dicam aut qđ respondebit mihi: cū ipse ✝ fecerit? Recogitabo ✝ tibi oēs annos meos: in amaritudine aīe mee. Domine ✝ si sic viuit: ꝛ in talibꝰ vita spūs mei: corripies me ꝛ viuificabis me: ecce in pace amaritudo mea amarissima. Tu aūt eruisti aīam meā vt non periret: proiecisti post tergum tuū omnia peccata mea. Quia nō infernus confitebit tibi neqꝫ mors laudabit te: non expectabūt q descendūt in lacū veritatem tuam. Uiuens viuēs ipse confitebit tibi sicut ꝛ ego hodie: pater filiis notam faciet veritatē tuā. Domine saluū me fac: ꝛ psalmos nostros cantabimus cūctis dieb꞉ vite nostre in domo dñi. Et iussit esaias vt tollerent massā de ficis: ꝛ cataplasmarēt sup vulnus ꝛ sanaretur. Et dixit ezechias. Qđ erit signū: quia ascendam ✝ in domum domini.

al. nō hꝫ ✝ ꝛ
als ✝ lachrymas
B
4.reg.20.g.
Luc.1.ca.
eccl.48.d
al. nō hꝫ ✝ dnm
C
al ✝ tabernacula
11.q.3.ca. qđ ergo
Job.4.d
als ✝ spōde
als ✝ fecerim
al. nō hꝫ ✝ tibi
al. nō hꝫ ✝ si.
D

¶ Ca. Sū. ¶ De nūciis merodach ad ezechiā: ꝛ de correptiōe ezechie ab esaia ꝓ ostētatione domus sue. Cap. xxxix.

In tempore ille misit merodach baladan filiꝰ baladan rex babylōis libros ꝛ munera ad ezechiā. Audierat enim q egrotasset ꝛ conualuisset. Letatꝰ est aūt sup eis ezechias: ꝛ ostēdit eis cellā aromatū: ꝛ argēti ꝛ auri ꝛ odoramētoꝝ ꝛ vnguēti optimi: ꝛ oēs apothecas suppellectilis sue: ꝛ ✝ vniuersa q inuēta sūt in thesauris eiꝰ. Nō fuit verbū qđ nō ostēderet eis ezechias in domo sua ꝛ in oī potestate sua. Introiuit aūt Esaias ꝓpheta ad Ezechiā regē: ꝛ dixit ei. Quid dixerunt viri isti: ꝛ vñ venerūt ad te? Et dixit ezechias. De terra lōginqua venerūt ad me de babylone. Et dixit. Quid viderūt in domo tua? Et dixit Ezechias. Omniaq in domo mea sunt viderūt. Nō fuit res quā nō ostēderim eis in thesauris meis. Et dixit Esaias ad Ezechiā. Audi verbū dñi exercituū. Ecce dies venient ꝛ auferent omnia q in domo tua sunt: ꝛ q thesaurizauerūt patres tui vsqꝫ ad diē hāc in babylonē. Nō relinquetur quicqꝫ dicit dñs. Et de filiis tuis q exibūt de te quos genueris tollent: ꝛ erunt eunuchi in palatio regis babylonis. Et dixit Ezechias ad Esaiam. Bonum verbū dñi qđ locutus est: ꝛ dixit. Fiat tantū pax ꝛ veritas in diebus meis.

A
4.Reg. 20.c.
als ✝ oīa
B
C
D
35.q.10. ca.j.

¶ Cap. Sūmariū. ¶ De aduētu Joānis baptiste: ꝛ predicatione apostoloꝝ: de vocatione gentium: ꝛ magnitudine vocantis: ꝛ de idolis. Cap. xl.

Consolamini ꝯsolamini popule meꝰ dicit deꝰ vester. Loquimini ad cor hierusalē ꝛ ✝ aduocate eā: qm̄ cōpleta est malitia eiꝰ: dimissa est iniqtas illius. Suscepit de manu dñi duplicia: ꝓ omnibꝰ peccatis suis. Uox clamātis in deserto. Parate viā dñi: rectas facite in solitudine semitas dei nr̄i. Omnis vallis exaltabit: ꝛ omnis mons ꝛ collis humiliabit: ꝛ erūt praua in directa: ꝛ aspera in vias planas. Et reuelabitur gloria dñi: ꝛ videbit omnis caro pariter qđ os dñi locutū est. Uox dicētis. Clama: ꝛ dixi. Quid clamabo? Omnis caro fenū: ꝛ omnis gloria eius quasi flos agri. Exiccatū est fenum ꝛ cecidit flos: qꝛ spiritus dñi sufflauit in eo. Uere fenum est populus. Exiccatū est fenum ꝛ cecidit flos: verbū autem domini ✝ manet in eternum. Super montem excelsum ascende tu ✝ qui euāgelizas Syon: exalta in forti.

A
di.15.c.h.
Mat.3.a.
Mar.j.a
al. ✝ auocate
di. 45.c.j
Luce.3.c.
Joā.j.c.
B
eccl.14.c.
Jaco.j.b.
j. Pe.j.d
als ✝ dei nr̄i stabit
al. ✝ que

tudine vocem tuã + qui euãgelizas hie
rusalẽ. Exalta: noli timere. Dic ciuitatib⁹
iude. Ecce deus vester. Ecce dominus deus
in fortitudine veniet: ⁊ brachiũ eius do-
minabitur. Ecce merces eius cũ eo: ⁊ op⁹
illius coram illo. Sicut pastor gregẽ suũ
pascet: in brachio suo congregabit agnos:
⁊ in sinu suo leuabit: fetas ipse portabit.
Quis mẽsus est pugillo aquas: ⁊ celos
palmo põderauit? Quis appẽdit trib⁹ us
digitis molem terre ⁊ librauit in ponde
re mõtes ⁊ colles in statera? Quis adiu-
uit spũm domini: aut quis cõsiliarius ei⁹
fuit ⁊ ostẽdit illi? Cũ quo iniit cõsilium:
⁊ instruxit eum ⁊ docuit eũ semitam iu-
stitie ⁊ erudiuit eum scientia: ⁊ viã pru
dentie ostẽdit illi? Ecce gentes quasi stilla
situle: ⁊ quasi momẽtum statere reputa-
te sunt. Ecce insule quasi puluis exiguus
⁊ libanus nõ sufficiet ad succedẽdum: et
animalia eius nõ sufficient ad holocau-
stum. Omnes gẽtes quasi nõ sint: sic sũt
coram eo: ⁊ quasi nihilum ⁊ inane repu-
tate sunt ei. Cui ergo similẽ fecistis deũ
aut quam imaginem ponetis ei? Nũqd
sculptile + cõflabit faber: aut aurifex auro
+ figurabit illud: ⁊ laminis argẽteis argẽ
tarius? Forte lignũ ⁊ imputribile elegit
artifex sapiẽs: querit quõ statuit simula-
crũ qđ nõ moueat. Nunqđ nõ scitis? Nũ
quid nõ + audistis? Nunqđ nõ annũcia-
tum est vobis ab initio? Nunqđ nõ itelle
xistis fundamẽta terre? Qui sedet sup gy
rũ terre ⁊ habitatores eius sunt quasi lo
custe. Qui extẽdit velut + nihilũ celos: ⁊ ex
pandit eos sicut tabernaculũ ad inhabitã
dũ. Qui dat secretorum scrutatores q̃si nõ
sint: iudices terre velut + inanes fecit. +
Et qđẽ neq₃ plantato neq₃ sato: neq₃ radi
cato in terra trũco eorũ. Repente flauit in
eos ⁊ aruerũt: ⁊ turbo quasi stipulã aufe-
ret eos. Et cui assimilastis me ⁊ adeq̃stis
dicit sanctus? Leuate in excelsum oculos
vestros: ⁊ videte qs creauit hec. Qui educit
in numero militiã eorũ: ⁊ omnes ex no
mine vocat. Pre multitudine fortitudi-
nis ⁊ roboris virtutisq₃ eius: neq₃ vnũ
reliquũ fuit. Quare dicis iacob ⁊ loq̃ris
isrl': abscondita est vita mea a dño: ⁊ a deo
meo iudiciũ meũ + trãsibit? Nũquid ne
scis: aut nõ audisti? Deus sempiternus
dominus q creauit terminos terre: ⁊ nõ

al. + que | C | Isa. 62. b | dis. xj. ca. ecclesiasti. carũ. per archi. | Sap. 9. c. | Ro. xj. d. | D | E | als + cõflauit | als + figurauit. | als + audistis | als + nihilum | F | Als + inane | als + et qđẽ neq₃ plãtatus neq₃ satus neq₃ radicatus in terra trũcus. Infra 46. b. | Ma. 17. b | G | Als + transiuit.

deficiet neq₃ laborauit: nec est inuestigatio
sapiẽtie eius. Qui dat lasso virtutẽ: ⁊ his
qui nõ sunt fortitudinẽ ⁊ robur multi-
plicat. Deficiẽt pueri ⁊ laborabunt: ⁊ iuue
nes infirmitate cadẽt. Qui autẽ sperãt in
dño mutabũt fortitudinẽ: assumẽt pen-
nas sicut aquile: current ⁊ nõ laborabunt
ambulabũt ⁊ non deficient.

¶ La. Sũ. ¶ De resurrectione ⁊ ascẽsiõe
xpi: verba xpi ad apostolos: de conuersiõe
gentiũ: de cõfutatione idolorum. Cap. xlj.

Taceant ad me insule: ⁊ gentes mu-
tent fortitudinẽ. Accedant ⁊ tũc lo
quãtur: simul ad iudiciũ propinquem⁹.
Quis suscitauit ab oriẽte iustum: vocauit
eũ vt sequeretur se? Dabit in cõspectu ei⁹
gẽtes: ⁊ reges obtinebit. Dabit quasi pul-
uerem gladio eius: sicut stipulã vento ra
ptã arcui eius. Persequet eos trãsibit in
pace: semita in pedib⁹ eius nõ apparebit.
Quis hec operatus est ⁊ fecit: vocãs genera-
tiones ab exordio. Ego dominus: prim⁹
⁊ nouissimus ego sum. Viderũt insule ⁊
timuerũt: extrema terre obstupuerunt:
appropinquauerunt ⁊ accesserunt. Vnus
quisq₃ proximo suo auxiliat: ⁊ fratri suo
dicet confortare. + Confortauit faber era-
rius percutiẽs malleo eũ qui cudebat tũc
temporis: dicens glutino bonum est: ⁊ cõ
fortauit eũ + clauis vt nõ + moueatur.
Et tu israel + serue meus iacob quẽ ele-
gi: semen habraam amici mei in quo ap
prehendi te: ab extremis terre ⁊ a longin-
quis eius vocaui te ⁊ dixi tibi. Seru⁹ me
us es tu: elegi te ⁊ nõ abieci te. Ne timeas
q: ego tecum sum: ne declines q: ego de⁹
tu⁹. Confortaui te ⁊ auxiliatus sum + ti
bi: ⁊ suscepit te dextera iusti mei. Ecce con-
fundent ⁊ erubescent omnes q pugnant
aduersum te. Erũt quasi non sint: ⁊ peri-
bunt + viri qui contradicunt tibi. Que-
res eos ⁊ nõ inuenies viros rebelles tuos:
⁊ erũt quasi non sint: ⁊ veluti cõsumptio
hominis bellãtis aduersum te: q: ego do-
minus deus tu⁹ apprehendẽs manũ tuã
dicensq₃ tibi. Ne timeas: ego adiuui te.
Noli timere vermis iacob: q mortui estis
ex israel. Ego auxiliatus sum tui dicit do-
minus: ⁊ redẽptor tu⁹ sanctus isrl'. Ego
posui te quasi plaustrũ triturans nouũ
habẽs rostra serrãtia. Triturabis mõtes
⁊ comminues: ⁊ colles q̃si puluerẽ pones.

A | B | Infra. 44. a ⁊ 48. b. | als + cõfortabit | Als + in | als + moueretur. | als + seruus | C | infra. 43. c. | al. + tuus | al. + celo | D

ventilabis eos ꝛ vent⁹ tollet ✝ꝛ turbo disp
get eos: ꝛ tu exultabis in domino in san-
cto israel letaberis. Egeni ꝛ paupes q̄runt
aq̄s ꝛ nō sunt: lingua eoꝝ siti aruit. Ego
dn̄s exaudiā eos: de⁹ israel nō derelinquā
eos. Aperiā in ✝ supinis collibus flumi
na: ꝛ in medio cāpoꝝ fontes. Ponam
desertū in stagna aquarū: ꝛ terrā inuiā in
riuos aquarū. Dabo in solitudinē cedrū
ꝛ spinā: ꝛ myrtū: ꝛ lignū oliue. Ponā in
desertum abietē, vlmū ꝛ buxum simul: vt
videant ꝛ sciant ꝛ recogitēt ꝛ intelligant
pariter: q2 manus dn̄i fecit hec ꝛ sanct⁹ is
rael creauit illud. Prope facite iudiciū ve
strum: dicit dn̄s: afferte si quid forte habe
tis: dixit rex iacob. Accedāt ꝛ nūciēt vobis
quecūq3 ventura sunt. Priora q̄ fuerūt nū
ciate: ꝛ ponemus cor nr̄m: ꝛ sciemus no-
uissima eoꝝ: ꝛ que ventura sunt indica-
te nobis. Annūciate que ventura sūt i fu-
turū: ꝛ sciemus q2 dij estis vos. Bn̄ quoq3
aut male si potestis facite: ꝛ loq̄mur ꝛ vi-
deamus simul. Ecce vos estis ex nihilo: ꝛ
op⁹ vr̄m ex eo qd̄ nō est. Abominatio est q
elegit vos. Suscitaui ab aquilone: ꝛ veniet ab
ortu solis. ✝ vocabit nomē meū: ꝛ addu-
cet magistrat⁹ q̄si lutū: ꝛ velut plastes cō-
culcās humū. Quis annūciauit ab exor-
dio vt sciam⁹: ꝛ a pricipio vt dicam⁹ iu-
stus es? Nō ē ✝ annūcians: neq3 p̄dicēs:
neq3 audiēs sermōes vr̄os. Prim⁹ ad sy-
on dicet: ecce ✝ adsunt ꝛ hierusalē euange
listā dabo. Et vidi ꝛ non erat ex istis q̄sq3 q
iniret cōsiliū: ꝛ interrogatus r̄nderet ver
bum. Ecce omnes iniusti ꝛ vana opera eo
rum: ventus ꝛ inane simulachra eorum.

¶ Ca. Sū. ¶ De xp̄o ex baptismo eius: de
verbis p̄ris ad filium ꝛ ad apostolos: de ad
uentu christi ꝛ puersione iudeorum p
pter idola. Cap. xlij.

Ecce seruus me⁹ suscipiā eū: electus
meus cōplacuit sibi in illo aīa mea.
Dedi spiritū meū super eum: iudiciū gē-
tibus proferet. Nō clamabit neq3 accipiet
personā: nec audietur vox eius foris. Ca
lamum quassatum non cōteret: ꝛ linum
fumigans non extinguet. In veritate edu
cet iudicium: nō erit tristis neq3 turbulē
tus donec ponat in terra iudicium: ꝛ legē
eius insule expectabunt. Hec dicit domi-
nus deus creans celos ꝛ extendens eos: fir
mans terram ꝛ que germināt ex ea: dans
flatum populo qui est super terram ꝛ spi-
ritū calcantibus eam. Ego dominus voca
ui te in iustitia: ꝛ apprehendi manū tuā
ꝛ seruaui te. Et dedi te in fedus populi in
lucē gētium: vt aperires oculos cecorū: ꝛ
educeres de cōclusione vinctum: de domo
carceris sedētes in tenebris. Ego dn̄s: hoc
est nomē meū. Gloriam meā alteri non
dabo: ꝛ laudē meam sculptilibus: q̄ prima
fuerūt ecce venerūt: noua quoq3 ego ānū
cio anteq̄3 oriantur audita vobis faciā. Cā
tate dn̄o canticū nouū: laus eius ab extre
mis terre. Qui descēditis in mare ꝛ pleni
tudo eius: insule ꝛ habitatores earum. ✝
Leuet desertum ꝛ ciuitates eius: in domi
bus habitabit cedar. Laudate habitatores
petre: de vertice montium clamabūt. Po
nēt domino gloriā: ꝛ laudē eius in insu-
lis nūciabunt. Dn̄s sicut fortis egredietur:
sicut vir ✝ p̄liator suscitabit zelum. Voci
ferabitur ꝛ clamabit: super inimicos suos
cōfortabitur. Tacui: semper silui: patiens
fui: sicut ✝ parturiens loquar. Dissipabo
ꝛ absorbebo simul: desertos faciā mōtes ✝
ꝛ colles: ꝛ omne ✝ germen eorū exiccabo.
Ponā flumina in insulas: ꝛ stagna arefa-
ciā. Et educā cecos in ✝ viā quā nesciūt:
ꝛ in semitis quas ignorauerūt ambulare
eos faciā. Ponam tenebras ✝ corā eis i lu
cē: ꝛ praua in ✝ recta. Hec verba feci eis: ꝛ
nō dereliqui eos. Conuersi sunt retrorsum
Cōfundantur cōfusione qui confidunt in
sculptili: q dicunt cōflatili vos dij nostri.
Surdi audite ꝛ ceci intuemini ad vidē-
dum: quis cecus nisi seruus meus: ꝛ sur
dus nisi ad quē nūcios meos misi? Quis
cec⁹ nisi q venūdatus est? Et qs cecus nisi
seruus dn̄i? Qui vides multa nōne custo
dies? Qui apertas habes aures: nōne au-
dies? Et dn̄s voluit vt sanctificaret eū: ma
gnificaret legē ꝛ extolleret: ipse autem po-
pulus direptus ꝛ vastatus. Laqueus iuue
nū oēs: ꝛ in domibus carcerū absconditi
sunt. Facti sunt in rapinam: nec est q eru
at: in direptiōe: nec ē q dicat: redde. Quis
est in vobis q audiat hoc: attēdat ꝛ auscul-
tet futura? Quis dedit i direptionē iacob
ꝛ israel vastantibus. Nōne dn̄s ✝ ipse cui
peccauimus? Et noluerūt in vijs ei⁹ ābu
lare: ꝛ nō audierūt legem eius. Et effudit
super eū indignationē furoris sui ꝛ forte
bellū: ꝛ cōbussit eū in circuitu ꝛ nō cogno

Margin (left): als ✝ eos — E — als ✝ su premis — F — 26.q.5. c.i. — G — Als ✝ vocabit — al ✝ neq3 — Als ✝ adsunt — A — 2.q.i.c. Itē cū ba laam. ma.12.d. 2.q.7.c. nos si.in fi.

Margin (right): B — Isra.49.b — isra.48.b — dis.93.c. nullus, ps.142. — al. ✝ sub leuetur — Als ✝ leuet. — Als ✝ bellator — C — als ✝ pa riens — als ✝ ex celsos — Als ✝ gramen — Als ✝ ducam — als ✝ via — Als ✝ eorum — Als ✝ directa — D — 2.q.7.c. paulus. — als ✝ i(s) ē cui pec- cauerū(t)

uit: et succendit eũ et non intellexit.

¶ Ca. Sũ. ¶ Populos credẽtes ex iudeis securos facit et promittit fidẽ ex oi parte: increpat gentes de idolatria: qz annũciãti nõ crediderũt: de sacrificijs et thure iudeorum reprobatio. Cap. xliij.

A

ET nũc hec dicit dominus creans te iacob et formãs te israel. Noli timere: qz redemi te: et vocaui te noie tuo. Meus es tu. Cũ transieris per aquas tecum ero et flumina non operient te. Cum ambulaueris in igne non comburreris: et flamma nõ ardebit in te: qz ego domin⁹ deus tuus sanctus israel saluator tuus. Dedi propiciationem tuam egyptum et ethyopiam: et saba pro te. Ex quo honorabilis factus es in oculis meis et gloriosus: ego dilexi te. Et dabo homines pro te et populos pro anima tua. Noli timere + qz ego tecum sum. Ab oriente adducam semen tuũ: et ab occidente congregabo te. Dicam aquiloni da et austro noli prohibere. Affer filios meos de lõginquo: et filias meas ab extremis terre. Et oẽm qui inuocat nomen meũ: in gloriam meam creaui eũ: formaui eum et feci eum. Educ foras populum cecum et oculos habentes: surdũ et aures ei sunt. Omnes gentes congregate sunt simul: et collecte sunt tribus. Quis in + vobis annũciet istud: et que prima sunt audire vos faciet? Dent testes eorũ et iustificentur: et audiant et dicant. Uere vos testes mei dicit dñs: et seruus meus quem elegi: vt sciatis et credatis mihi et intelligatis: qz ego ipse sum. Ante me nõ est + formatus deus: et post me nõ erit. Ego sum: ego sum dñs: et nõ est absqz me saluator. Ego annũciaui et saluaui: auditũ feci: et nõ fuit in vobis alien⁹. Uos testes mei dic dominus: et ego de⁹. Et ab initio ego ipse: et nõ est q de manu mea eruat. Operabor et quis auertet illud? Hec dicit dñs + redẽptor vester sanctus isrl'. Propter vos emisi babylonem: et detraxi vectes vniuersos et chaldeos i manib⁹ suis gloriãtes. Ego dñs sanctus vester: creans israel: rex vester. Hec dicit dñs q dedit in mari viã: et in aqs torrẽtibus semitam. Qui eduxit quadrigaz et equũ: agmen + et robustũ. Simul obdormierũt nec resurgẽt: et contriti sunt quasi linũ et extincti sũt. Ne memineritis priorũ: et antiqua ne intueamini. Ecce ego facio noua et nũc orient: vtiqz cognoscetis ea. Ponã in deserto viã: et in inuio flumina. Et glorificabit me bestia agri: dracones et strutiões: qz dedi i deserto aqs: et flumina i inuio: vt darez potũ pplo meo electo meo. Populũ istuz formaui mihi: laudẽ meã narrabit. Nõ me inuocasti iacob: nec laborasti in me israel. Nõ obtulisti mihi arietẽ holocausti tui: et victimis tuis nõ glorificasti me. Nõ te seruire feci i oblatiõe: nec laborẽ tibi pbui i thure. Nõ emisti mihi argẽto calamũ: et adipe victimarũ tuarũ nõ inebriasti me. Uerũtamẽ seruire me fecisti in peccatis tuis: pbuisti mihi laborẽ in iniqtatib⁹ tuis. Ego sum: ego sum ipse q deleo iniqtates tuas pp me: et peccatorum tuorũ nõ recordabor. Reduc me i memoriã: et iudicemur simul: narra si qd habes vt iustificeris. Pater tu⁹ prim⁹ peccauit et interpretes tui preuaricati sunt i me. Et cõtaminaui principes sanctos: dedi ad internitionẽ iacob et israel in blasphemiam.

¶ Ca. Sũ. ¶ De baptismo nouo: subsannat deus idola: vocat ad penitẽtiam: et ostẽdit potentiam suam. Cap. xliiij.

A

ET nũc audi iacob serue me⁹: et isrl' quẽ elegi. Hec dicit dñs faciens et formans te ab vtero auxiliator tuus. Noli timere serue meus iacob: et rectissime quẽ elegi. Effundã enim aquas super sitientẽ: et fluenta super aridaz. Effundam spiritũ meum super semen tuum: et benedictionem meam super stirpẽ tuam: et germinabunt inter herbas quasi salices iuxta preterfluentes aquas. Iste dicet: domini ego sum: et ille vocabit in nomine iacob. Et hic scribet manu sua domino: et in nomine israel assimilabitur. Hec dicit dñs rex israel et redẽptor eius dominus exercituũ. Ego primus et ego nouissim⁹: et absqz me nõ est deus. Quis similis mei? Uocet et annũciet: et ordinẽ exponat mihi. Ex quo constitui mihi populum antiquum. Uentura et que futura sunt annunciet eis. Nolite timere: neqz conturbemini. Ex tunc audire te feci: et annunciaui. Uos estis testes mei. Nunquid est deus absqz me: et formatorem quem ego non nouerim. Plastes idoli omnes nihil sunt: et amãtissima eoruz non proderunt eis. Ipsi sunt testes eorũ: + qz nõ vident neqz intelligunt vt confundant. Quis formauit deũ: et sculptile cõ-

Marginal notes (left): s.41.c. — als + qm tecũ ego sum — B — als + nobis — als + eis — als + formator — Osee. 13. b. — als + saluator — C — als + robustos — D

Marginal notes (right): 2.cor.5.d — apoc. 21. — als non hz + et — D — de pe. dis. j.c. dic tu et c. ecce nũc tpe. — hie.30.b et 46.b. — s.41.b. et isra.48 b. — apo.1.b. et 22.c. — B — als + a

stauit: ad nihil vtile? Ecce oẽs participes eius cõfundentur. Fabri enim sunt ex hominibus. Conuenient enim omnes: stabunt et pauebũt et confundentur simul. Faber ferrarius lima operatus e: in prunis et in malleis formauit illud: et operat' est in brachio fortitudinis sue. Esuriet et deficiet: non bibet aquam et lassescet. Artifex lignarius extendit normam: formauit illud in rũcina. Fecit illud in angularib' et in circino tornauit illud: et fecit imaginẽ viri quasi speciosũ hominẽ habitantẽ in domo. Succidit cedros: tulit ilicem et quercũ: q steterat inter ligna salt'. Plantauit pinũ quã pluuia nutriuit: et facta e hominibus in focum. Sumpsit ex eis et calefact' e: et succendit et coxit panes: de reliquo aũt operat' e deũ et adorauit: fecit sculptile et curuat' e añ illud. Mediũ ei' cõbussit igni: et de medio ei' carnes + coxit et comedit: coxit pulmẽtũ et saturat' e: et calefact' est et dixit. Vah: calefact' sum: vidi focũ. Reliquũ aũt eius deũ fecit et sculptile sibi. Curuatur ante illud: et adorat illud et obsecrat: dicens. Libera me: qr deus meus es tu. Nescierũt neqz intellexerũt. Obliti enim sunt ne videãt oculi eorum et ne intelligãt in corde suo. Nõ recogitãt in mẽte sua: neqz cognoscũt neqz cõsentiũt vt dicãt. Medietatem eius combussi igni: et coxi super carbones ei' panes: coxi carnes et comedi: et de reliquo eius idolũ faciam. Ante truncũ ligni procidã. Pars eius cinis est. Cor insipiẽs adorabit illud: et nõ liberabit aiam suam: neqz dicet: forte mendacium est in dextera mea. Memento horũ iacob et israel: quoniã seru' me' es tu. Formaui te: seruus me' es tu israel: nõ obliuiscaris mei. Deleui vt nubẽ iniquitates tuas: et quasi nebulã peccata tua. Reuertere ad me qm redemi te. Laudate celi qm misericordiam fecit dñs: iubilate extrema terre. Resonate montes laudationem: saltus et omne lignũ eius. Qm redemit dñs iacob: et israel gloriabitur. Hec dicit dñs redemptor tu' et formator tu' ex vtero. Ego sum dominus faciens oia: extendens celos solus stabiliens terras et nullus mecum. Irrita faciens signa diuinorũ: et ariolos in furorem vertẽs. Conuertens sapientes retrorsum: et scientiam eorum stultam faciens. Suscitans verbũ serui sui: et consilium nunciorum suorũ complens. Qui dico hierusalem habitaberis: et ciuitatibus iude edificabimini: et deserta eius suscitabo. Qui dico profundo desolare: et flumina tua arefaciam. Qui dico cyro pastor meus es: et oẽs voluntatem meã cõplebis. Qui dico hierusalẽ edificaberis: et templo fundaberis.

(Sap.13.c — C — al's non hz + coxit. — D)

¶ Ca Sũ. ¶ Prophetia de cyro qui populum liberauit a captiuitate: de aduẽtu xpi de collectione gentium ad fidem: de' pnis colentium idola. Cap. xlv.

Hec dicit dñs christo meo cyro cui' apprehendi dexteram: vt subijciam ante faciem eius gentes et dorsa regum vertam. Et aperiam + coram eo ianuas: et porte nõ claudentur. Ego ante te ibo: et gloriosos terre humiliabo. Portas ereas conteram: et vectes ferreos confringam. Et dabo tibi thesauros absconditos: et arcana secretorum vt scias qz ego dominus qui voco nomen tuũ deus israel propter seruum meum iacob: et israel electum meum. Et vocaui te + nomine tuo assimilaui te et non cognouisti me. Ego dominus nõ est + amplius extra me nõ e deus. Accinxi te et non cognouisti me. vt sciant hi qui ab ortu solis et q ab occidente: quoniã absqz me non est deus. Ego dominus et nõ e alter + formans lucem et creans tenebras: faciẽs pacẽ et creans malum. Ego dominus faciẽs omnia hec. Rorate celi desuper et nubes pluant iustum: aperiatur terra et germinet saluatorem et iustitia oriatur simul. Ego dominus creaui eũ. Ve qui cõtradicit + factori suo: testa de samijs terre. Nũquid dicet lutum figulo suo: quid facis: et opus tuum absqz manibus e? Ve qui dicit patri quid generas: et + mulieri quid parturis? hec dic dominus sanct' israel plastes eius. Uentura interrogate me: super filios meos et super + opus manuum mearum mandate mihi. Ego feci terram et hominem super eam creaui ego. Et manus mee + tetenderunt celos: et omni militie eorũ mandaui. Ego suscitaui eum ad iustitiam: et omnes vias ei' dirigam. Ipse edificabit ciuitatem + meã: et captiuitatẽ meã dimittet: nõ i pcio neqz in munerib': dicit dñs + deus exercituũ. Hec dicit dñs. Labor egypti et negociatio ethyopie et sabaim viri sublimes ad te trã-

(A — al's + ante eum — al's + in — al. + ali' — Amos.4. 24.c.3.c. — quidam al's hz + deus — B — al's + fictori — Ro. 9.c. — Luc. 23.c — al's + matri — al's + opera — al's + extenderũt — al's non hz + meam — al's non hz + deus — C)

sabaim et viri sublimes ad te transibunt et tui erunt. Post te ambulabunt vincti manicis pergent: et te adorabunt neque deprecabuntur. Tantum in te est deus: et non est deus absque te. Vere tu es deus absconditus: deus israel saluator. Confusi sunt et erubuerunt omnes israel: abierunt in confusione fabricatores errorum. Israel saluatus est in domino salute eterna. Non confundemini et non erubescetis usque in seculum seculi: quia hec dicit dominus creans celos. Ipse deus formans terram et faciens eam ipse plastes eius. Non in uanum creauit eam: ut habitetur formauit eam. Ego dominus et non est alius. Non in abscondito locutus sum: in loco terre tenebroso. Non dixi semini iacob frustra querite me. Ego dominus loquens iustitiam: annuncians recta. Congregamini et venite et accedite simul qui saluati estis ex gentibus. Nescierunt qui leuant + signum sculpture sue: et rogant dominum non saluantem. Annunciate et venite: et consiliamini simul. Quis auditum fecit hoc ab initio. Ex tunc predixi illud. Nunquid non ego dominus: et non est ultra deus absque me. Deus iustus et saluans: non est preter me. Conuertimini ad me et salui eritis omnes fines terre: quia ego deus et non est alius. In memetipso iuraui egredietur de ore meo iustitie verbum et non reuertetur: quia mihi + curuabitur omne genu: et iurabit omnis lingua. Ergo in domino dicet. Mee sunt iustitie et imperium. Ad eum venient: et confundentur omnes qui repugnant ei. In domino iustificabitur et laudabitur omne semen israel.

B

alias + lignum

Ro. 14. b

alias + curuabunt omnia genua

C Capi. Summa. C De destructione idolatrie: verba dei patris ubi increpat iudeos et reuocat ab idolis: et salutem promittit in filio. Cap. xlvi.

A

C + Onfractus est bel: contritus est nabo: + facta sunt simulachra eorum bestijs et iumentis. Onera vestra graui pondere usque ad lassitudinem: contabuerunt: et contrita sunt simul. Non potuerunt saluare portantem: et anima eorum in captiuitatem ibit. Audite me domus iacob: et omne residuum domus israel. Qui portamini a meo utero: qui gestamini a mea vulua. Usque ad senectam ego ipse: et usque ad canos ego portabo. Ego feci et ego feram: + ego portabo et saluabo. Cui assimilastis me et adequastis: et comparastis me: et fecistis similem? Qui confertis aurum de sacculo: et argentum in statera pon-

alias + curuatus

alias + conflatus

alias + fracta

B

alias hebr. + et

3. Reg. 4. c. baruch 6. c.

derantis: conducentes artificem ut faciat deum: et procidunt et adorant. Portant illum in humeris gestantes: et ponentes in loco suo et stabit: ac de loco suo non mouebitur. Sed et cum clamauerint ad eum non audiet: de tribulatione non saluabit eos. Mementote istud et confundamini: redite preuaricatores ad cor. Recordamini prioris seculi quoniam ego sum deus: et non est ultra deus: nec est similis mei annuncians ab exordio nouissimum: et ab initio que necdum facta sunt: dicens. Consilium meum stabit: et omnis voluntas mea fiet. Uocans ab oriente + iustum: et de terra longinqua virum voluntatis mee. Et locutus sum et adducam illud: creaui et faciam illud. Audite me + duro corde: qui longe estis a iustitia. Prope feci iustitiam meam non elongabitur: et salus mea non morabitur. Dabo in syon salutem: et in + israel gloriam meam.

C

D

alias + auem

alias + duri

alias + hierusalem

C Ca. Sum. C Sermo domini contra babyloniam: ubi ostenditur eius superbia: humiliatio et destructio. Cap. xlvij.

A

D Escende: sede in puluere virgo filia babylon: sede in terra. Non est solium filie chaldeorum: quia ultra non vocaberis mollis et tenera. Tolle molam et mole farinam: denuda turpitudinem tuam. Discooperi humerum: reuela + crura: transi flumina. Reuelabitur ignominia tua: et videbitur opprobrium tuum. Ultionem capiam: et non resistet mihi homo. Redemptor noster dominus exercituum: nomen illius sanctus israel. Sede + tacens et intra in tenebras filia chaldeorum: quia non vocaberis ultra domina regnorum. Iratus sum super populum meum: contaminaui hereditatem meam: et dedi eos in + manu tua Non posuisti eis misericordias. Super senem aggrauasti iugum tuum valde: et dixisti. In sempiternum ero domina. Non posuisti hec super cor tuum: neque recordata es nouissimi tui. Et nunc audi hec delicata: et habitans confidenter: que dicis in corde tuo: ego sum et non est preter me amplius. Non sedebo vidua et ignorabo sterilitatem. Uenient tibi duo hec subito in die una: sterilitas et viduitas. Uniuersa venerunt super te propter multitudinem + maleficiorum tuorum: et propter duriciam incantatorum tuorum vehementem et fiduciam habuisti in malicia tua: et dixisti. Non est qui videat me. Sapientia tua

2. q. 5. c. si paulus

alias + eius

Nu. 5. b.

alias + tace

B

alias + manum tuum

alias + maleficiorum

C

hie. 49. c

⁊ sciētia tua hec decepit te. Et dixisti in corde tuo ego sū: ⁊ pter me nō est altera. Ueniet sup te malum: et nescies ortum eius: et irruet sup te calamitas: quam non poteris expiare. Uenit sup te repente miseria quā nescies. Stacū incantatoribus tuis: ⁊ cū multitudine maleficiorū tuorū in quib⁹ laborasti ab adolescētia tua: si forte qd ꝓsit tibi: aut si possis fieri fortior. Defecisti in multitudine cōsiliorū tuorū. Stent ⁊ saluēt te augures celi q contēplabant̄ sydera: ⁊ supputabant menses vt ex eis annunciarent vētura tibi. Ecce facti sūt q̄si stipula: ignis cōbussit eos. Non liberabunt animā suam de manu flāme: nō sunt prune quibus calefiant: + nec focus vt sedeāt ad eū. Sic facta sūt tibi: in qbuscūq laborauerás. Negociatores tui ab adolescentia + tua: vnusqsq in via sua errauerunt. Non est q saluet te.

D — al's + ⁊ — al's + sua

¶ Cap. Sū. ¶ Increpat dñs duricias iudeorū p sapientiā qua cognoscit futura: p potentiā qua creauit oīa: se colendū probat ⁊ nō idola ꝓpter q̄ traditi sunt inimicis: de liberatione eorum. Cap. xlviij.

A Audite hec domus iacob: qui vocamini nomine israel: ⁊ de aquis iuda existis qui iuratis in nomine domini: ⁊ dei israel recordamini: non in veritate neq in iustitia. De ciuitate enim sancta vocati sunt: ⁊ super deum israel constabiliti sunt. Dominus exercituum nomen eius. Priora extunc annunciaui: ⁊ ex ore meo exierunt ⁊ audita feci ea: repente operatus sum ⁊ venerunt. Sciui enim quia durus es tu: ⁊ neru⁹ ferreus ceruix tua: ⁊ frōs tua + erea. Predixi tibi extunc: anteq̄ venirent indicaui tibi: ne forte diceres: idola mea fecerūt hec: ⁊ sculptilia mea ⁊ cōflatilia mādauerūt ista. Que audisti, vide omnia. Uos aūt nō annūciastis. Audita tibi feci noua extūc: + ⁊ conseruata + sūt q̄ nescis. Nunc creata sunt ⁊ nō extūc ⁊ ante diem: ⁊ non audisti ea: ne forte dicas. Ecce + ego cognoui ea. Neq audisti neq cognouisti neq extunc aperta est auris tua. Scio enī quia puaricans puaricaberis: ⁊ trāsgressorē ex + vtero vocaui te. Propter nomen meū longe faciam furorē meū: ⁊ laude mea infrenabo te ne intereas. Ecce excoxi te: sed nō q̄si argentū: elegi te in camino paupertatis. Propter me + propter me faciā: vt non blasphemer: ⁊ gloriam meā

al. + enea — B — al. nō h3 + ⁊ — al. nō h3 + sunt — al' nō h3 + ego — al's + ventre — al's nō reperit + ppter me

alteri nō dabo. Audi me iacob: ⁊ isrl' quē ego voco. Ego ipse: ego prim⁹ ⁊ ego nouissimus. Man⁹ quoq mea fundauit terrā ⁊ dextera mea mēsa ē celos. Ego vocabo eos: ⁊ stabūt simul. Cōgregamini omnes vos: ⁊ audite. Quis de eis annūciauit hec? Dominus dilexit eū: faciet volūtatē suā in babylone: ⁊ brachiū suū in chaldeis. Ego locutus sum ⁊ vocaui eū: adduxi eū ⁊ directa est via ei⁹. Accedite ad me ⁊ audite hec. Nō a principio in abscōdito locutus sū. Ex tempore antequā fierēt ibi eram: ⁊ nūc dñs deus misit me ⁊ spiritus eius. Hec dicit dñs + deus redemptor tu⁹ sanct⁹ isrl'. Ego dñs deus tuus docens te vtilia: gubernans te in via qua ambulas. Utinā attendisses mādata mea. Factā fuisset sicut flumē pax tua: ⁊ iustitia tua sicut gurgites maris. Et fuisset quasi arena semen tuū: ⁊ stirps vteri tui vt lapilli ei⁹. Nō interisset: ⁊ nō fuisset attritū nomē ei⁹ a facie mea. Egredimini de babylōe: fugite a chaldeis in voce exultatiōis annūciate: auditū facite hoc: ⁊ + efferte illud vsq ad extrema terre. Dicite. Redemit dominus seruum suum iacob. Non sitierunt in deserto cū educeret eos. Aquam de petra produxit eis: ⁊ scidit petram ⁊ fluxerunt aque. Nō est pax impiis: dicit dominus.

s. 42. b. — s. 41. b. — s. 44. a. — C — al's non h3 + de — B — al's + terre — infra. 57. d

¶ Ca. Sū. ¶ Verba filij ad ecclesiam sub nomine insularum: vbi dicit se missum ad salutem: tam gentium q̄ iudeorū: loquit̄ pater ad filium de conuersis ad ipsū: consolatur dominus ecclesiam sub nomine syon: vbi dicit credentes in ipsam vndiq congregandos: ⁊ quod preda tolletur a forti. Cap. xlix.

A Audite insule: ⁊ attendite populi de lōge. Domin⁹ ab vtero vocauit me: de ventre matris mee recordat⁹ ē nois mei. Et posuit os meū quasi gladiū acutū: in vmbra manus sue ptexit me: ⁊ posuit me sicut sagittā electā. In pharetra sua abscondit me: ⁊ dixit mihi. Seru⁹ meus es tu israel: q: in te + glorïabor. Et ego dixi. In vacuū laboraui: sine causa ⁊ vane fortitudinē meam consumpsi. Ergo iudiciū meum cū domino: ⁊ opus meū cū deo meo. Et nunc hec dicit dominus formans me ex vtero seruum sibi vt reducam iacob ad eum: ⁊ israel non congregabitur. Et glorificatus sum in oculis dñi: ⁊ deus meus factus

al's + glorificabor — B

factus est fortitudo mea. Et dixit. Parum est vt sis mihi seru⁹ ad suscitādas trib⁹ Jacob: ⁊ feces israel ꝯuertēdas. Dedi te in lucem gētiū: vt sis salus mea vsq3 ad extremū terre. Hec dicit dñs redēptor israel: sanctus ei⁹: ad contemptibilem animā: ad abominatā gētem: ad seruū dominorū. Reges videbūt ⁊ consurgēt principes ⁊ adorabūt ꝓpter dominū: q2 fidelis est: ⁊ sanctū israel qui elegit te. Hec dicit dñs. In tēpore placito exaudiui te: ⁊ in die salutis auxiliatus sum tui. Et seruaui te ⁊ dedi te in fedus populi vt suscitares terrā: ⁊ possideres hereditates dissipatas: vt diceres his q vincti sūt exite: ⁊ his q in tenebris reuelamini. Super vias pascetur: ⁊ in omnib⁹ planis pascue eorū. Non esurient neq3 sitiēt: ⁊ nō percutiet eos estus ⁊ sol: q2 miserator eoꝝ reget eos: ⁊ ad fontes aquarū potabit eos. Et ponam omnes mōtes + meos in viā: ⁊ semite mee exaltabunt. Ecce isti de longe venient: ⁊ ecce illi ab aquilone ⁊ mari: ⁊ isti d̄ terra australi. Laudate celi: ⁊ exulta terra: iubilate montes laudē: q2 consolat⁹ est dñs pplm suū: ⁊ paupeꝝ suoꝝ miserebit. Et dixit syon: dereliquit me dñs: ⁊ domin⁹ oblit⁹ est mei. Nūqd obliuisci potest mulier infantē suum: vt nō misereat filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit: ego tñ nō obliuiscar tui. Ecce in manibus meis descripsi te: muri tui corā oculis meis semp. Venerūt structores tui destruētes te ⁊ dissipantes a te exibūt. Leua in circuitu oculos tuos ⁊ vide: ⁊ oēs isti cōgregati sunt: venerūt tibi. Viuo ego dicit dñs: q2 omnib⁹ his velut ornamēto vestieris: ⁊ circūdabis tibi eos quasi sponsa. Q2 deserta tua ⁊ solitudines tue ⁊ terra ruine tue nūc angusta erunt pre habitatorib⁹: ⁊ longe + fugabunt qui absorbebāt te. Adhuc dicēt in aurib⁹ tuis filij sterilitatis tue. Angust⁹ est mihi loc⁹: fac spatiū mihi vt habitem. Et dices in corde tuo. Quis genuit mihi istos? Ego sterilis ⁊ nō pariēs transmigrata ⁊ captiua: ⁊ istos qs enutriuit? Ego destituta ⁊ + sola: ⁊ isti vbi erāt? Hec dicit dominus de⁹. Ecce + leuabo ad gētes manū meam: ⁊ ad pplos exaltabo signū meū. Et afferent filios tuos in vlnis: ⁊ filias tuas super humeros portabūt. Et erunt reges nutricij tui: ⁊ regine nutrices tue. Vultu in terra + demisso adorabūt te: ⁊ puluerē pedū tuoꝝ lingēt. Et scies q ego domin⁹ sup quo nō confundentur q expectāt eum. Nūquid tolletur a forti preda: aut qđ captū fuerit a robusto saluū esse poterit. Q2 hec dicit dñs. Eqdē ⁊ captiuitas a forti tolletur: ⁊ qđ ablatū fuerit a robusto saluabitur. Eos vero q iudicauerūt te: ego iudicabo: ⁊ filios tuos ego saluabo. Et cibabo hostes tuos carnibus suis: ⁊ quasi musto sanguine suo inebriabūt. Et sciet omnis caro quia ego dominus saluans te: ⁊ redemptor tuus fortis Jacob.

Sup. 42. b / Act. 13. g. — E — 2. Cor. 6. a — Apoc. 7. d. — D — al. nō hz + meos — Jnfra. 52. e. — 2. q. 6. ca. ad romanā ij. — E — Jnfra. 60. a — al. + effugabunt — F — als + desolata — al. + leuo — als + demisso — G

¶ Capituli Sūmariū. ¶ De iudea reprobata: de passionib⁹ christi ⁊ de pena iudeorū obstinatorum. Cap. L.

Hec dicit dominus. Quis est hic liber repudij matris vestre: quo dimisi eam? aut quis est creditor meus: cui vendidi vos? Ecce enim in iniqtatib⁹ vestris venditi estis: ⁊ in scelerib⁹ vestris dimisi matrē vestram: quia veni ⁊ nō erat vir: vocaui ⁊ nō erat qui audiret. Nūquid abbreuiata ⁊ paruula facta est manus mea vt nō possim redimere: aut nō est in me virtus ad + liberandu3? Ecce in increpatione mea desertum faciā mare: ponā flumina in siccū. Computrescēt pisces sine aq̄: ⁊ morientur in siti. Induam celos tenebris: ⁊ saccum ponam opertimentum eorum. + Dñs dedit mihi linguā eruditā vt sciā sustētare eū q + lassus est verbo. Erigit mane: mane erigit mihi aurē: vt audiam quasi magistrū. Dñs deus apit mihi aurē ego aūt non contradico: retrorsū nō abij. Corpus meū dedi percutiētibus: ⁊ genas meas vellentibus. Faciem meā non auerti ab increpantibus ⁊ cōspuentibus + in me. Dominus deus auxiliator meus: ⁊ ideo non sū confusus. Jdeo posui faciem meam vt petram durissimā ⁊ scio quoniā non confundar. Juxta est qui iustificat me. Quis + contradicet mihi? Stemus simul. Quis est aduersarius meus? Accedat ad me. Ecce + dominus deus auxiliator meus. Quis est qui condemnet me? Ecce omnes quasi vestimentum cōterentur: tinea comedet eos. Quis ex vobis timens + dominū: audiens vocem serui sui? Quis ambulauit in tenebris: ⁊ non est lumen ei: Speret in nomine domini: ⁊ innitatur super deum suū:

A — Osee. 4. 35. q. i. ca. hac itaq3 de pe. di. i. c. eccli a. Jnfra. 59. a — B — als + saluādus — als + dñs dat mihi linguā disciplinē vt sciam qñ oporteat loq verbum. — als + lapsus — C — Ma. 26. g — als non hz + in me — als + cōtradicit. — D — als non hz + dñs — als + deū — als + ei⁹

Ecce vos omnes accendentes ignem: accincti flammis. Ambulate in lumine ignis vestri: et in flammis quas succendistis. ✠ De manu mea factum est hoc vobis. In doloribus dormietis.

Ps. lei.

al's ✠ vobis

¶ Cap. Su. ¶ De reprobatis iudeis et perfidis loquitur dominus ad populos: quibus gloriosam promittit ecclesiam: confortat quoque fideles: et desiderant fideles aduentu filii: qui respondet verba solatii, promittitur filius qui plantet celos et fundet terram: et vocantur ad penitentiam qui christum in passione negauerunt. Cap. li.

A Audite me qui sequimini quod iustum est: et queritis dominum. Attendite ad petram vnde excisi estis et ad cauernam laci de qua precisi estis. Attendite ad habraam patrem vestrum: et ad saram que peperit vos. Quia vnum vocaui eum et benedixi ei: et multiplicaui eum. Consolabitur ergo dominus syon: et consolabitur omnes ruinas eius. Et ponet desertum eius quasi delitias et solitudinem eius quasi hortum domini. Gaudium et letitia inuenietur in ea: gratiarum actio et vox laudis. Attendite ad me ✠ popule meus: et tribus mea me audite. Quia lex a me exiet: et iudicium meum in lucem populorum requiescet. Prope est iustus meus: egressus est saluator meus: et brachia mea populos iudicabunt. Me insule expectabunt et brachium meum sustinebunt. Leuate in celum oculos vestros: et videte sub terra deorsum: quia celi sicut fumus liquescent: et terra sicut vestimentum atteretur: et habitatores eius sicut hec interibunt. Salus autem mea in sempiternum erit: et iustitia mea non deficiet. Audite me qui scitis iustum: populus meus lex mea in corde eorum. Nolite timere opprobrium hominum: et ✠ blasphemias eorum ne metuatis. ✠ Sicut enim vestimentum sic comedet eos vermis: et sicut lanam sic deuorabit eos tinea. Salus autem mea in sempiternum erit: et iustitia mea in generationes generationum. Consurge consurge: induere fortitudinem brachium domini. Consurge sicut in diebus antiquis in generationibus seculorum. Nunquid non tu percussisti superbum: vulnerasti draconem? Nunquid non tu siccasti mare: aquam abyssi vehementis? Qui posuisti profundum maris viam: vt transirent liberati. Et nunc qui redempti sunt a domino reuertentur: et venient in syon laudantes: et letitia sempiterna super capita eorum. Gaudium et letitiam tenebunt: fugiet dolor et gemitus. Ego ego ipse consolabor vos. Quis tu vt timeas ab homine mortali: et a filio hominis: qui quasi fenum ita arescet et oblitus es domini ✠ factoris tui: qui tetendit celos: et fundauit terram: et formidasti iugiter tota die a facie furoris eius qui te tribulabat: et parauerat ad perdendum? Ubi nunc est furor tribulantis? Cito veniet gradiens ad aperiendum et non interficiet vsque ad ✠ internitionem nec deficiet panis eius. Ego autem sum dominus deus tuus qui conturbo mare: et intumescunt fluctus eius: dominus exercituum nomen meum. Posui verba mea in ore tuo: et in vmbra manus mee protexi te: vt plantes celos et fundes terram et dicas ad sion populus meus es tu. Eleuare: eleuare: consurge hierusalem: que bibisti de manu domini calicem ire eius. Usque ad fundum calicis soporis bibisti: et potasti vsque fecem. Non est qui sustentet eam ex omnibus filiis quos genuit: et non est qui apprehendat manum eius ex omnibus filiis quos enutriuit. Duo sunt que occurrerunt tibi. Quis contristabitur super te? Uastitas et contritio et fames et gladius. Quis consolabitur te? Filii tui proiecti sunt: dormierunt in capite omnium viarum sicut ✠ orix illaqueatus pleni indignatione domini: increpatione dei tui. Idcirco audi hec paupercula et ebria non a vino. Hec dicit dominator tuus dominus: et deus tuus qui pugnauit pro populo suo. Ecce tuli de manu tua calicem soporis: fundum calicis indignationis mee. Non ✠ adiicies vt bibas illum vltra. Et ponam in manu eorum qui te humiliauerunt: et dixerunt anime tue incuruare vt transeamus: et posuisti vt terram corpus tuum: et quasi viam transeuntibus.

¶ Cap. Su. ¶ Excitatur ecclesia ad virtutes: de redemptione nostra: commendantur predicatores: et iubentur apostoli exire de polluta ciuitate. Cap. lii.

C Onsurge consurge: induere fortitudine tua syon. Induere vestimentis glorie tue hierusalem ciuitas ✠ sancti: quia non adiiciet vltra vt pertranseat per te incircumcisus et immundus. Excutere de puluere.

Marginalia: A; B; al's ✠ populus; C; al's ✠ blasphemias; al. ✠ Sicut vestimentum consumet te pe...; Ira 52. a.; F. D; al. ✠ creatoris; E; al's ✠ internetionem; F; G; al's ✠ bestia illaqueata; al. ✠ adiiciam; H; vl. 15. e. A. sup. 51. c.; al's ✠ sancta

recõsurge:sede hierusalem. Solue vincula colli tui captiua filia sion: q2 hec dicit domin⁹. Gratis venundati estis ⁊ sine argento redimemini. Quia hec dicit domin⁹ de⁹. In egyptum descendit populus me⁹ in principio vt colon⁹ esset ibi: ⁊ assur absq3 vlla causa calumniatus est eum. Et nunc quid mihi est: hec dicit dominus? Quoniam ablatus est populus me⁹ gratis. Dominatores eius inique agũt dicit dominus: ⁊ iugiter tota die nomen meũ blasphematur. Propterea sciet populus me⁹ nomen meũ in illa die: q2 ego ipse q loquebar ecce adsum. Quam pulchri su per montes pedes annũciantis ⁊ predicãtis pacem: annũciantis bonum predicantis salutem dicentis Sion regnabit de⁹ tuus. Uox speculatorum tuorũ. Leuauerunt vocem: simul laudabũt: quia oculo ad oculum videbũt cum conuerterit dominus sion. Gaudete ⁊ laudate simul deserta hierusalem: quia consolatus est dominus populũ suum: redemit hierusalem. Parauit domin⁹ brachiũ sanctũ suũ in oculis omniũ gentiũ: ⁊ videbũt omnes fines terre salutare dei nostri. Recedite recedite: exite inde: pollutũ nolite tãgere. Exite de medio eius: mũdamini qui fertis vasa domini. Quoniam nõ in tumultu exibitis: nec in fuga properabitis. Precedet enim vos domin⁹: ⁊ congregabit vos de⁹ israel. Ecce intelliget seru⁹ me⁹: exaltabitur: ⁊ eleuabitur: ⁊ sublimis erit valde. Sicut obstupuerunt super te multi: sic inglorius erit inter viros aspect⁹ eius: ⁊ forma eius inter filios hominũ. Iste asperget gentes multas: super ipsum continebũt reges os suum. Quia quibus nõ est narratum de eo viderũt: ⁊ qui non audierũt contemplati sunt.

¶ Capituli Sũmarium. ¶ Prophetat de passione Jesu christi futura: cui promittitur q post passionem erit saturitas gentium in fide. Cap. liij.

Quis credidit auditui nostro: ⁊ brachiũ domini cui reuelatum est? Et ascendet sicut virgultum coram eo: ⁊ sicut radix de terra sitienti. Non est species ei neq3 decor. Et vidimus eum ⁊ non erat aspectus: ⁊ desiderauimus eum despectũ ⁊ nouissimũ virorũ: virũ dolorum ⁊ scientem infirmitatem. Et quasi absconditus vultus eius ⁊ despectus: vnde nec reputauimus eũ. Uere languores nostros ipse tulit: ⁊ dolores nostros ipse portauit. Et nos putauimus eum quasi leprosum: ⁊ percussum a deo ⁊ humiliatũ. Ipse autem vulnerat⁹ est propter iniquitates nostras: attritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostre super eum: ⁊ liuore ei⁹ sanati sumus. Omnes nos quasi oues errauimus: vnusquisq3 viam suam declinauit: ⁊ posuit dominus in eo iniqtatem omniũ nostrũ. Oblatus est quia ipse voluit: ⁊ non aperuit os suum. Sicut ouis ad occisionem ducetur: ⁊ quasi agn⁹ coram tondente se obmutescet: ⁊ nõ aperiet os suum. De angustia ⁊ de iudicio sublatus est. Generationem eius quis enarrabit? Quia abscisus est de terra viuentium. Propter scelus populi mei percussi eum. Et dabit impios pro sepultura: ⁊ diuites pro morte sua eo q iniquitatem nõ fecerit: neq3 dolus fuerit in ore eius ⁊ domin⁹ voluit conterere eũ in infirmitate. Si posuerit pro peccato animã suã: videbit semẽ longeuũ: ⁊ volũtas domini in manu ei⁹ diriget. Pro eo q laborauit anima ei⁹: videbit ⁊ saturabit. In sciẽtia sua iustificabit ipse iust⁹ seruus meus multos ⁊ iniqtates eorũ ipse portabit. Ideo dispartiã ei plurimos: ⁊ fortiũ diuidet spolia: pro eo q tradidit in mortẽ animã suã: ⁊ cũ sceleratis reputat⁹ est. Et ipse peccatã multorũ tulit: ⁊ pro trãsgressorib⁹ rogauit.

¶ Capituli. Sũmariũ. ¶ De vocatiõe iudeorũ ⁊ gentium: ⁊ qualiter ecclesia edificatur de lapidibus preciosis: ⁊ de fabro q sufflat prunas. Cap. liiij.

Lauda sterilis que non paris: decanta laudem ⁊ hinni que nõ pariebas: quoniã multi filij deserte magis q̃ ei⁹ q habebat virũ dicit domin⁹. Dilata locũ tentorij tui: ⁊ pelles tabernaculorum tuorum extende. Ne parcas. Longos fac funiculos tuos: ⁊ clauos tuos consolida. Ad dexterã. n. ⁊ ad leuam penetrabis: ⁊ semen tuum gentes hereditabit: ⁊ ciuitates desertas inhabitabit. Noli timere: quia nõ confunderis neq3 erubesces. Non enim te pudebit: quia confusionis adolescẽtie tue obliuisceris: ⁊ opprobrij viduitatis tui nõ recordaberis amplius. Quia dominabit tui qui fecit te dñs exercituũ nomen

B mat 5. b. j. Pe. 2. d. de pe. di. 2. c. sicut. de celebr. miss. c. cũ marthe.

C al's tõdente. de pe. di. 2. c. si em. al' Quis. 24. q. j. c. nõ turbat. al' percussit eum. de sũ. tri. ca. j. 2. Pe. 2. d.

D de pe. di. 3. c. talis. al's diuitem. al's fuit. al's dei. mar. 15. d. Luc. 22. d. al' peccatũ.

A Gal. 4. d. Luc. 23. d. al's hi.

B

eius:⁊ redẽptor tuus sanctus israel: deus
oĩs terre vocabit. Quia vt mulierẽ derelí-
ctã ⁊ merentẽ spũ vocauit te dñs:⁊ vxorẽ
ab adolescẽtia abiectam. Dixit de⁹ tu⁹. Ad
pũctũ in modico dereliq te:⁊ in misera-
C tionib⁹ magnis ꝯgregabo te. In momen
to indignationis abscondi facie; meam
parũper a te:⁊ in misericordia sempiter-
na misert⁹ sum tui. Dixit redẽptor tuus
dñs. Sicut in dieb⁹ noe istud mihi est:
al. ✠ noe — cui iuraui ne inducerẽ aquas ✠ diluuij
vltra sup terrã: sic iuraui vt nõ irascar ti
bi:⁊ nõ increpẽ te. Mõtes.n.cõmouebũ-
tur:⁊ colles contremiscent: misericordia
aũt mea nõ recedet a te:⁊ fedus pacis mee
nõ mouebit. Dixit miserator tu⁹ domi-
nus. Paupercula tẽpestate cõuulsa absq;
vlla ꝯsolatione: ecce ego sternã per ordinẽ
lapides tuos:⁊ fundabo te in saphyris. Et
ponã iaspidem ꝓpugnacula tua:⁊ portas
tuas in lapides sculptos:⁊ oẽs terminos
D tuos in lapides desiderabiles. Uniuersos
filios tuos doctos a dño:⁊ multitudinẽ pa
cis filijs tuis:⁊ in iustitia fundaberis. Re
cede ꝓcul a calũnia: q2 nõ timebis:⁊ a pa
uore: q2 nõ appropinq̃bit tibi. Ecce accola
veniet: q nõ erat mecũ aduena quõdã tu⁹
adiũget tibi. Ecce ego creaui fabrũ sufflã-
tẽ in igne prunas:⁊ ꝓferentẽ vas in op⁹
suũ:⁊ ego creaui interfectorẽ ad disꝑdẽdũ.
Oẽ vas qd fictũ est ꝯtra te nõ diriget:⁊ oẽm
al. ✠ ꝯdẽnabis — linguã resistẽtẽ tibi: in iudicio ✠ iudica-
bis. Hec ẽ hereditas seruoꝝ dñi:⁊ iustitia
eorũ apud me: dicit domin⁹.

¶ Cap. Sũ. ¶ De baptismo ⁊ pplo xpia-
no: ⁊ de querendo dominũ:⁊ de verbo quod
nõ redit in vacuũ. Cap. lv.

A — Dei.15.c.fi. in fi. Apo.22.d.

OMnes sitiẽtes venite ad aq̃s ⁊ q nõ
hẽtis argẽtũ ꝓpate emite ⁊ cõedite.
Uẽite emite absq; argẽto ⁊ absq; vlla cõ
mutatiõe: vinũ ⁊ lac. Quare appẽditis ar
gẽtũ nõ in panib⁹:⁊ laborẽ vestꝝ nõ in sa
turitate? Audite audiẽtes me:⁊ comedi-
te bonũ ⁊ delectabit in crassitudine aĩa
B vestra. Inclinate aurẽ vestram ⁊ venite ad
me: audite ⁊ viuet anima vestra. Et feriã
vobiscũ pactũ sempiternũ: misericordias
al. ✠ fidelis — dauid ✠ fideles. Ecce testẽ populis dedi eũ:
ducẽ ac pceptorẽ gentib⁹. Ecce ✠ gẽtẽ quã
al. ✠ gentes quas — nesciebas vocabis:⁊ gẽtes que nõ cogno-
uerũt te: ad te currẽt: ꝓpter dñm deũ tuũ
⁊ sanctũ israel: q2 glorificauit te. Querite
dñm dũ inueniri potest: Inuocate eũ dũ
prope est. Derelinquat impi⁹ viam suam:
al's ✠ qui — ⁊ vir iniquus cogitationes suas:⁊ reuer
de pe. di.j. — tatur ad dñm ⁊ miserebit ei⁹:⁊ ad deũ no
§. his au ctoritati bus. — strũ quoniã multus est ad ignoscẽdum.
Nõ enim cogitationes mee cogitationes
vestre neq; vie vestre mee: dicit dñs. Quia
C sicut exaltant celi a terra: sic exaltate sunt
vie mee a vijs vestris:⁊ cogitationes mee
a cogitationib⁹ vestris. Et quomodo de-
scẽdit imber ⁊ nix de celo:⁊ illuc vltra nõ
al's ✠ reuertet — ✠ reuertit: sed inebriat terras ⁊ infundit
eã:⁊ germinare eã facit:⁊ dat semẽ serẽn-
ti:⁊ panem comedẽti: sic erit verbũ meũ:
D qd egredit de ore meo. Non reuertet ad
me vacuũ: sed faciet quecũq; volui:⁊ pro-
sperabit in his ad que misi illud. Q2 in
letitia egrediemini:⁊ in pace deducemi-
ni. Montes ⁊ colles cantabũt corã vo-
al's ✠ siluarũ — bis laudẽ:⁊ oĩa ligna ✠ regiõis plaudent
manu. Pro saliũcula ascẽdet abies:⁊ ꝓ vr
tica crescet myrth⁹. Et erit dñs noiat⁹ in
signum eternum: quod nõ auferetur.

¶ Cap. Sũ. ¶ De eunucho ⁊ custodiente
sabbatũ:⁊ propter malos pastores deuo-
ratur populus. Cap. lvi.

A

HEc dicit dñs. Custodite iudiciũ ⁊ fa-
cite iustitiã: q2 iuxta est salus mea vt
veniat ⁊ iustitia mea vt reueletur. Beat⁹
vir qui facit hoc:⁊ filius hominis qui ap-
prehẽdet istud. Custodiens sabbatu; ne
polluat illud: custodiens manus suas ne
faciat omne malũ. Et nõ dicat filius adue
B ne qui adheret domino dicẽs. Separatiõe
ne diuidet me domin⁹ a populo suo. Et
al. nõ h; — nõ dicat eunuchus: ecce ego lignum ari-
✠ qui — dũ. Quia hec dicit dominus eunuchis ✠
al. nõ h; — Qui custodierint sabbata mea:⁊ elegerint
✠ ego — que ✠ ego volui:⁊ tenuerint fedus meu;:
Sap.3.d — dabo eis in domo mea ⁊ in muris meis
// dis. S.c. — locũ:⁊ nomẽ melius a filijs ⁊ filiab⁹. No
si meli⁹. — men sempiternũ dabo eis: quod nõ peri-
al ✠ filijs — bit. // Et ✠ filios aduene qui adherent do
Sup.29. — mino vt colant eũ ⁊ ✠ diligãt nomẽ ei⁹:⁊
al's ✠ diligunt — vt sint ei in seruos: omnem custodiẽtem
sabbatũ ne polluat illud:⁊ tenẽtem fedus
C — meũ adducam eos in montem sanctu;
al's h; ✠ — meum:⁊ letificabo eos in domo orationis
eorum — mee. Holocausta ✠ ⁊ victime eorum place
Mat.21.b — bunt mihi super altari meo: // q2 domus
Mar.11.c. — mea domus orationis vocabitur cunctis
populis. Ait dominus deus: qui congre-

gat dispersos israel. Adhuc cōgregabo ad eū + cōgregatos eius. Omnes bestie agri venite ad deuorandum vniuerse bestie saltus. Speculatores eius ceci omnes: nescierūt vniuersi: canes muti nō valentes latrare videntes vana: dormientes & amātes somnia & canes impudētissimi nescierunt saturitatem. Ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam. Omnes in viaz suā declinauerūt: vnusquisqz ad auaritiam suam: a summo vsqz ad nouissimum. Venite sumamus vinum: & impleamur ebrietate: & erit sicut hodie: sic & cras & multo amplius.

Luc. 19. g als + de al. + cōgregationes

vi. 83. c. 2. j. q. 1. c. saluator: & fi. 16. q. 7. c. & hec diximus

D

di. 43. c. j. in pn. hier. 6. c. Sap. 2. b.

¶ Capituli. Sūmarium. ¶ De iusto cuius mors nō intelligitur ab impijs: increpantur iudei qꝫ christum in cruce subsannauerūt: & de idolis: de confitentibus in domino: de reprobatione iudeorū: & qꝫ impijs non est pax. Cap. lvij.

Iustus perit & + non est qui recogitet in corde suo: & viri misericordie colligūtur: quia nō est qui intelligat. A facie enim malitie collectus est iustus. + Veniat pax: requiescat in cubiculi suo: qambulauit in directione sua. Vos autem accedite huc filij auguratricis semē + adulteri & fornicarie. Super quem lusistis? Super quem dilatastis os: & eiecistis linguam? Nunquid non vos filij scelesti: semen mendax? Qui cōsolamini dijs subter omne lignum frondosum: immolantes paruulos in torrentibus subter + eminentes petras. In partibus torrētis pars tua: hec est sors tua. Et ipsis effudisti libamen: obtulisti sacrificiuz. Nūquid super his nō indignabor? Super montem excelsum & sublimem posuisti cubile tuuz: & illuc ascēdisti vt immolares hostias. Et post ostiuz & retro postem posuisti memoriale tuum: quia iuxta me discooperuisti & suscepisti adulterū. Dilatasti cubile tuū: & pepigisti cum eis fedus. Dilexisti stratū eorum manu aperta & ornasti te + regio vnguento & multiplicasti pigmenta tua. Misisti legatos tuos procul: & humiliata es vsqz ad inferos. In multitudine vie tue laborasti: nec dixisti: quiescam. Vitam manus tue inuenisti. Propterea non rogasti. Pro quo sollicita timuisti: qꝛ mentita es: & mei nō es recordata: neqꝫ cogitasti in corde tuo: quia ego tacens & quasi nō videns & mei oblita es. Ego autem annunciabo iustitiam tuam: & opera tua nō proderūt tibi: cuz clamaueris liberent te congregati tui. Et omnes eos auferet ventus: tollet aura. Qui autem fiduciam habet mei: hereditabit terrā & possidebit mōtem sanctum meum. Et dicam. Viam facite prebete iter: declinate de semita: auferte offendicula de via populi mei. Quia hec dicit + excelsus & sublimis habitans eternitatem: & sanctum nomen eius in excelso & in sancto habitans: & cum contrito & humili spiritu vt viuificet spiritum humilium: & viuificet cor contritorū. Non enim in sempiternuz litigabo: neqꝫ vsqz ad finez irascar: quia spiritus a facie mea egredietur & flatus ego faciam. Propter iniquitatem auaritie eius iratus sum: & percussi eum. Abscondi + & indignatus sum. Et abijt vagus in via cordis sui. Vias eius vidi & + sanaui euz & reduxi eū: & reddidi consolationes ipsi & lugentibus eius. Creaui fructum labiorum pacem: pacem ei qui lōge est & qui prope: dixit dominus: & sanaui eum. Impij autez quasi mare feruens quod quiescere non potest: & redundant fluctus eius in conculcationem & lutuz. Non est pax + impijs: dicit dominus deus.

A

al. + nō

al + dicit

al + adultere

als + imminētes

B

al. nō hꝫ + fedus

al. + regi

C

al. + dicit

D

de pe. di. 1. c. talis. als hꝫ + a te faciē meā als + dimisi

sup. 48. d als + dicit dñs deꝰ meꝰ impijs

¶ Capituli Sūmarium. ¶ De ieiunio & elemosyna & alijs operibus misericordie & de veneratione & obseruatiōe sabbati: & de premijs eorūdem. Cap. lviij.

Clama ne cesses quasi tuba exalta vocem tuaz: & annūcia populo meo scelera eorū: & domui iacob peccata eorū. Me etenim de die in diem querūt: & scire vias meas volūt quasi gens que iustitiaz fecerit & que iudiciū dei sui nō dereliquerit. Rogant me iudicia iustitie: & appropinquare deo volūt. Quare ieiunauimus & nō aspexisti: humiliauimus animas nostras & nescisti? Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra: & omnes debitores vestros repetitis. Ecce ad lites & ad contentiones ieiunatis: & percutitis pugno impie. Nolite ieiunare sicut vsqz ad hanc diem vt audiatur in excelso clamor vester. Nūquid tale est ieiuniuz quod elegi per diē affligere hominem animam suam? Nunquid contorquere quasi circulū caput suū: & saccum & cinerem sternere. Nunquid

A

di. 43. c. j.

33. q. 4. c. xpianꝰ.

B

istud + vocabis ieiuniū: τ diem accepta-
bilem domino. Nōne hoc est magis ieiuni
um qd̄ elegi? Dissolue colligationes im
pietatis: solue fasciculos deprimētes. Di-
mitte eos q cōfracti sunt liberos: τ omne
onus dirumpe. Frange esurienti panē tuū:
τ egenos vagosq; induc i domū tuā. Cū
videris nudū operi eū et carnē tuam ne
despexeris. Tūc erumpet qsi mane lumē
tuū τ sanitas tua citius orief. Et anteibit
faciem tuam iustitia tua: τ gloria domini
colliget te. Tūc inuocabis + τ dominus
exaudiet: clamabis τ dicet ecce adsum: +
qa misericors sum dominus deus tuus.
Si abstuleris de medio tui cathenam: et
desieris extendere digitū: τ loq quod nō
pdest cū effuderis esurienti aiam tuam: et
animam afflictam repleueris orief in te-
nebris lux tua: τ tenebre tue erūt sicut me
ridies. Et requiem tibi dabit dominus de
us tu' semper: τ implebit splendoribus
animam tuam: τ ossa tua liberabit Et eris
quasi hortus irrigu': τ sicut fons aqua-
rū cui' nō deficiēt aque. Et edificabūtur i
te deserta seculoꝝ: fundamenta generatio-
nis τ generationis suscitabis. Et vocabe-
ris edificator sepiū: auertēs semitas i qe-
tem Si auerteris a sabbato pedem tuū
facere volūtatem tuam i die sancto meo:
τ + vocaberis sabbatum delicatum τ san
ctū domini gloriosum: τ glorificaueris
eum dum non facis vias tuas: et non in-
uenitur voluntas tua vt loquaris sermo-
nem: tūc delectaberis super domino: τ su-
stollam te super + altitudines terre: τ ciba
bo te hereditate iacob patris tui. Os enim
domini locutum est.

al's + vocant — 23.q.5.c. mētem — 83.qō.2.c. si extimemus — di. 21. ca. oino — 89.di.ca decēter — C — al's + me — al. nō hꝫ + q: misericors sū dñs de' su' — B — al's + vocaueris — al's + altitudinē.

¶ Capituli Summariū. ¶ Potēs est de' ad saluādum benign' ad audiēdum: sed nostre iniqtates obsistūt: de armatura q̄ indutus est dominus. Cap. lix.

A — s.50.a — Nu.11.c. — 11.q.3.ca. oīpotētē — Eze.1.d

Ecce non est abbreuiata manus do-
mini vt saluare nequeat: neq; aggra
uata est auris eius vt nō exaudiat: sed ini
quitates vestre diuiserūt inter vos et de-
um vestrum: et peccata vestra absconderūt
faciem eius a vobis ne exaudiret. Manus
enim vestre pollute sunt sanguine: et di-
giti vestri iniqtate. Labia vestra locuta sūt
mēdacium: τ lingua vestra iniqtatem fa-
tur. Non est qui inuocet iustitiam: neq;
est qui iudicet vere: sed confidunt in ni-
hili: τ loquuntur vanitates. Concepe-
runt + laborem: τ pepererunt iniquita-
tem. Oua aspidum ruperunt: et telas ara
nee texuerunt. Qui comederit de ouis eo
rum morietur: τ quod confotum est erū
pet in regulum. Tele eorum non erūt in
vestimentum: neq; operientur operi-
bus suis. Opera eorum opera inutilia: τ
opus iniquitatis in manibus eorū. Pe-
des eorum ad malum currunt: τ festināt
vt effundant sanguinem innocētem. Co-
gitationes eorum cogitationes inutiles.
Vastitas τ contritio in vijs eorum. Viam
pacis nescierunt: τ non est iudicium in
gressibus eorum. Semite eorum incur-
uate sunt eis: omnis qui calcat in + eis
ignorat pacem. Propter hoc elongatum
est iudicium a nobis: et non apprehen-
det nos iustitia. Expectauimus lucem et
ecce tenebre: splēdorem τ in tenebris am
bulauimus. Palpauimus sicut ceci pa-
rietem: et quasi absq; oculis attrectaui-
mus. Impegimus meridie quasi in tene
bris: in caliginosis quasi mortui. Rugie
mus quasi vrsi omnes: et quasi columbe
meditantes gememus. Expectauimus iu
dicium et non est: salutem: et elongata
est a nobis. Multiplicate sunt enim ini-
quitates nostre coram te: τ peccata nostra
responderunt nobis. Quia scelera nostra
nobiscum τ iniquitates nostras cogno-
uimus: peccare τ mentiri contra domi-
num: et auersi sumus ne iremus post ter
gum dei nostri: vt loqueremur calum-
niam τ transgressionem. Concepimus τ
locuti sumus de corde verba mendacij: τ
conuersum est retrorsum iudicium: τ iu
stitia longe stetit. Quia corruit in + pla-
tea veritas: τ equitas non potuit ingredi.
Et facta est veritas in obliuione: τ qui re-
cessit a malo: prede patuit. Et vidit domi-
nus: τ malum apparuit in oculis eius:
quia non est iudicium. Et vidit + de-
us quia non est vir: τ aporiatus est: quia
non est qui occurrat. Et + saluabit sibi
brachium suum: τ iustitia eius ipsa + cō
firmauit eum. Indutus est + iustitia vt
lorica: τ galea salutis in capite ei'. Indu-
tus est vestimētis vltionis: τ opert' est qsi
pallio celi: sicut ad vindictam qsi ad retri-
butionem idignationis hostib' suis: τ vi-
cissitudinē inimicis suis. Insulis vicē red

Job.15.d — al's + dolorem — B — Prouer.1.b — al's + ea — al. nō hꝫ + ea necia — C — al's + plateis — al. nō hꝫ + deus — al's + saluauit — D — al's + cōfirmabit — Eph.6.c. — 1.thes.5.b — al's + iustitiam

det. Et timebūt q ab occidente nomen domini: & q ab ortu solis gloriam eius. Cum venerit q̄si fluuius violentus quem spiritus domini cogit: & venerit sion redemptor: & eis q redeūt ab iniq̄tate in iacob dicit dominus. Hoc fedus meū cū eis: dicit dominus. Spiritus meus q est in te: & verba mea q̄ posui in ore tuo: nō recedent de ore tuo & de ore seminis tui dicit dominus amodo & vsq3 in sempiternum.

¶ Capituli Sūmarium. ¶ De primitiua ecclesia: de gloria ecclesie i p̄nti & de beatitudine ipsius in futuro. Cap. lx.

A Surge illuminare + hierusalem quia venit lumen tuum: & gloria domini super te orta est. Qr ecce tenebre operiēt terram: & caligo populos: super te autem orietur dominus: & gloria + eius in te videbit. Et ambulabūt gētes in lumine tuo: & reges in splēdore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos & vide: omnes isti congregati sūt venerūt tibi. Filij tui de lōge venient: & filie tue + de latere surgēt. Tūc videbis & afflues & mirabit & dilatabit cor tuū: q̄ndo cōuersa fuerit ad te multitudo maris: fortitudo gentiū venerit tibi. Inundatio camelorū operiet te: dromedarij madian et effa. B Omnes de saba veniēt: aurū & thus deferētes: & laudem domino annūciātes. Omne pecus cedar cōgregabit tibi: arietes nabaioth ministrabūt tibi. Offerent super placabili altari meo & domū maiestatis mee glorificabo. C Qui sūt isti q vt nubes volāt: & q̄si columbe ad fenestras suas? Me enim insule + expectāt & naues maris in principio: vt adducam filios tuos de longe. Argētū eorū & aurū eorū cū eis nomini domini dei tui & sancto israel: q + glorificauit te. Et edificabūt filij peregrinorum muros tuos: & reges eorū ministrabūt tibi. In indignatiōe enim mea percussi te: & in recōciliatiōe mea misertus sum tui. Et aperientur porte tue iugiter: die ac nocte nō claudent: vt auferat a te fortitudo gētiū: & reges earum adducātur. Gēs enim et regnum qd nō seruierit tibi peribit: & gētes solitudine vastabūtur. Gloria libani ad te veniet: abies & buxus & pinus simul ad ornādū locū sanctificatiōis mee: & locū pedū meoꝝ glorificabo. Et veniēt ad te curui filij eorū q humiliauerūt te: & adorabunt vestigia pedū tuoꝝ: omnes q detrahebāt tibi: & vocabūt te ciuitatem domini sion sancti israel. Pro eo q fuisti derelicta & odio habita: et + nō erat q per te trāsiret: ponam te in superbiam seculorum gaudiū in generationem et generationem. Et suges lac gentium: et mammilla regum lactaberis. Et scies quia ego dominus saluās te: et redemptor tuus fortis iacob. Pro ere afferam aurum: & pro ferro afferam argētū: & pro lignis es: & pro lapidibus ferrū. D Et ponam visitationem tuam pacem: & prepositos tuos iustitiam. Non audietur vltra in terra iniq̄tas tua: vastitas et contritio + in terminis tuis: & occupabit salus muros tuos: & portas tuas laudatio. Nō erit tibi amplius sol ad lucēdū per diem: nec splēdor lune illuminabit te: sed erit tibi dn̄s i lucem sempiternam et deus tuus in gloriam tuam. Non occidet vltra sol tuus et luna tua nō minuet: qa dominus erit + tibi in lucem sempiternam: & complebūtur dies luctus tui. Populus aūt tuus omnes iusti in perpetuū hereditabūt terram: germē plātatiōis mee opus manus mee ad glorificādū. Minimus erit in mille: et paruulus i gētem fortissimā. Ego dn̄s i tempore eius subito faciam istō.

¶ Capituli Sūmariū. ¶ De vnctione & missiōe & predicatiōe Christi: de verbis ipsius ad predicatores: exultat ecclesia in decore suo. Cap. lxi.

A Spiritus domini super me: eo q vnxerit me. + Ad annūciandum mansuetis misit me: vt mederer contritis corde: & predicarem captiuis indulgentiam: et clausis apertionem: vt predicarem annum placabilem domino: & diem vltionis deo nostro: vt consolarer omnes lugentes vt ponerem + fortitudinem lugētibus sion: & darem eis coronam pro cinere: oleū gaudij pro luctu: palliū laudis pro spū meroris. B Et vocabūtur in ea fortes iustitie: plātatio domini ad glorificādū. Et edificabūt deserta a seculo & ruinas antiq̄s erigent: & instaurabūt ciuitates desertas et dissipatas in generationē & generationē. Et stabūt alieni & pascēt pecora vestra: & filij pegrinoꝝ agricole & vinitores vestri erūt. Vos aūt sacerdotes domini vocabimini: ministri dei + nostri dicet vobis. C Fortitudinē gentiū comedetis: & in gloria eoꝝ superbietis. Pro cōfusiōe vestra duplici & ru

Marginalia: al'. nō h3 + hier'3 — di. 15. ca. si. in fi. — al's + dn̄i — sup. 49. c — Mar. 8. a — al's + i latere surgent — al's + expectabūt — al's + glorificabit — apoc. 21. g — s. 35. a. — al's + nō erat q p̄s trāsiret — al's + nō erit — apoc. 21. g — apoc. 2. a — al'. nō h3 + tibi — de sa. vn. ca. vnico — Luc. 4. c. — al's h3 + dn̄s — al's + cōsolationē — al's + vrī

tore laudabūt patres eoꝝ. Propter hoc in terra sua duplicia possidebunt: leticia sempiterna erit eis. Quia ego dominꝰ diligēs iudiciū: ꝛ odio habens rapinā in + holocaustū. Et dabo opus eorū in veritate: ꝛ fedus perpetuū feriam eis. Et sciet in gentibus semen eoꝝ: ꝛ germen eorū in medio populoꝝ. Omnes qui viderint eos cognoscent illos: qꝛ isti sunt semen cui benedixit dn̄s. Gaudens gaudebo in domino: ꝛ exultabit aīa mea in deo meo. Quia induit me vestimētis salutis: ꝛ indumēto iusticie circūdedit me q̄si sponsū decoratum corona: ꝛ q̄si sponsam ornatam monilibꝰ suis. Sicut enī terra profert germen suū: ꝛ sicut hortus semen suū germinat sic dominus deus germinabit iustitiam ꝛ laudem coram vniuersis gentibus.

ℭ Capituli Sum. ℭ Predicatur aduentus Christi: fecūditas ecclesie ꝛ damor custodum: de iudicio. Cap. lxij.

PRopter sion non tacebo ꝛ propter hierusalem non quiescā: donec egrediatur vt splendor iustus eius: ꝛ saluator eiꝰ vt lampas accendatur. Et videbunt gentes iustum tuum: ꝛ cuncti reges inclytū tuum. Et vocabitur tibi nomen nouum: quod os domini nominauit. Et eris corona glorie in manu domini: ꝛ dyadema regni in manu dei tui. Non vocaberis vltra derelicta: ꝛ terra tua non vocabitur amplius desolata. Sed vocaberis voluntas mea in ea ꝛ terra tua + inhabitata. Quia complacuit domino in te: ꝛ terra tua inhabitabitur. Habitabit enim iuuenis cum virgine: ꝛ habitabunt in te filijˀ tui. Et gaudebit sponsus super + sponsam: ꝛ gaudebit super te deus tuus. Super muros tuos hierusalem constitui custodes: tota die ꝛ tota nocte in perpetuū non tacebunt. Qui reminiscimini domini: ne taceatis: ꝛ ne detis silentiū ei donec stabiliat ꝛ donec ponat hierusalem laudem in terra. Iurauit dn̄s in dextera sua: ꝛ in brachio fortitudinis sue. Si dedero triticum tuū vltra cibum inimicis tuis: ꝛ si biberint filij alieni vinum tuū in quo laborasti. Quia q congregabūt illud comedent ꝛ laudabūt dominū: et q cōportātillō bibēt in atrijs sanctis meis. Transite transite per portas: preparate viam polo. Planū facite iter ꝛ eligite lapides: et eleuate signum ad populos. Ecce dominus auditum fecit in extremis terre. Dicite filie sion. Ecce saluator tuus venit ecce merces eius cum eo: ꝛ opus eius coram illo. Et vocabunt eos populus sanctus: redempti a domino. Tu autem vocaberis quesita ciuitas: ꝛ non derelicta.

ℭ Ca. Sū. ℭ De ascensione ꝛ passione christi commemoratio preteritarum Christi et nouarum postulatio. Cap. lxiij.

QUis est iste qui venit de edom tinctis vestibus de bosra? Iste formosus in stola sua gradiēs in multitudine + fortitudinis sue. Ego qui loquor iustitiam ꝛ propugnator sum ad saluandum. Quare ergo rubrum est indumentum tuū: ꝛ vestimenta tua sicut calcantium in torculari. Torcular calcaui solus: ꝛ de gentibus non est vir mecum. Calcaui eos in furore meo: ꝛ conculcaui eos in ira mea. Et aspersus est sanguis eorum super vestimēta mea: ꝛ omnia indumenta mea inquinaui. Dies enim vltionis in corde meo: annus + retributionis mee venit. Circūspexi ꝛ non erat auxiliator: quesiui ꝛ non fuit qui adiuuaret. Et saluauit mihi brachiū meū: ꝛ indignatio mea ipsa auxiliata est mihi. Et conculcaui pp̄los in furore meo: ꝛ inebriaui eos in idignatiōe mea: ꝛ detraxi in terram virtutē eoꝝ. Miserationū domini recordabor: laudem domini super omnibus q̄ reddidit nobis dominꝰ: ꝛ super multitudinem bonoꝝ + domꝰ israel q̄ largitus est eis fm̄ indulgentiā suam: ꝛ fm̄ multitudinem + misericordiaꝝ suaꝝ. Et dixit. Uerūtamen pp̄ls meus est: filij nō negātes: ꝛ factꝰ est eis saluator in omni tribulatione eoꝝ. Non est tribulatꝰ: ꝛ angelus faciei eiꝰ saluauit eos. In dilectione sua ꝛ idulgētia sua ipse redemit eos: ꝛ portauit eos ꝛ eleuauit eos cūctis diebꝰ seculi. Ipsi autem ad iracūdiam prouocauerūt: ꝛ afflixerūt spiritū + sancti eius. Et conuersus est eis in inimicū: ꝛ ipse debellauit eos. Et recordatus est dieꝝ seculi moysi ꝛ pp̄li sui. Ubi est qui eduxit eos de mari: cū pastoribꝰ gregis sui. Ubi est q posuit in medio eiꝰ spm̄ sancti sui? Qui eduxit ad dexteram moysen brachio maiestatis sue: q scidit aq̄s ante eos vt facerent sibi nomē sempiternū: qui eduxit eos per abyssos quasi equum in deserto nō impingentem: quasi animal in campo. Descēdēs spūs domi-

Margin notes: ꝫ cō. di. 5 ca. nō mediocriter — al. + holocausto — D — di. 15. c. si. — al. nō hꝫ + enim — A — B — al. + inhabitabit — al. + sposa — C — D — sub. 40. c. zacha. 9. c. mat. 21. a. — A — al. + tu — B — 24. q. 3. c. quid — al. + redemptionis — al. + domui — al. + miserationū — C — al. + sctī

ni ductor ei⁹ fuit. Sic adduxisti pplm tuum: vt faceres tibi nomē glorie. Attēde de celo: & vide de habitacło sctō tuo & ✝ glorie tue. Ubi est zelus tu⁹ & fortitudo tua: multitudo viscerū tuoꝝ & miserationū tuarū? Super me cōtinuerūt se. Tu enim pater noster: & habraam nesciuit nos: & israel ignorauit nos. Tu dñe pater noster: redēptor noster: a seclo nomē tuū. Quare errare nos fecisti dñe de vijs tuis: indurasti cor nostrum ne timeremus te. Cōuertere ꝓpter seruos tuos: tribus hereditatis tue. Quasi nihilū possederunt pplm sanctum tuū: hostes nostri cōculcauerūt sanctificationem tuam. Facti sum⁹ q̄si in principio cū non dominareris nostri: neq̃ inuocaretur nomen tuū super nos.

¶ Capituli Summariū. ¶ Desiderat aduentus Christi: & ipse occurrit facienti iustitiam: confitētur mala sua & bonitatē dei commemorat. Cap. lxiiij.

A Utinam dirumperes celos & descenderes. A facie tua montes defluerent sicut exustio ignis tabescerent: aque arderēt igni vt notum fieret nomen tuum inimicis tuis: a facie tua gentes turbarētur. Cum feceris mirabilia non sustinebimus. B Descendisti: & a facie tua montes defluxerunt. A seculo non audierunt: neq̃ auribus perceperunt. Oculus nō vidit deus absq̃ te: q̄ preparasti ✝ expectātibus te. Occurristi letanti & facienti iustitiam: in vijs tuis recordabuntur tui. Ecce tu iratus es & peccauimus: in ipsis fuimus semper & saluabimur. Et facti sumus: vt ✝ immundi omnes nos: & quasi pannus menstruate ✝ vniuerse iustitie nostre. Et C cecidimus quasi folium vniuersi: & iniquitates nostre q̄si ventus abstulerūt nos. Non est qui inuocet nomen tuū: q consurgat et teneat te. Abscōdisti faciem tuam a nobis: & allisisti nos in manu iniqtatis nostrē. Et nūc domine pat noster es tu: nos vero lutū: & fictor noster tu: & opera manuū tuarū omnes nos. D Ne irascaris domine satis: & ne vltra memineris iniqtatis ✝ nostre. Ecce ✝ respice pp̄ls tu⁹ omnes nos. Ciuitas ✝ scti tui facta est deserta: sion deserta facta est: hierlm desolata: domus sanctificatiōis nostre & glie nostre: vbi laudauerūt te patres nostri: facta est i exustionē ignis: & oīa desiderabilia nostra versa sunt in ruinas. Nunqd super his continebis te domine: tacebis & affliges nos vehemēter?

¶ Capituli Summarium. ¶ Uox Christi: de passiōe sua & cōtra iudeos: de idolatria: & de distātia inter seruiētem dominos & non seruientem deo: de felicitate hierusalem. Cap. lxv.

A Quesierunt me qui ante non interrogabant: inuenerunt qui non quesierunt me. Dixi. Ecce ego ecce ego ad ✝ gentem ✝ que nesciebat me: & que non inuocabat nomen meum. Expādi manus meas tota die ad populum incredulum: qui graditur in via non bona post cogitationes suas. Populus qui ad iracundiam prouocat me ante faciem meam semper: qui immolant in hortis & sacrificant super lateres: qui habitant in sepulchris et in delubris idolorum dormiunt: qui comedunt carnem suillam: & ius prophanum in vasis eorum: qui dicunt recede a me: non appropinques mihi quia immundus es. Isti fumus erunt in furore meo: ignis ardens tota die. Ecce scriptū est coram me. Non tacebo sed reddam et retribuam in ✝ sinu eorum iniquitates vestras: et iniquitates patrum vestrorum simul dicit domin⁹: qui sacrificauerūt super montes & super colles exprobrauerūt mihi: & remetiar opus eorū primū in sinu eorū. B Hec dicit domin⁹. Quomodo si inueniatur granū i botro: & dicat ne dissipes illud: quoniam bñdictio est: sic faciam propter seruos meos vt nō disperdam totū. Et educam de iacob semē: & de iuda possidētem mōtes ✝ meos. Et hereditabūt eam electi mei et serui mei habitabūt ibi: erūt campestria in caulas gregum: et vallis achor in cubile armētorum populo meo: qui requisierūt me. Et vos qui dereliquistis dñm: q obliti estis mōtem sctū meum: qui ponitis fortune mēsam & libatis super eam: numerabo vos in gladio & oēs i cede corruetis: pro eo q vocaui et nō respōdistis: locutus sum & nō audistis: & faciebatis malū i oculis meis: et q̄ nolui elegistis. Propter hoc hec dicit dñs de⁹. Ecce serui mei comedēt: & vos esurietis. Ecce serui mei bibēt: & vos sitietis. Ecce serui mei letabunt: & vos cōfūdemini. C Ecce serui mei laudabūt p̄ exultatiōe cordis: & vos clamabitis pre dolore cordis: & p̄ cō-

Marginalia (left): deu. 2⁹. d. | baru. 2. d. | als ✝ solio. | 11. q. 2. ca. qui diuina. §. de mortuis | 1. cor. 2. b. | al. ✝ diligētib⁹ | al. ✝ immūdus. | als ✝ oēs | ps. 78. | al. nō hz ✝ nostre | als ✝ dñe | als ✝ scta tua

Marginalia (right): Ro. 10. d. | al. ✝ gētē | al. nō hz ✝ que nesciebāt | al. ✝ sinu | al. ✝ sctōs | pre. 1. c. hie. 7. ca.

tritióe spūs vlulabitis: et dimittetis nomé vestrū i iuramētū electis meis. Et interficiet te dn̄s deus: et seruos suos vocabit nomine alio. In quo qui bn̄dictus est super terram bn̄dicetur i + deo amé. Et q iurat in terra: iurabit i deo amé. Quia obliuioni tradite sūt angustie priores: et q a absconditę sūt ab oculis nostris. Ecce eni ego creo celos nouos et terram nouam et non erūt i memoria priora. Et nō ascēdēt super cor: sed gaudebitis et exultabitis vsq in sempiternū i his q ego creo. Quia ecce ego creo hierusalem exultationem: et ppl'z ei⁹ gaudiū et exultabo i hierusalem: et gaudebo i populo meo: et nō audief i ea vltra vox flet⁹ et vox clamoris. Nō erit ibi amplius infans dierū: et senex q nō impleat dies suos: qm̄ puer cētum annorum morietur: et peccator cētū annorū maledictus erit. Et edificabūt domos et habitabūt: et plātabūt vineas et comedēt + fruct⁹ earum. Nō edificabūt et ali⁹ habitabit: nō plātabūt et alius comedet. Scdm̄ enim dies ligni: erūt dies ppl'i mei et opera manuū eoꝝ inueterabūt. + Electi mei nō laborabūt frustra: neq generabūt in cōturbatione: qa semé + bn̄dictoꝝ domini est: et nepotes eorum cū eis. Erit anteq̄ clamēt ego exaudiā: adhuc illis loq̄ntib⁹ ego audiā. Lupus et agn⁹ pascenf simul: et leo et bos comedēt paleas: et serpēti puluis panis ei⁹. Nō nocebūt neq occidēt in omni mōte sancto meo: dicit dominus.

¶ Capituli Sūmarium. ¶ De loco quietis domini: de reprobatione carnalis sacrificij: de partu virginis: de fecunditate ecclesie: de gaudio et delitijs hierusalem et ecclesie: de iudicio domini et de premijs sanctorum et penis impiorum: interponitur de missione et predicatione apostolorum. Cap. lxvi.

tincta per totum? Uenite congregamini oês bestie terre: pperate ad deuorandum. Pastores multi demoliti sunt vineâ meam: côculcauerût partê meam. Dederunt portionê meaz desiderabilê in desertû solitudinis: posuerût eam in dissipationê: luxitqꝫ super me. Desolatione desolata est omnis terra: q: nullus est q recogitet corde. Sup omnes vias deserti venerût oês vastatores terre: q: gladius domini deuorabit ab extremo terre vsqꝫ ad extremuz eius. Non est pax vniuerse carni. Seminauerût triticû: & spinas messuerût: hereditatê acceperût: & nô eis pderit. Confundemini a fructib⁹ vestris pp̄ter iram furoris dñi. Hec dicit dñs aduersum omnes vicinos meos pessimos: qui tangût hereditatê quâ distribui populo meo israel. Ecce ego euellam eos de terra sua: & domû iuda euellâ de medio eoꝝ. Et cû euulsero eos côuertar & miserebor eoꝝ: & reducaz eos: virû ad hereditatê suâ: & virû in terram suâ? Et erit si eruditi didicerint vias populi mei vt iurêt in nomine meo: viuit dñs: sicut docuerût populû meû iurare in baal: edificabûtur in medio populi mei. Qd si nô audierint: euellâ gêtê illaz euulsione & perditione: ait dominus.

D

¶ Ca. Sû. ¶ De significatione lumbaris putrida: de lagûcula & de ebrietate maloꝝ: de montibus tenebrosis: de translatione iude pp̄ter iniquitates plurimas: & impenitêtia populi. Cap. xiij.

Hec dicit dñs ad me. Uade & posside tibi lumbare lineum: & pones illud super lumbos tuos: & in aquam non inferes illud. Et possedi lumbare iuxta verbû dñi: & posui circa lumbos meos. Et factus est sermo domini ad me secundo dicens. Tolle lumbare qd possedisti: quod est circa lumbos tuos: & surgens vade ad eufraten: & absconde ibi illud in foramine petre. Et abij & abscondi illud in eufraten sicut preceperat mihi domin⁹. Et factum est post dies plurimos: dixit domin⁹ ad me. Surge & vade ad eufraten: & tolle inde lumbare quod precepi tibi: vt absconderes illud ibi. Et abij ad eufraten & fodi & tuli lûbare de loco vbi abscôderam illô. Et ecce computruerat lumbare ita vt nulli vsui aptum esset. Et factum est verbum domini ad me dicens. Hec dicit domin⁹.

A

B

Sic putrescere faciam superbiam iuda et superbiam hierusalem multam: populum istum pessimum qui nolūt audire verba mea: & ambulant in prauitate cordis sui: abierūtq; post deos alienos vt seruirēt eis vt adorarent eos. Et erunt sicut lumbare istud: quod nulli vsui aptum est. Sicut. n. adheret lumbare ad lumbos viri: sic agglutinaui mihi omnē domū israel: & omnem domū iuda dicit dñs vt essent mihi in populū & in nomē: & in laudē: & in gl'iaʒ & non audierūt. Dices ergo ad eos sermonē istū. Hec dicit dñs deus israel. Omnis lagūcula implebit vino. Et dicēt ad te. Nunquid ignoramus: q' omnis lagūcula implebit vino? Et dices ad eos. Hec dicit dñs. Ecce ego implebo omnes habitatores terre hui': & reges q sedent de stirpe dauid sup thronum eius & sacerdotes & prophetas: & oēs habitatores hierusalē ebrietate: & dispergā eos virū a fratre suo: & patres & filios pariter: ait dominus. Non parcā & nō concedam: neq; miserebor: vt nō disp̄gam eos. Audite & auribus p̄cipite nolite eleuari: quia dñs locutus est. Date domino deo vestro gl'iam anteq̄ʒ contenebrescat: & anteq̄ offendant pedes vestri ad mōtes caliginosos. Expectabitis lucē: & ponet eā in vmbraʒ mortis & in caliginē. Qd' si hoc nō audieritis in abscondito: plorabit aīa mea a facie sup̄bie. Plorās plorabit & + deducet ocl'us me' lachrymas: q' captus est grex domini. Dic regi & dominatrici. Humiliamini sedete i terra: quoniā descēdet de capite vestro corōa glorie v're. Ciuitates austri clause sūt: & nō est q aperiat. + Trāslata est omnis + iuda trāſmigratiōe p̄fecta. Leuate oculos vestros et videte: q + venitis ab aquilone. Ubi est grex q datus est tibi pecus inclytū tuū? Quid dices cū visitauerit te? Tu. n. docuisti eos aduersū te: & erudisti in caput tuū. Nunquid nō dolores + apprehendēt te q̄si mulierē parturiētem? Qd' si dixeris in corde tuo: q̄re venerūt mihi hec? Propter multitudinē iniq̄tatis tue reuelata sunt verecūdiora tua: pollute sunt plāte tue. Si mutare pōt ethyops pellem suam aut pardus varietates suas: & vos poteritis bñfacere cū didiceritis malum. Et disseminabo eos q̄si stipulam q̄ vento raptatur in deserto. Hec sors tua parsq; mēsure tue a me dicit dominus: q' oblita es mei & cōfisa es i mēdacio. Unde & ego nudaui femora tua ꝯ faciem tuā: & apparuit ignominia tua adulteria tua & hinnit' tuus: scelus fornicatiōis tue. Sup colles i agro vidi abominatiōes tuas. Ve tibi hierusalem. Non mundaberis post me. Usq; quo adhuc?

¶ Capituli Summarium. ¶ De inopia pluuie: vox penitētium: obstinatis nō prosunt ieiunia p̄ces nec victime: de pseudoprophetis: de lugēdo propter contritionē populi: interrogatur dominus: de proiectione populi iude. Cap. xiiij.

Quod factum est verbum domini ad hieremiam de sermonibus siccitatis. Luxit iudea & porte eius corruerunt & obscurate sunt in terra: & clamor hierusalem ascendit. Maiores miserunt minores suos ad aquam: venerūt ad hauriēdū. Non inuenerūt aquaʒ: reportauerūt vasa sua vacua. Cōfusi sūt & afflicti: & operuerūt capita sua propter vastitatē terre: quia nō venit pluuia i terrā. Cōfusi sunt agricole: operuerūt capita sua. Nā & cerua in agro peperit & reliquit: q' non erat herba. Et onagri steterūt in rupibus: traxerūt ventū q̄si dracones: defecerūt oculi eorū q' non erat herba. Si iniq̄tates nostre respōderint nobis dñe fac propter nomē tuuʒ: quoniam multe sūt auersiones n're. Tibi peccauim' expectatio israel: saluator noster in tpe tribulationis. Quare colon' futur' es in terra: & q̄si viator declinans ad manendum? Quare futur' es velut vir vagus & + fortis: q non pōt saluare? Tu aūt in nobis es domine: & nomē tuū inuocatuʒ est sup nos: ne derelinquas nos. Hec dicit dñs populo huic qui dilexit mouere pedes suos & non quieuit: & domino nō placuit. Nūc recordabitur iniq̄tatum eorū: & visitauit peccata eoꝝ. Et dixit dominus ad me. Noli orare pro pp̄lo isto in bonuʒ. Cum ieiunauerint no exaudiam preces eorum: & si obtulerint holocaustomata & victimas nō suscipiam ea: quoniā gladio & fame & peste ego cōsumā eos. Et dixi. A.a.a. domine de'. Prophete dicūt eis. Non videbitis gladium: & fames nō erit in vobis: sed pacē verā dabit vobis in loco isto. Et dixit dñs ad me. Falso prophete vaticinantur in noīe meo. Non misi eos & nō p̄cepi eis: neq; locutus sum ad eos. Uisionem mēdacē & diuinationē fraudolētam & seductionem cordis

B

C

Esa.31.b. Treñ.1.a

al's + educet.

al. + trāſlatus

al's + iudea

al's + veniunt

D

al's + apphēderūt. Esa.30.c.

A

B

al's + foreus

al's + forensis

sup. 7.a & pe. vi.i. ca. predixerat

sup. 1.b.

C

Esa.23.b. & 27. c. & 29.b.

qui prophetant vobis. Idcirco hec dicit dominus de prophetis qui prophetant i noie meo quos ego nō misi dicētes: gladi⁹ et fames nō erit in terra hac. In gladio et fame cōsumētur prophete illi: et populi qbus prophetant erūt proiecti in vijs hierusalē pre fame et gladio: et non erit q sepeliat eos: ipsi et vxores eorum: filij et filie eorum: et effundam sup eos malum suum. Et dices ad eos verbū istud. Deducant oculi mei lachrymas per noctē et diē et nō taceant: quoniam contritione magna cōtrita est virgo filia populi mei: plaga pessima vehemēter. Si egressus fuero ad agros: ecce occisi gladio. Et si introiero in ciuitatem ecce attenuati fame. Propheta quoq et sacerdos abierunt i terram quā ignorabant. Nunquid proijciēs abiecisti iudam aut syon abominata ē anima tua? Quare ergo percussisti nos ita vt nulla sit sanitas? Expectauimus pacem et nō est bonū: et tēpus curationis: et ecce turbatio. Cognouimus dñe impietates nostras: iniqtates patrū nostrorum: qz peccauimus tibi. Ne des nos in opprobrium propter nomē tuum: neq facias nobis cōtumeliam. Solij glie tue recordare: ne irritū facias fedus tuū nobiscū. Nunqd sunt in sculptilibus gētium q pluant: aut celi possunt dare imbres nisi tu volueris? Nōne tu es dominus deus noster quē expectauimus? Tu enim fecisti omnia hec.

Trenorum 1. f — B — sup. 8. ca.

¶ Ca. xv. ¶ Dicit dominus se non flecti precibus prophetarum scz et moysi et samuelis et emittit eos ad qttuor plagas scz mortis: gladij: famis et captiuitatis: de passiōe dñi pdicat: de vltione dñi in iudeos: defert vox domini ad predicatorem. Cap. xv.

A — Zach. 11. d

Et dixit dominus ad me. Si steterint Moyses et Samuel coram me: non est anima mea ad populum istum. Eijce illos a facie mea: et egrediantur. Qz si dixerint ad te: quo egrediemur? dices ad eos. Hec dicit dominus. Qui ad mortē: ad mortem: et qui ad gladium ad gladium: et q ad famē ad famē: et q ad captiuitatē ad captiuitatē. Et visitabo sup eos qttuor species: dicit dominus. Gladium ad occisionem: et canes ad lacerādū: et volatilia celi et bestias terre ad deuorandum et dissipandum: et dabo eos in feruorē vniuersis regnis terre, propter manassen filiū ezechie regis iude sup omnibus q fecit in hierusalē. Quis enim miserebitur tui hierusalē? Aut qs cōtristabitur pro te? Aut qs ibit ad rogandū pro pace tua? Tu reliquisti me: dicit domin⁹: retrorsum abisti. Et extēdam manū meam sup te: et interficiam te. Labo: aui + rogās. Et dispgam eos ventilabro in portis terre. Interfeci et + disperdidi ppl'm meum: et tamē a vijs suis nō sūt reuersi. Multiplicate sūt mihi vidue ei⁹ sup arenā maris. Induxi eis super matrē adolescētis vastatorē meridie: misi sup ciuitates repēte terrorē. Infirmata est q peperit septem: defecit anima eius. Occidit ei sol cū adhuc esset dies cōfusa ē et erubuit. Et residuos ei⁹ in gladium dabo in conspectu inimicorum + eorū: ait dominus. Ve mihi mater mea. Quare genuisti me virū rixe: virum discordie in vniuersa terra. Nō feneraui: nec fenerauit mihi qsq. Omnes maledicunt mihi: dicit dñs. Si non reliq̄e tue in bonum: si non + occurrit tibi in tēpore afflictionis et i tēpore tribulationis + aduersum inimicum. Nunqd federabit ferrū ferro ab aqlone et es? Diuitias tuas et thesauros tuos i direptionem dabo gratis in omnibus peccatis tuis: et i oibus terminis tuis. Et adducā inimicos tuos de terra quam nescis: qz ignis succensus ē in furore meo et sup vos ardebit. Tu scis dñe recordare mei et visita me: et + tuere me ab his q persequunt me. Noli i patiētia tua suscipe me. Scito quoniā sustinui + pro te opprobriū. Inuēti sūt sermones tui et comedi eos: et factū est mihi i verbum tuū in gaudiū et in leticiam cordis mei: quoniā inuocatū est nomē tuum super me: domine deus exercituū. Nō sedi i + cōcilio ludētium: et gloriatus sum a facie manus tue. Solus sedebā: quoniā + amaritudine replesti me. Quare fact⁹ est dolor meus ppetuus: et plaga mea desperabilis renuit curari? Facta est mihi q̄si mēdacium aquarum infidelium. Propter hoc hec dicit dñs. Si + conuerteris conuertam te et ante faciē meā stabis: et si separaueris preciosum a vili quasi os meū eris. Conuertent ipsi ad te: et tu nō cōuerteris ad eos. Et dabo te populo huic in murum ereum fortē: et bellabunt aduersū te: et non preualebūt qz ego tecū sum vt saluē te: et eruā te dicit domin⁹. Et liberabo te de manu pessimorum: et redimā te de manu fortium.

B — sup. 8. ca. — al's + rogatus — al's + perdidi — al. + eius — C — al's + occurrit — al. + et angustie — deu. 32. c. — al. + erue — al's + pro — D — al's + cōsilio — 13. q. 1. ca. qñ ergo — al. + cōmiseratione. — al's + quereris prius ipsos fin hebre — sup. 1. b.

¶ Capituli xvi. ¶ De futura calamitate

iudeorum: de populo christiano venturo ex gentibus. Cap. xvi.

A ET factum est verbum domini ad me dicens. Non accipies vxorem: ⁊ non erunt tibi filij ⁊ filie in loco isto. Quia hec dicit dominus super filios ⁊ filias qui generantur in loco isto: ⁊ super matres eorum qui genuerūt eos: et super patres eorum de quorū stirpe sunt nati in terra hac. Mortibus egrotationum morient̄: non plangentur ⁊ non sepelientur: in sterquilinium super faciem terre erūt. Et gladio et fame consumentur: et ✝ erit cadauer eorum in escam volatilibus celi et bestijs terre. Hec dicit dominus. Ne ingrediaris domum conuiuij: neq̄ vadas ad plangendum neq̄ consoleris eos: q2 abstuli pacem meam a populo isto dicit dominus misericordiam et miserationes. B Et morient̄ grandes ⁊ parui in terra ista: nō sepelient̄ neq̄ plangent̄: ⁊ nō se incident: neq̄ caluitiū fiet pro eis. Et nō frangēt inter eos lugēti panem ad cōsolandū super mortuo: ⁊ nō dabūt eis potū calicis ad cōsolandū super patre suo ⁊ matre. Et domū conuiuij nō ingrediaris vt sedeas cū eis ⁊ comedas ⁊ bibas: q2 hec dicit domin⁹ exercituū de⁹ israel. Ecce ego auferam de loco isto ī oculis vestris ⁊ ī dieb⁹ vestris vocem gaudij ⁊ vocem letitie: vocem sponsi ⁊ vocem sponse. Et cū annūciaueris pplo huic omnia verba hec: ⁊ dixerint tibi: q̄re locut⁹ est domin⁹ super nos omne malū grāde istud: q̄ iniq̄tas nostra aut qd̄ peccatū nostrū qd̄ peccauim⁹ domino deo nostro? dices ad eos. C Quia dereliq̄rūt me patres vestri: ait domin⁹: ⁊ abierūt post deos alienos: ⁊ seruierūt eis: ⁊ adorauerūt eos: ⁊ me dereliq̄rūt ⁊ legem meam nō custodierūt. Sed ⁊ vos pei⁹ operati estis q̄3 patres vestri. Ecce enim ambulat vnusq̄sq̄ post prauitatem cordis sui mali: vt me nō audiat. Et eijciam vos de terra hac in terram quam ignoratis vos ⁊ patres vestri: ⁊ seruietis ibi dijs alienis die ac nocte qui nō dabūt vobis requiem. Propterea ecce dies veniēt dicit domin⁹: ⁊ nō dicet̄ vltra: viuit domin⁹ q eduxit filios israel de terra egypti: sed viuit domin⁹ q eduxit filios israel de terra aq̄lonis: ⁊ de vniuersis terris ad q̄s eieci eos: ⁊ reducam eos in terram D suam quam dedi patrib⁹ eo₂. Ecce ego mittam piscatores multos dicit dominus: ⁊ piscabūtur eos. Et post hec mittam eis multos venatores: ⁊ venabunt̄ eos de omni mōte ⁊ de omni colle: ⁊ de cauernis petrarū: q2 oculi mei super omnes vias eo₂. Nō sunt abscōdite a facie mea: ⁊ nō fuit occultata iniquitas eorū ab oculis meis. Et reddā primū duplices iniq̄tates ⁊ peccata eorū quia cōtaminauerūt terram meam in morticinia idolo₂: ⁊ abominationib⁹ suis impleuerūt hereditatem meam. Dn̄e fortitudo mea ⁊ robur meū ⁊ refugiū meū ī die tribulatiōis. Ad te gētes veniēt ab extremis terre: ⁊ dicēt. Vere mēdaciū possederūt patres nostri: vanitatem q̄ eis nō profuit. Nū qd faciet sibi homo deos? Et ipsi non sunt dij. Idcirco ecce ego ostēdam eis per vicē hāc: ostendam eis manū meam ⁊ virtutē meam ⁊ sciēt q2 nomē mihi dn̄s.

Ca. Sū. De obstinatiōe iudeo₂: maledicitur q cōfidit in homine: benedicitur q cōfidit in domino deo: de perditione dyabolica: de imprecatione hieremie super populū peccatorem: de patientia: de obseruatione sabbati. Cap. xvij.

A PEccatum iuda scriptum est stilo ferreo in vngue adamantino: exaratum super latitudinem cordis eorum: ⁊ in cornib⁹ ararum eorum. Cum recordati fuerint filij eorum ararum suarum et lucorum ✝ suorum: lignorumq̄ frondentium in montibus excelsis: sacrificantes in agro fortitudinem tuam ⁊ oēs thesauros tuos in direptionem dabo: excelsa tua propter peccatata ī vniuersis finib⁹ tuis. Et relinq̄ris sola ab hereditate tua quam dedi tibi: ⁊ seruire te faciam inimicis tuis in terra quomodo ignoras. Quoniam ignem succēdisti ī furore meo: vsq̄ in eternū ardebit. Hec dicit dn̄s. Maledict⁹ homo q cōfidit in homine: ⁊ ponit carnē brachiū suū: ⁊ a dn̄o recedit cor ei⁹. Erit enim q̄si mirice in deserto ⁊ nō videbit cū venerit bonum: sed habitabit in siccitate in deserto ī terra salsuginis ⁊ inhabitabili. B Benedictus vir q cōfidit ī domino: ⁊ erit dn̄s fiducia ei⁹. Et erit q̄si lignū qd̄ trāsplātat̄ super aq̄s qd̄ ad humorem mittit radices suas: ⁊ nō timebit cū venerit estus. Et erit foliū ei⁹ viride ⁊ in tempore siccitatis nō erit sollicitū: nec aliquando desinet facere fructū. ✝ Prauū est cor ✝ hominis ⁊ in-

Marginal notes: al'✝ erūt cadauera | Sup. 5. c. | 23. q. 4. c. Recedite. ⁊ c. nimiū ī sn. | Sup. 7. f. | Sup. 25. d | al'. nō hʒ ✝ suoꝝ | al's ✝ succēdisti | 23. q. 3. c. J ifra. 5S.a. B | Ps̄. 1. | al's ✝ profundum al'✝ diuʒ

scrutabile. Quis cognoscet illud? Ego do-
minus scrutās cor ⁊ probās renes: q̄ do
Apoc. 2. f. vnicuiq; iuxta viam suam: ⁊ iuxta fructū
adinuētionū suarū. Perdix fouit q̄ nō pe-
perit. Fecit diuitias ⁊ nō in iudicio. In di-
midio dierū suorū derelinquet eas: ⁊ in no-
uissimo suo erit insipiēs. Soliū glorie al-
titudinis a principio: locus sanctificatio-
nis nostre expectatio israel. Domine oēs q̄
te derelinquūt cōfundent: recedētes a te in
terra scribent: quoniā dereliquerūt venā aq̄-
rū viuētiū dn̄m. Sana me domine et sa-
nabor: saluū me fac ⁊ saluꝰ ero: quoniam
laus mea tu es. Ecce ipsi dicūt ad me. Ubi
est verbū domini? Ueniat. Et ego nō sum
C turbatꝰ te pastorem sequēs: ⁊ diem hominis
nō desideraui: tu scis. Quod egressum est
de labijs meis: rectū in cōspectu tuo fuit.
Non sis mihi tu formidini: spes mea tu i
die afflictiōis. Cōfundant q̄ me psequunt
⁊ nō cōfundar ego: paueāt illi ⁊ nō pauea
ego. Induc sup eos diē afflictiōis: ⁊ dupli-
ci cōtritiōe cōtere eos. Hec dicit dn̄s ad me.
Uade ⁊ sta in porta filiorū p̄pli mei per quā
ingrediunt reges iuda ⁊ egrediunt: ⁊ in
cūctis portis hierusalem: ⁊ dices ad eos.
Audite verbum domini reges iuda: ⁊ oīs
iuda: cūctiq; habitatores hierusalem qui
ingredimini per portas istas. Hec dicit do-
minus. Custodite animas vestras: ⁊ noli-
te portare pondera in die sabbati: nec infe-
ratis per portas hierusalem: ⁊ nolite ejice-
re onera de domibꝰ vestris in die sabbati: ⁊
omne opus nō facietis. Sanctificate diem
sabbati sicut precepi patribꝰ vestris. Et nō
audierūt nec inclinauerūt aurē suā: sed
indurauerūt ceruicē suā ne audirēt me ⁊
ne acciperēt disciplinam. Et erit. Si audie-
ritis me dicit dominus vt non inferatis
D onera per portas ciuitatis huiꝰ in die sab-
bati: ⁊ si sctificaueritis diem sabbati ne fa-
ciātis in eo omne opus: egredient per por-
tas ciuitatis huiꝰ reges ⁊ p̄ncipes sedētes
super soliū dauid: ⁊ ascēdentes in curribꝰ
⁊ equis ipsi: ⁊ principes eorū viri iuda ⁊ ha-
bitatores hierusalem: ⁊ habitabit ciuitas
hec in sempiternū. Et venient de ciuitati-
bꝰ iuda in circuitu hierusalē ⁊ de terra be-
niamin ⁊ de campestribꝰ ⁊ de montuosis ⁊
ab austro portātes holocaustū ⁊ victimam
⁊ sacrificiū ⁊ thus: ⁊ inferent oblationes
in domum domini. Si autem nō audieri-
tis me vt sanctificetis diē sabbati: ⁊ ne por-
tetis onus ⁊ ne ifratis p portas hierusa-
lem in die sabbati: succendam ignem i por-
tis eius ⁊ deuorabit domos hierusalem:
⁊ non extinguetur.

¶ Capituli Summarium. ¶ Ostēdit p-
pheta quia sumus vasa figuli: dominꝰ ma-
los frangit sicut figulus lutum: de passio-
ne Christi sub figura persecutionis eius ⁊
vltione in iudeos. Cap. xviij.

Verbum quod factum est ad hiere-
A miam a domino dicens. Surge ⁊ de-
scende in domum figuli: ⁊ ibi audies ver-
ba mea. Et descendi in domum figuli: ⁊ ec-
ce ipse faciebat opus super rotam. Et dissi-
patum est vas: quod ipse faciebat e luto
manibus suis. Cōuersusq; fecit illō vas
alterū: sicut placuerat in oculis eiꝰ vt face-
ret. Et factū est verbum domini ad me di-
cēs. Nūquid sicut figulus iste nō potero vo-
Ro. 9. c. bis facere domus israel: ait dn̄s? Ecce si-
cut lutū i manu figuli: sic vos domꝰ israel
in manu mea. Repēte loq̄r aduersum gē-
tem ⁊ aduersus regnū: vt eradicem ⁊ de-
struam ⁊ disperdā illud. Si penitētiā ege-
B rit gēs: illa a malo suo qō locutꝰ sum ad-
22. q. 4. c. incommutabilis de pe. di. 1. ca. si agamus ⁊. s. quācobrē
uersus eā: agā ⁊ ego pniam sup malo qō
cogitaui vt facerem ei: ⁊ subito loq̄r de gē-
te ⁊ regno vt edificem ⁊ plātē illud. Si fe-
cerit malū in oculis meis vt nō audiat vo-
cem meam: ⁊ pniam agam super bono qō
locutus sū vt facerem ei. Nūc ergo dic vi-
ro iuda ⁊ habitatori hierusalē: dicēs. Hec
dicit dn̄s. Ecce ego fingo contra vos ma-
infra. 25. b. ⁊ infra. 35. ca.
lū: ⁊ cogito cōtra vos cogitationes. Reuer-
tat vnusq̄sq; a via sua mala: ⁊ dirigite vi-
as vestras ⁊ studia vestra. Qui dixerūt. De-
sperauimꝰ. Post cogitatiōes enim nostras
ibimꝰ: ⁊ vnusq̄sq; prauitatem cordis sui
mali facimꝰ. Ideo hec dicit dn̄s. Interro-
gate gētes. Quis audiuit talia horribilia q̄
fecit nimis virgo israel? Nunqd deficiet de
petra agri nix libani: aut euelli possunt aq̄
erūpentes frigide ⁊ defluētes? Quia obli-
C tus est mei p̄pls meus: frustra libantes ⁊
Esa. 66. c. impingētes in vijs suis ⁊ i semitis seclī:
vt ambularēt per eas in itinere nō trito: vt
fieret terra eorū in desolationē ⁊ in sibilū
sempiternū? Omnis q̄ preterierit per eas
infra. 19. c. 49. c. 50. ca. obstupescet: ⁊ mouebit caput suū. Sic ven-
to vrēs dispergā eos coram inimico: dor-
sum ⁊ non faciē ostendam eis in die per-

ditionis eorum. Et dixerunt. Venite et cogitemus contra hieremiam cogitationes. Non enim peribit lex a sacerdote: neque consilium a sapiente: nec sermo a propheta. Venite et percutiamus eum lingua: et non attendamus ad vniuersos sermones eius. Attende domine ad me: et audi vocem aduersariorum meorum. Nunquid redditur pro bono malum: quia foderunt foueam anime mee. Recordare quod steterim in conspectu tuo vt loquerer pro eis bonum: et auerterem indignationem tuam ab eis. Propterea da filios eorum in famem: et deduc eos in manus gladij. Fiant vxores eorum absque liberis et vidue: et viri earum interficiantur morte. Iuuenes eorum confodiantur gladio in prelio: audiatur clamor de domibus eorum. Adduces enim super eos latronem repente: quia foderunt foueam vt caperent me: et laqueos absconderunt pedibus meis. Tu autem domine scis omne consilium eorum aduersum me in mortem. Ne propitieris iniquitati eorum: et peccatum eorum a facie tua non deleatur. Fiant corruentes in conspectu tuo: in tempore furoris tui abutere eis.

dix. or. ca. vi. x. oni sunt

B

¶ Capituli Summarium. ¶ Per contritionem lagunculae in ennon significatur contritio hierusalem propter idolatriam ipsius ennon. Cap. xix.

A Hec dicit dominus. Vade et accipe lagunculam figuli testeam a senioribus populi: et a senioribus sacerdotum: et egredere ad vallem filiorum ennon que est iuxta introitum porte fictilis: et predicabis ibi verba que ego loquor ad te: et dices. Audite verbum domini reges iuda et habitatores hierusalem. Hec dicit dominus exercituum deus israel. Ecce ego inducam afflictionem super locum istum: ita vt omnis qui audierit illam: tinniant aures eius eo quod dereliquerint me: et alienum fecerint locum istum et libauerint in eo dijs alienis quos nescierunt ipsi et patres eorum et reges iuda: et repleuerunt locum istum sanguine innocentum et edificauerunt excelsa baalim ad comburendos filios suos in holocaustum baali: que non precepi: nec locutus sum: nec ascenderunt in cor meum. Propterea ecce dies venient: dicit dominus: et non vocabitur amplius locus iste tophet et vallis filij ennon sed vallis occisionis. Et dissipabo consilium iuda et hierusalem in loco isto: et subuertam eos gladio in conspectu inimicorum suorum: et in manu querentium animas eorum: et dabo cadauera eorum escam volatilibus celi et bestijs terre: et ponam ciuitatem hanc in stuporem et in sibilum. Omnis qui preterierit per eam obstupescet: et sibilabit super vniuersa plaga eius. Et cibabo eos carnibus filiorum suorum: et carnibus filiarum suarum: et vnusquisque carnes amici sui comedet in obsidione et in angustia in qua concludent eos inimici eorum: et qui querunt animas eorum. Et conteres lagunculam in oculis virorum qui ibunt tecum: et dices ad eos. Hec dicit dominus exercituum. Sic conteram populum istum et ciuitatem istam: sicut conteritur vas figuli quod non potest vltra instaurari. Et in tophet sepelientur: eo quod non sit alius locus ad sepeliendum. Sic faciam loco huic: ait dominus: et habitatoribus eius: et ponam ciuitatem istam sicut tophet. Et erunt domus hierusalem et domus regum iuda sicut locus tophet immunde: omnes domus in quarum domatibus sacrificauerunt omni militie celi: et libauerunt libamina dijs alienis. Venit autem hieremias de tophet quo miserat eum dominus ad prophetandum et stetit in atrio domus domini et dixit ad omnem populum. Hec dicit dominus exercituum deus israel. Ecce ego inducam super ciuitatem hanc et super vrbes omnes eius vniuersa mala que locutus sum aduersum eam: quoniam indurauerunt ceruicem suam: vt non audirent sermones meos.

ibi. et ennom

sup. 6. c. infra eodem

B

C

sup. 18. c. infra. 49. c. 50. c.

D

¶ Capituli Summarium. ¶ Phassur percussit hieremiam et ponit in neruum hieremiam: hieremias predicat contra phassur et amicos eius: de destructione hierusalem: plangit quoque et dolet super populo suo: maledicit diem natiuitatis sue. Cap. xx.

A Et audiuit phassur filius emmer sacerdos qui constitutus erat princeps in domo domini hieremiam prophetantem sermones istos. Et percussit phassur hieremiam prophetam: et misit eum in neruum quod erat in porta beniamin superiori in domo domini. Cumque illuxisset in crastinum eduxit phassur hieremiam de neruo: et dixit ad eum hieremias. Non phassur vocauit dominus nomen tuum sed pauorem vndique: quia hec dicit dominus. Ecce ego dabo te in pauorem et omnes amicos tuos: et corruent gladio inimicorum suorum et oculi tui videbunt. Et omnem iudam dabo in manu regis babylonis: et traducet eos in babylonem: et percutiet eos gladio. Et dabo vniuersam substantiam ciuitatis huius:

infra. 37. c.

B

omnem laborem eius omneq; precium & cunctos thesauros regum iuda: dabo in manu inimicorum eorum & diripient eos & tollent: & + ducent in babylonem. Tu autem phassur & omnes habitatores domus tue ibitis in captiuitatem: & in babylonem venies & ibi morieris: ibiq; sepelieris tu & omnes amici tui quibus prophetasti mendacium. Seduxisti me domine & seductus sum: fortior me fuisti & inualuisti. Factus sum in derisum tota die. Omnes subsannant me: quia iam olim loquor vociferans iniquitatem & vastitatem clamito. Et factus est mihi sermo domini in opprobrium: & in derisum tota die. Et dixi. Non recordabor + eius neq; loquar vltra in nomine illius. Et factus est in corde meo quasi ignis exestuans: claususq; in ossibus meis: & defeci ferre non sustinens. Audiui enim contumelias multorum & terrorem in circuitu. Persequimini & persequamur eum: ab omnibus viris qui erant pacifici mei & custodientes latus meum: si quomodo decipiatur & preualeamus aduersus eum & consequamur vltionem ex eo. Dominus autem mecum est tanquam bellator fortis: idcirco qui persequuntur me cadent & infirmi erunt & confundentur vehementer: quia non intellexerunt opprobrium sempiternum quod nunquam delebitur. Et tu domine exercituum probator iusti qui vides renes & cor: videam queso vltionem tuam ex eis. Tibi enim reuelaui causam meam. Cantate domino: laudate dominum quia liberauit animam pauperis de manu malorum. Maledicta dies in qua natus sum: dies in qua peperit me mater mea non sit benedicta. Maledictus vir qui annunciauit patri meo: dicens: natus est tibi puer masculus: & quasi gaudio letificauit eum. Sit homo ille vt sunt ciuitates quas subuertit dominus & non penituit eum. Audiat clamorem mane: & vlulatum in tempore meridiano: quia non me interfecit a vulua vt fieret mihi mater mea sepulchrum: & vulua eius conceptus eternus. Quare de vulua egressus sum: vt viderem laborem & dolorem: & consumarentur in confusione dies mei?

¶ Ca. Sũ. ¶ De captione sedechie & incendio hierusalem. Cap. xxi.

Verbum quod factum est ad hieremiam a domino quando misit ad eum rex sedechias phassur filium melchie & sophoniam filium maasie sacerdotem: dicens. Interroga pro nobis dominum quia nabuchodonosor rex babylonis preliatur aduersum nos: si forte faciat dominus nobiscum secundum omnia mirabilia sua & recedat a nobis. Et dixit hieremias ad eos. Sic dicetis sedechie. Hec dicit dominus deus israel. Ecce ego conuertam vasa belli que in manibus vestris sunt & quibus vos pugnatis aduersum regem babylonis & caldeos qui obsident vos in circuitu murorum: & congregabo ea in medio ciuitatis huius: & debellabo ego vos in manu extenta & in brachio forti & in furore & indignatione & in ira grandi: & percutiam habitatores ciuitatis huius. homines & bestie pestilentia magna morientur. Et post hec ait dominus: dabo sedechiam regem iuda & seruos eius & populum eius & qui derelicti sunt in ciuitate hac a peste & gladio & fame in manu nabuchodonosor regis babylonis & in manu inimicorum eorum & in manu querentium animam eorum: & percutiet eos in ore gladii & non + flectetur: neq; parcet nec miserebitur. Et ad populum hunc dices. Hec dicit dominus + deus. Ecce ego do coram vobis viam vite & viam mortis. Qui habitauerit in vrbe hac: morietur gladio & fame & peste: qui autem egressus fuerit & transfugerit ad chaldeos qui obsident vos: viuet: & erit ei anima sua quasi spolium. Posui enim faciem meam super ciuitatem hanc in malum & non in bonum: & ait dominus. In manu regis babylonis dabitur: & exuret eam igni. Et domui regis iuda. Audite verbum domini domus dauid. Hec dicit dominus. Iudicate mane iudicium: & eruite vi oppressum de manu calumniantis: ne forte egrediatur vt ignis indignatio mea & succendatur: & non sit qui extinguat propter maliciam studiorum vestrorum. Ecce ego ad te habitatricem vallis solide atq; campestris ait dominus: qui dicitis: quis percutiet nos & quis ingredietur domus nostras. Et visitabo super vos iuxta fructum studiorum vestrorum: dicit dominus & succendam ignem in saltu eius & deuorabit omnia in circuitu eius.

¶ Ca. Sũ. ¶ Mittitur propheta ad reges vt predicet de iudicio & iustitia & liberatione oppressi: quia ioachim rex iuda insepultus proiicitur extra hierusalem. Cap. xxii.

Hec dicit dominus. Descende in domum regis iuda: & loqueris ibi verbum hoc: & dices. Audi verbum domini rex iuda: qui sedes super solium dauid tu & ser-

Marginalia: alias + deducent; C; D; Alias + eius; Psal. 30.; E. n. b.; D; Job. 3. a.; Job. 3. b. & 10. d.; A; Infra. 41. a; B; alias + eos; C; Alias + misereb/itur; alias non hos + deus; infra. 38. a; D; infra. 22. a.; A

ui tui ꝛ populus tuus q ingredimini p portas istas. Hec dicit dñs. Facite iudiciū ꝛ iustitiā ꝛ liberate vi oppressuz de manu calūniatoris ꝛ aduenā ꝛ pupillū ꝛ viduā nolite cōtristare neq; opprimatis inique ꝛ sanguinē innocētē ne effundatis in loco isto. Si.n. facientes feceritis vbū istō ingredietur per portas domus huius reges sedētes de genere dauid sup thronū eius ꝛ ascēdētes currus ꝛ equos ipsi ꝛ serui ꝛ ppls eorū. Qꝫ si non audieritis verba hec in memetipso iuraui dicit dñs: qꝛ in solitudinē erit domus hec. Qꝛ hec dicit dñs super domuz regis iuda. Galaad tu mihi caput libani. Si nō posuero te solitudinē vrbes inhabitabiles. Et sanctificabo sup te interficientem virū ꝛ arma eius: ꝛ + succidēt + electas cedros tuas ꝛ pcipitabūt in ignē ꝛ per transibūt gentes multe p ciuitatē hanc: ꝛ dicet vnusquisq; proximo suo. Quare fecit dñs sic ciuitati huic grandi? Et respondebunt. Eo q dereliquerint pactum dñi dei sui: ꝛ adorauerint deos alienos: ꝛ seruierint eis. Nolite flere mortuū neq; lugeatis sup eū fletu. Plangite eū q egredit: qꝛ nō reuertetur vltra: nec videbit terrā natiuitatis sue: qꝛ hec dicit dñs ad sellum filiū iosie regem iuda q regnauit pro iosia patre suo: qui egressus ē de loco isto. Nō reuertetur huc amplius: sꝫ i loco ad quē trāstuli eū ibi morieť: ꝛ terram istā nō videbit amplius. Ve q edificat domū suā in iniustitia: ꝛ cenacula sua nō in iudicio. Amicū suum opprimet frustra: ꝛ mercedē nō reddet ei. Qui dicit: edificabo mihi domū latā: ꝛ cenacula spaciosa qui aperit sibi fenestras: ꝛ facit laquearia cedrina: pingitq; synopide. Nūqd regnabis: qm confers te cedro? Pater tuus nūquid nō comedit ꝛ bibit: ꝛ fecit iudiciū ꝛ iustitiā tūc cū bene erat ei. Judicauit cāz pauperis ꝛ egeni in bonum suum. Nūqd non ideo qꝛ + cognouit me: dicit dñs? Tui vero oculi ꝛ cor ad auariciam ꝛ ad sanguinem innocentem fundendū: ꝛ ad + calumniam ꝛ ad cursum mali operis. Propterea hec dicit dominus ad ioachiꝫ filiū iosie regē iuda. Nō plangent eū ve frater ꝛ ve soror: nō cōcrepabūt ei ve dñe ꝛ ve inclyte. Sepultura asini sepelietur: putrefactus ꝛ piectus extra portas hierusalē. Ascēde libanū ꝛ clama: ꝛ in basan da vocē tuam ꝛ clama ad trāseuntes: qꝛ contriti sunt oēs amatores tui. Locutus sū ad te in abūdātia tua: dixisti. Non audiā. Hec ē via mea ab adolescētia tua: qꝛ nō audisti vocē meā. Oēs pastores tuos pascet vent⁹: ꝛ amatores tui in captiuitatē ibūt. Et tūc cōfunderis ꝛ erubesces ab oī malicia tua que sedes in libano ꝛ nidificas in cedris. Quomodo cōgemuisti cum venissent tibi dolores quasi dolores parturientis. Viuo ego dicit dñs: qꝛ si fuerit iechonias filius ioachim regis iuda annulus i manu dextera mea: inde euellā eū. Et dabo te i manum querentiū aiam tuam: ꝛ in manu quorū tu formidas faciē: ꝛ in manu nabuchodonosor regis babylōis: ꝛ i manu chaldeorū. Et mittā te ꝛ matrē tuā q genuit te in terrā alienā in q nati nō estis: ibiq; moriemini. Et in terrā ad quā ipsi leuāt aiam suā vt reuertātur illuc: ꝛ non reuertētur. Nūquid vas fictile atq; cōtritū vir iste + iechonias? Nūquid vas absq; oī + voluptate? Quare abiecti sunt ipsi ꝛ semē eius: ꝛ piecti i terrā quā ignorauerūt? Terra: terra: terra: audi smonē dñi. Hec dicit dñs. Scribe viꝝ istū sterilē: viꝝ qui in dieb⁹ suis nō psperabiť. Nec enim erit de semine eius vir qui sedeat super solium dauid: ꝛ potestatem habeat vltra in iuda.

[Marginalia: 4.21.d. — B — Als + succedēt — Als + electā cedrū tuā. — C — deu.29.d — 3.re.9.b. — D — Als + cogitauit — E — Als + cōsumationem. — F — G — Als + conias — aīe + voluntate]

¶ Ca. Sū. ¶ Comminatur dominus pastoribus lacerantibus gregem: de natiuitate xpi: de passione xpi: de sacerdotū sordibus ꝛ prophetaruz: de filiis prophetis qui sunt domini onus. Cap. xxiij.

Ve pastoribus qui + dispergūt ꝛ dilacerāt gregē pascue mee dicit dñs. Ideo hec dicit dominus deus israel ad pastores q pascunt populum meū. Vos dispersistis gregē meū: ꝛ eiecistis eos ꝛ non visitastis eos. Ecce ego visitabo sup vos maliciam studiorum vestrorum: ait dominus. Et ego congregabo reliquias gregis mei de omnib⁹ terris ad quas eiecero eos illuc: ꝛ conuertā eos ad rura sua ꝛ crescēt ꝛ multiplicabuntur: ꝛ suscitabo sup eos pastores ꝛ pascēt eos. Non formidabūt vltra: ꝛ nō pauebūt: ꝛ nullus qretur ex numero: dicit dñs. Ecce dies veniunt: dicit dñs: ꝛ suscitabo dauid germen iustum: ꝛ regnabit rex ꝛ sapiens erit: ꝛ faciet iudicium ꝛ iustitiam in terra. In diebus illis

[Marginalia: A — 24. q. 2. c. trāsferunt — Als + dispdūt. — E3 4. a — Isa.33.e. — B]

salvabitur iuda & israel habitabit cõfidē-ter. Et hoc est nomen quod vocabũt eum: dñs iustus noster. Propter hoc ecce dies veniũt dicit dñs: & non dicent vltra viuit dñs qui eduxit filios israel de terra egypti: sed viuit dñs qui eduxit & adduxit semen domus israel de terra aquilõis: & de cunctis terris ad quas eieceram eos illuc: & habitabũt in terra sua. Ad prophetas. Cõtritum est cor meum in medio mei: contremuerũt omnia ossa mea. Factus sum quasi vir ebrius: & quasi homo madidus a vino: a facie domini & a facie verborũ sanctorũ eius: qr + adulterijs repleta ẽ terra: qr a facie maledictionis luxit terra: arefacta sunt arua deserti. Factus est cursus eorũ mal⁹: & fortitudo eo$\mathfrak{x}$ dissimilis. Propheta nãq$\mathfrak{z}$ & sacerdos polluti sũt: & in domo mea inueni malũ eo$\mathfrak{x}$: ait dñs. Idcirco via eorũ erit quasi lubricũ in tenebris: impellentur enim & corruẽt in ea. Afferã enim sup eos mala: annũ visitationis eorum: ait dñs. Et in prophetis samarie vidi fatuitatem: & prophetabũt in baalim & decipiebant populum meũ israel. Et in prophetis hierusalẽ vidi similitudinẽ adulterantium & iter mendacij. Et cõfortauerunt manus pessimorum vt nõ cõuerteref vnusq$\mathfrak{z}$q$\mathfrak{z}$ a malicia sua. Facti sũt mihi oẽs vt sodoma: & habitatores ei⁹ quasi gomorra. Propterea hec dicit dñs exercituũ ad prophetas. Ecce ego cibabo eos absynthio: & potabo eos felle. A prophetis enim hierusalẽ egressa est pollutio super oẽm terrã. Hec dicit dominus exercituũ. Nolite audire verba prophetarum qui prophetãt vobis & decipiunt vos. Uisionem cordis sui loquũtur: nõ de ore domini. Dicũt his q blasphemant me locut⁹ est dominus: pax erit vobis & omnibus qui ambulãt ĩ prauitate cordis sui dixerũt: nõ veniet sup + vos malũ. Quis enim affuit in cõsilio domini: & vidit & audiuit smonẽ ei⁹? Quis cõsiderauit verbũ illius & audiuit? Ecce turbo dominice indignatiõis egredief & tẽpestas erumpens super caput impiorum veniet. Nõ reuertetur furor dñi vsq$\mathfrak{z}$dum faciat: & vsq$\mathfrak{z}$dum compleat cogitationem cordis sui. In nouissimis dieb⁹ intelligetis cõsiliũ ei⁹. Nõ mittebã prophetas & ipsi currebãt: nõ loquebar ad eos: & ipsi prophetabãt. Si stetissent in cõsilio meo & nota fecissent verba mea pplo meo: + auertissẽ vtiq$\mathfrak{z}$ eos a via sua mala & cogitatiõibus suis pessimis. Putas ne de⁹ e vicino: ego sum dicit dñs: & nõ deus de longe. Si occultabit vir in abscõditis: & ego nõ videbo eũ dicit dñs. Nũqd nõ celũ & terrã ego impleo dicit dñs? Audiui que dixerũt prophete: prophetantes in nomine meo mẽdaciũ atq$\mathfrak{z}$ dicẽtes. Somniaui somniaui. Usq$\mathfrak{z}$ quo istud est in corde prophetarũ vaticinantium mendacium: & prophetantiũ seductiones cordis sui. Qui volũt facere vt obliuiscatur populus meus nois mei propter somnia eorũ q narrãt vnusq$\mathfrak{z}$q$\mathfrak{z}$ ad proximũ suũ: sicut obliti sunt patres eorũ nois mei propter baal. + Propheta q habet somniũ narret somniũ: & q h$\mathfrak{z}$ sermonem meum: loquatur sermonem meum vere. Quid paleis ad triticũ dicit dñs? Nũqd non verba mea sunt quasi ignis: dicit dominus: quasi malleus cõterens petram. Propterea ecce ego ad prophetas: ait dñs: q furantur verba mea vnusquisq$\mathfrak{z}$ a proximo suo. Ecce ego ad prophetas: ait dominus: q assumunt linguas suas & aiũt: dicit dñs. Ecce ego ad prophetas somniãtes mendaciũt + dicit + dominus: qui narrauerũt ea & seduxerũt populum meũ in mendacio suo & in miraculis suis cũ ego nõ misissem eos: nec mãdassem eis q nihil profuerũt populo: dicit dñs. Si igif interrogauerit te populus iste vel propheta aut sacerdos dicẽs: quod est onus dñi: dices ad eos + Uos estis onus. Proijciã qppe vos dicit dñs. Et + propheta & sacerdos & populus q dicit onus dñi: visitabo sup virũ illũ & super domum eius. Hec dicetis vnusq$\mathfrak{z}$q$\mathfrak{z}$ ad proximum & ad fratrem suum. Quid respõdit dñs: & quid locutus est dñs? Et onus dñi vltra nõ memorabif qr on⁹ erit vnicuiq$\mathfrak{z}$ sermo su⁹. Et puertistis vba dei viuẽtis: dñi exercituũ dei nri. Hec dices ad prophetam Qui rñdit tibi dñs: & qd locutus est dñs? Si autem onus dñi dixeritis: propter hoc: hec dicit dominus. Qr dixistis sermonẽ istũ on⁹ dñi: & misi ad vos dicẽs: nolite dicere on⁹ dñi: propterea ecce ego tollã vos portãs & derelinquã vos & ciuitatem quã dedi vobis & patrib⁹ vris a facie mea: & dabo vos ĩ opprobriũ sempiternũ & ĩ ignominiã eternã q nũq$\mathfrak{z}$ obliuiõe delebif.

¶ Ca. xxiiij. ¶ De figura ficuũ duorum ca-

Marginalia: deu. 33. d — sup. 16. e — alš + adulterio — E — alš + nos — sup. 9. e. — D — s. 14. c. & infra. 19. c — E — alš + adnertissem — alš + propterea — F — alš + nisi — alš non hic + dñs — alš + vt qd vobis proijciam B — Alš + prophetis.

latorū quos vidit hieremias: de afflictiōe sedechie & populi. Cap. xxiiij.

A Ostendit mihi dñs: & ecce duo calathi pleni ficis positi ante templū domini: postqȝ transtulit. Nabuchodonosor rex babylōis iechoniā filiū ioachim regē iuda & principes eius & fabrū & inclusorē de hierl'm: & adduxit eos in babylonē. Calathus vnꝰ ficus bonas hēbat nimis: vt solēt ficus eē primi tpis. Et calathus vnus

B ficus habebat malas nimis q̄ comedi nō poterāt eo q̄ essent male. Et dixit dñs ad me. Quid tu vides hieremia? Et dixi. Ficus: ficus bonas: bonas valde: & malas: malas valde: q̄ comedi nō pñt eo q̄ sint male. Et factum est verbum dñi ad me dicēs. Hec dicit dñs deus israel. Sicut ficus he bone: sic cognoscam transmigrationē iuda quem emisi de loco isto in terrā chaldeorum in bonū: & ponā oculos meos sup

Sup. 1. a.

C eos ad placādum. Et reducam eos in terrā hāc. & edificabo eos & nō destruā: & plantabo eos & nō euellam: & dabo eis cor vt sciant me: q2 ego sum dñs. Et erunt mihi in populum & ego ero eis in deū: q2 reuertentur ad me in toto corde suo. Et sicut ficꝰ pessime que comedi nō possunt eo q̄ sint male: hec dicit dñs: sic dabo sedechiam re

Infra. 31. b.

D gē iuda & principes eiꝰ & reliquos de hierusalē qui remāserunt in vrbe hac: & qui habitant in terra egypti. Et dabo eos in vexationē afflictionēqȝ oībꝰ regnis terre in opprobriū: & in parabolā: & in puerbiū & in maledictionem in vniuersis locis ad que eieci eos: & mittā in eis gladium & famē & pestem donec ɔsumantur de terra q̄ dedi eis & patribus eorum.

Infra. 29. d

¶ Ca. Sū. ¶ De captiuitate septuaginta annorū totiꝰ iude: de calice quo potionātur oēs gentes: vocanī pastores & optimates ad planctum. Cap. xxv.

A Verbum qđ factū est ad hieremiā de oī populo iude in āno quarto ioachim filij iosie regis iude ipse est annus primus nabuchodonosor regis babylonis. Et locutus est hieremias pphta ad omnem populum iuda: & ad vniuersos habitatores hierusalē dicens. A tertiodecimo anno iosie filij ammon regis iuda vsqȝ ad diem hanc: ipse est tertius & vicesimus annus: factum est verbum domini ad me & locutus sum ad vos de nocte consurgens & loquēs: & non audistis. Et misit dominus ad vos oēs seruos suos pphetas consurgens diluculo mittensqȝ & nō audistis neqȝ inclinastis aures vrās: vt audiretis cum diceret. Reuertimini

B vnusqsqȝ a via sua mala: & a pessimis cogitatiōibꝰ vris: & habitabitis in terra quā dedi dñs vobis & patribus vestris a seculo & vsqȝ in seculū. Et nolite ire post deos alienos vt seruiatis eis: & adoretis eos: neqȝ me ad iracūdiā puocetis in opribꝰ manuū vestrarū: & nō affligam vos. Et nō audistis me: dicit dominus: vt me ad iracūdiā prouocaretis in opribꝰ manuum vestrarū in malū vrm. Propterea hec dicit dñs exercituum. Pro eo q̄ non audistis verba mea ecce ego mittā & assumam vniuersas cognationes aquilonis: ait dñs: & nabuchodonosor regem babylonis seruum meū & adducā eos super terrā istā & sup habitatores eius: & sup oēs natiōes q̄ i circuitu illius sunt: & interficiam eos & ponā

Sup. 15. b
Infra. 35. c.
4. re. 17. b

C eos in stuporem & in sibilum & in solitudines sempiternas. Perdāqȝ ex eis vocē gaudij & vocē letitie: vocem sponsi: & vocem sponse: vocem mole & lumen lucerne. Et erit vniuersa terra eius in solitudinem & in stuporem: & seruient oēs gētes iste regi babylonis septuaginta ānis. Cūqȝ impleti fuerint septuaginta anni: visitabo super regē babylōis: & sup gentē illā: & dicit dñs iniquitatem eorum & super terram chaldeorum: & ponam illā in solitudines sempiternas. Et adducam super terrā illā omnia verba mea que locutus sum ɔtra eam: oē quod scriptū est in libro isto que cūqȝ prophetauit hieremias aduersū oēs gentes: q2 seruierunt eis cū essent gentes multe & reges magni. Et reddam eis secū

Infra. 29. c
1. esd. 1. a.

D dum opera eorū: & secundum factū manuum suarū. Quia sic dicit dominus exercituum deus israel. Sume calicem vini furoris huius de manu mea & propinabis de illo cūctis gētibꝰ ad quas ego mittā te & bibēt: & turbabuntur & insaniēt a facie gladij quē ego mittā inter eos. Et accepi calicē de manu dñi: & propinaui cūctis gētibus ad quas misit me dñs hierusalem & ciuitatibus iuda & regibus eius & principibus eius: vt darem eos in solitudinē & in stuporē & in sibilū & in maledictionē

E sicut est dies ista. Pharaoni regi egypti &

seruis eius ⁊ principibus eius: ⁊ oĩ pplo ei⁹ ⁊ vniuersis generalr cũctis regib⁹ terre ausitidis: ⁊ cũctis regibus terre philistijm ⁊ ascalonis ⁊ gaze ⁊ accaron azoti ⁊ reliqs idumee ⁊ moab ⁊ filijs ammõ ⁊ cũctis regib⁹ tyri ⁊ vniuersis regib⁹ sydõis ⁊ regib⁹ terre insulaꝝ q̃ sunt trãs mare: ⁊ dedan ⁊ theman ⁊ buz: ⁊ vniuersis q̃ attõsi sũt in comam ⁊ cunctis regib⁹ arrabie: ⁊ cũctis regib⁹ occidẽtis q̃ habitãt i deserto: ⁊ cũctis regibus zambri: ⁊ cũctis regibus elam: ⁊ cũctis regibus medoꝝ: cunctis quoq; regib⁹ aqlonis de ppe ⁊ de lõge: vnicuiq; contra fratrẽ suum ⁊ oĩbus regnis terre que sup faciem eius sunt. Et rex sesach bibet post eos. Et dices ad eos. Hec dicit dñs exercituũ deus isrł. Bibite ⁊ inebriamini ⁊ vomite ⁊ cadite: neq; surgatis a facie gladij quẽ ego mittã iter vos. Cumq; noluerint accipere calicẽ de manu tua vt bibant: dices ad eos. Hec dicit dñs exercituũ. Bibẽtes bibetis. Q: ecce in ciuitate in qua inuocatũ est nomẽ meuz ego incipio affligere: ⁊ vos quasi innocẽtes ⁊ immunes eritis? Nõ eritis imunes. Gladium enim ego voco super omnes habitatores terre: dicit dñs exercituum. Et tu ꝓphetabis ad eos oĩa verba hec: ⁊ dices ad illos. Dñs de excelso rugiet: ⁊ de habitaculo sancto suo dabit vocẽ suã. Rugiẽs rugiet sup decorẽ suũ. Celeuma q̃si calcantiũ cõcinet aduersus oẽs habitatores terr. Peruenit sonit⁹ vsq; ad extrema terre: q2 iudiciũ dño cũ gentibus. Judicat ipse cuz oĩ carne. Impios tradidi gladio: dicit dominus. Hec dicit dñs exercituũ. Ecce afflictio egredieł de gente in gẽtẽ: ⁊ turbo magnus egredieł a sũmitatib⁹ terre: ⁊ erũt interfecti dñi in die illa a sũmo terre vsq; ad summũ eius. Nõ plangenł ⁊ nõ colligenł neq; sepelienł: in sterqlinio sup faciẽ terre iacebũt. Ululate pastores ⁊ clamate: ⁊ aspgite vos cinere optimates gregis: q2 cõplecti sũt dies vestri ⁊ interficiamini: ⁊ dissipatiões vestre: ⁊ cadetis q̃si vasa preciosa. Et peribit fuga a pastorib⁹: ⁊ saluatio ab optimatib⁹ gregis. Uox clamoris pastoꝝ ⁊ vlulat⁹ optimatũ gregis: q2 vastauit dñs pascua eoꝝ: ⁊ conticuerunt arua pacis a facie ire furoris dñi. Dereliqt quasi leo tabernaculũ suum: facta ẽ terra eoꝝ in desolationẽ a facie ire columbe: ⁊ a facie ire furoris domini.

¶ Ca. xxvi. ¶ De regno ioachim quãdo sacerdotes voluerũt occidere hieremiã: ⁊ liberatus est per principes. Cap. xxvi.

In principio regni ioachiz filij iosie regis iuda factũ est verbũ istud a dño dicẽs. Hec dicit dñs. Sta in atrio domus dñi: ⁊ loq̃ris ad oẽs ciuitates iuda: de q̃b⁹ veniũt vt adorẽt in domo dñi vniuersos sermones quos ego mãdaui tibi vt loq̃ris ad eos. Noli subtrahere verbũ: si forte audiãt ⁊ quertanł vnusq̃sq; a via sua mala: ⁊ peniteat me mali qđ cogitaui facere eis ꝓpter maliciã studioꝝ eoꝝ. Et dices ad eos. Hec dicit dñs. Si non audieritis me vt ambuletis in lege mea quã dedi vobis vt audiatis sermonẽ seruoꝝ meoꝝ ꝓphetarũ quos ego misi ad vos de nocte cõsurgẽs ⁊ dirigẽs ⁊ non audistis: dabo domum istã sicut sylo: ⁊ vrbẽ hãc dabo i maledictionẽ cũctis gẽtibus terre. Et audierũt sacerdotes ⁊ ꝓphete ⁊ oĩs ppłs hieremiã loquẽtẽ verba hec i domo dñi. Cũq; cõplesset hieremias loquẽs oĩa q̃ ꝑceperat ei dñs vt loqueretł ad vniuersum populũ appꝛehenderũt eũ sacerdotes ⁊ ꝓphete ⁊ oĩs populus dicẽs. Morte moriał. Quare ꝓphetauit in noĩe dñi dicens: sicut silo erit domus hec: ⁊ vrbs ista desolabił eo q̃ nõ sit habitator? Et cõgregatus est oĩs populus aduersus hieremiã i domo dñi. Et audierũt principes iuda v̉ba hec: ⁊ ascẽderũt de domo regis in domũ dñi: ⁊ sederũt in introitu porte domus dñi noue. Et locuti sũt sacerdotes ⁊ ꝓphete ad ꝑncipes ⁊ ad oẽz ppłm dicẽtes. Judiciũ mortis est viro huic: q2 ꝓphetauit aduersus ciuitatẽ istã sicut audistis aurib⁹ v̄ris. Et ait hieremias ad oẽs principes ⁊ ad vniuersũ populũ dicẽs. Dominus misit me vt ꝓphetarẽ ad domũ istaz ⁊ ad ciuitatem hãc oĩa verba que audistis. Nunc ergo bonas facite vias vestras ⁊ studia vestra: ⁊ audite vocem domini dei vestri: ⁊ penitebit dominum mali quod locutus est aduersum vos. Ego autem ecce in manibus vestris sum: facite mihi quod bonum ⁊ rectum est in oculis vestris. Uerũtamẽ scitote ⁊ cognoscite: q2 si occideritis me: sanguinẽ innocẽtẽ tradetis cõtra vosmetipsos ⁊ cõtra ciuitatem istam ⁊ habitatores eius. In veritate enim misit me domi-

Marginalia (left): E; Cant. 5. a; C; F; Joel. 3. c. Amos. 1. a; G; D; H; al. tabernaculũ.
Marginalia (right): A; al. regis.; B; infra. co.; C; al. morte moriet q. supra. cc.; al. nouissime domus.; al. vniuersum.; sup. 7. a; E

nus ad vos vt loquerer in auribꝰ vestris omnia verba hec. Et dixerūt principes et oēs ppl's ad sacerdotes ⁊ ad prophetas. Nō est viro huic iudiciū mortis: q2 i nomine dñi dei nostri locutꝰ ē ad nos. Surrexerūt ergo viri de seniorib' terre ⁊ dixerunt ad oēm cetū ppl'i loquētes. ✝ Micheas de morastin fuit propheta i dieb' ezechie regis iuda: ⁊ ait ad oēm ppl'z iude dicēs. Hec dicit dñs exercituū. Sion qsi ager arabit: ⁊ hierusalē i aceruū lapidū erit: ⁊ mōs domꝰ ✝ dñi i excelsa siluaꝝ. Nūqd morte cōdemnauit eū Ezechias rex iuda ⁊ oīs iuda? Nūqd non timuerūt dominū ⁊ deprecati sūt faciem dñi: ⁊ penituit dñm mali qd locutꝰ fuerat aduersum eos? Itaq3 nos ✝ facimꝰ malū grāde cōtra animas nostras. Fuit quoq3 vir prophetās i nomine dñi. Urias filiꝰ semei de cariathiarim: ⁊ prophetauit aduersus ciuitatem istam ⁊ aduersus terram hāc iuxta omnia verba hieremie. Et audiuit rex ioachim ⁊ omnes potētes ⁊ principes eiꝰ verba hec: ⁊ qsiuit rex interficere eū. Et audiuit vrias ⁊ timuit: fugitq3 ⁊ ingressus est egyptū. Et misit rex ioachim viros in egyptū hel: nathan filium achabor ⁊ viros cū eo in egyptū. Et eduxerūt vriam de egypto: ⁊ adduxerūt eum ad regem ioachim: ⁊ percussit eū gladio ⁊ proiecit cadauer eiꝰ in sepulchris vulgi ignobilis. Igit manus aichan filij saphan fuit cū hieremia: vt non traderetur in manꝰ populi ⁊ interficerent eum.

¶ Ca. Sū. ¶ De cathenis ligneis ⁊ vinclis mittēdis qnq3 regibꝰ: ⁊ monent subijci nabuchodonosor: aliter morient. Ca. xxvij.

In principio regni ioachim filij Josie regis iuda factum est verbum istud ad hieremiam a domino dicens. Hec dicit dominus ad me. Fac tibi vincula ⁊ cathenas: ⁊ pones eas i collo tuo ⁊ mittes eas ad regem edon: ⁊ ad regem moab: ⁊ ad regem filiorum ammon: ⁊ ad regem tyri: ⁊ ad regem sydonis in manu nūciorum q venerūt h' ierusalem ad sedechiam regem iuda: ⁊ precipies eis vt ad dominos suos loquant. Hec dicit dominꝰ exercituū deꝰ israel. Hec dicetis ad dños vestros. Ego feci terram ⁊ ✝ homines ⁊ iumenta q sūt sup faciē terre i fortitudine mea magna: ⁊ i brachio meo extēto ⁊ dedi ea3 ei q placuit in oculis meis. Et nūc itaq3 ego dedi oēs terras istas in manu nabuchodonosor regis babylōis serui mei. Insup ⁊ bestias agri dedi ei: vt seruiāt illi. Et seruiēt ei oēs gētes: ⁊ filio eiꝰ ⁊ filio filij eius donec veniat tēpus terre eiꝰ ⁊ ipsiꝰ. Et seruiēt ei gētes multe ⁊ reges magni. Gens aūt ⁊ regnū qd nō seruierit nabuchodonosor regi babylonis ⁊ quicūq3 nō curuauerit collu3 suū sub iugo regis babylōis: i gladio ⁊ i fame ⁊ in peste visitabo sup gētē illā: ait dominus: donec ɔsumā eos in manu eius. Uos ergo nolite audire prophetas vros ⁊ diuinos ⁊ somniatores ⁊ augures ⁊ maleficos qui dicunt vobis: nō seruietis regi babylonis: q2 mendacium pphetāt vobis vt longe faciāt vos de terra vrā: ⁊ eijciant vos ⁊ pereatis. Porro gens que subiecerit ceruicē suā sub iugo regis babylonis ⁊ seruierit ei: dimittam ea3 in terra sua dicit dominus: ⁊ colet eā ⁊ habitabit i ea. Et ad sedechiam regē iuda locutus su3 oīa verba hec dicēs. Subijcite colla vestra sub iugo regis babylōis: ⁊ fuite ei ⁊ pplo eiꝰ ⁊ viuetis. Quare moriemini tu ⁊ pplꝰ tuus gladio ⁊ fame ⁊ peste: sic locutꝰ est dñs ad gentē que seruire noluerit regi babylōis. Nolite audire verba pphetarū dicentium vobis: non seruietis regi babylōis: q2 mendaciū ipsi loquūtur vobis. Q2 nō misi eos: ait dñs: ⁊ ipsi pphetant in noie meo mēdaciter vt eijciant vos ⁊ pereatis tam vos q3 pphete qui vaticinant vobis. Et ad sacerdotes ⁊ ad populū istum locutus sum dicēs. Hec dicit dñs. Nolite audire verba pphetarū vestrorum qui pphetant vobis dicētes: ecce vasa dñi reuertent de babylone nunc cito. Mendaciu3 eni3 pphetant vobis. Nolite ergo audire eos: s3 seruite regi babylonis vt viuatis. Quare datur hec ciuitas in solitudinē? Et si pphete sunt: ⁊ est verbū dñi in eis: occurrēt domino exercituum vt nō veniant vasa q derelicta fuerāt i domo dñi: ⁊ in domo regis iuda: ⁊ in hierusalē: in babylonē. Q2 hec dicit dominus exercituu3 ad colūnas ⁊ ad mare: ⁊ ad bases: ⁊ ad reliqua vasorū que remanserunt in ciuitate hac: que nō tulit nabuchodonosor rex babylonis cu3 trāsferret iecōniā filiū ioachim regē iuda de hierusalē in babylonē ⁊ oēs optiates iuda ⁊ hierusalē. Q2 hec dicit dominus exercituum deus israel ad vasa q derelicta

Marginal notes: al's ✝ micheas de morasthi | mic. 3. d. | al'. nō h3 ✝ dñi | al's ✝ faciamꝰ | al's ✝ homines | al's ✝ | s. 14. c. | 4. re. 25

relicta sunt in domo dñi ⁊ in domo regis iuda ⁊ hierl'm. In babylonẽ transferent ⁊ ibi erũt vsqȝ ad diẽ visitatiõis sue dic dñs. Et afferri faciã ea ⁊ restitui in loco isto.

¶ Ca. Sũ. ¶ Annanias pphēta dicit hieremie q̄ post duos ãnos redibit pplš de babylone ⁊ omnia vasa dom⁹ dñi: respõdit hieremias amen. Ca. xxviij.

A Et factũ est in ãno illo in pncipio regni sedechie regis iuda in ãno qrto in mẽse qnto: dixit ad me ãnanias filius asur pphēta de gabaõ in domo dñi coram sacerdotib⁹ ⁊ oĩ pplo dicẽs. Hec dicit dñs exercituũ de⁹ israel. Cõtriui iugum regis babylonis. Adhuc duo ãni dierũ: ⁊ ego referri faciã ad locũ istũ oĩa vasa dñi q̃ tulit nabuchodonosor rex babylonis de loco isto ⁊ trãstulit ea in babylonẽ. Et iechoniã filiũ ioachim regẽ iuda ⁊ oẽm transmigrationẽ iude q̃ ingressi sunt in babylonẽ ego cõuertã ad locũ istũ: ait dñs. B Cõterã enim iugũ regis babylonis. Et dixit hieremias pphēta ad annaniã pphētã in oculis sacerdotũ ⁊ in oculis omnis ppli q̃ stabat in domo dñi: ⁊ ait hieremias pphēta. Amẽ. Sic faciet dñs. Suscitet dñs v̄ba tua q̃ pphētasti vt referant vasa in domũ dñi: ⁊ omnis trãsmigratio de babylone ad locũ istũ. Uerũtñ audi v̄bum hoc qđ ego loquor in aurib⁹ tuis: ⁊ in auri- C bus vniuersi ppli. Prophete q̃ fuerũt ante me ⁊ ante te ab initio: ⁊ pphētauerũt sup terras multas ⁊ sup regna magna de prelio ⁊ de afflictione: ⁊ de fame. pphēta q̃ vaticinat⁹ est pacẽ: cũ venerit verbũ ei⁹: tunc sciet pphēta quẽ misit dñs in veritate. Et tulit annanias pphēta cathenam de collo hieremie pphēte: ⁊ cõfregit eã. Et ait ãnanias in cõspectu omnis ppli dicẽs. Hec dicit dñs. Sic cõfringã iugũ nabuchodonosor regis babylonis post duos ãnos dierũ de collo omniũ gentiũ. Et abijt hieremias pphēta in viã suã. Et factũ est verbũ dñi ad hieremiã postq̃ cõfregit ãnanias pphēta cathenã de collo hieremie pphēte dicẽs. D Uade ⁊ dices ãnanie. Hec dicit dñs. Cathenas ligneas cõtriuisti: ⁊ facies p eis cathenas ferreas: q2 hec dicit dñs exercituum deus israel. Jugũ ferreũ posui sup collum cũctarũ gẽtiũ istarũ vt seruiãt nabuchodonosor regi babylonis: ⁊ seruient ei: insup ⁊ bestias terre dedi ei. Et dixit hieremias pphēta ad ãnaniã pphētã. Audi ãnania. Nõ misit te dñs: ⁊ tu cõfidere fecisti pplm istũ in mẽdacio. Jdcirco hec dicit dñs. Ecce ego mittã te a facie terre. hoc ãno morieris: aduersum enim dominũ locutus es. Et mortuus est annanias propheta in anno illo: mense septimo.

¶ Capituli Sũmariũ. ¶ Propheta describit trãsmigrationẽ vt credat sibi scribẽs ad captiuos babylonis q̄ ãno septuagesimo a dño visitabunt: ⁊ de pseudo pphetis cauendis. Cap. xxix.

A Et hec sunt verba libri quẽ misit hieremias pphēta de hierusalẽ ad reliquias seniorũ trãsmigrationis ⁊ ad sacerdotes ⁊ ad pphētas. ⁊ ad oẽm populũ quẽ traduxerat nabuchodonosor de hierusalẽ + in babylonem postq̃ egressus est iechonias rex ⁊ domina ⁊ eunuchi ⁊ principes iuda ⁊ hierusalẽ: ⁊ faber ⁊ inclusor de hierusalẽ in manu elasa filij saphan ⁊ gamalie filie helchie quos misit sedechias rex iuda ad nabuchodonosor regẽ babylonis in babylonẽ dicẽs. Hec dicit dñs exercituũ de⁹ israel: omni trãsmigrationi quã trãstuli de hierusalẽ in babylonẽ. Edificate domos ⁊ habitate: ⁊ plantate hortos ⁊ comedite fructum eorum. Accipite vxores ⁊ generate filios ⁊ filias: ⁊ date filijs vestris vxores: ⁊ filias v̄ras date viris: ⁊ pariant filios ⁊ filias: ⁊ multiplicabimini ibi ⁊ nolite esse pauci numero: ⁊ querite pacem ciuitatis ad quam trãsmigrare vos feci: ⁊ orate pro ea ad dominum q2 in pace illius erit pax + vobis. Hec dicit dominus exercituum deus israel. Non vos seducant prophete vestri qui sunt in medio vestrum ⁊ diuini vestri: ⁊ ne attẽdatis ad somnia vestra que vos somniatis: q2 falso ipsi prophetãt vobis nomine meo ⁊ nõ misi eos: dicit dominus. Q2 hec dicit dominus. Cum ceperint impleri in babylone septuaginta anni visitabo vos ⁊ suscitabo super vos verbum meum bonum: vt reducam vos ad locum istum. Ego enim scio cogitationes quas cogito super vos: dicit dominus cogitationes pacis ⁊ non afflictionis: vt dem vobis finem ⁊ patientiam: ⁊ inuocabitis me ⁊ + viuetis ⁊ orabitis me ego ⁊ exaudiam vos: queretis me ⁊ inuenietis. Cum quesieritis me in toto corde v̄stro: inueniar a vobis: ait dñs.

Als nobis + in

B infra eo.

Als + vestra

C de pe. di. j. ca. pdixerat ⁊ c. tenetqȝ sup. 14. c. 2 pa. 36. d. 1. esd. 1. a. 8. 25. c.

Als + ibitis ⁊ adorabitis.

Et reducā captiuitatē vestrā: ꝛ cōgregabo
B vos de vniuersis gētibus ꝛ de cūctis locis
ad que expuli vos dicit dñs. Et reuerti vos
faciā de loco ad quē trāsmigrare vos feci:
qꝛ dixistis. Suscitabit nobis dñs ꝓphe-
tas in babylone. Quia hec dicit dñs ad re
gem q̄ sedet sup soliū dauid: ꝛ ad oēm po
pulū habitatorē vrbis hui⁹: ad fratres ve
stros qui nō sunt egressi vobiscū in trās-
migrationē. Hec dicit dñs exercituū. Ecce
mittā in eos gladiū ꝛ famem ꝛ pestē: ꝛ po
nā eos quasi ficus malas que comedi nō
possunt eo q̄ pessime sint ꝛ psequar eos in
gladio: ꝛ in fame: ꝛ in pestilentia. Et dabo
eos in vexationē vniuersis regnis terre:
Sup.24.d in maledictionē ꝛ in stuporē ꝛ in sibilum
ꝛ in opprobriū cūctis gētib⁹ ad quas ego
eieci eos: eo q̄ nō audierint vba mea dicit
dñs: que misi ad eos p seruos meos ꝓphe-
tas de nocte ꝯsurgēs ꝛ mittēs: ꝛ nō audi-
E stis dicit dñs. Uos ergo audite vbum dñi
omnis trāsmigratio quā emisi de hieru-
salē in babylonē. Hec dicit dñs exercituū
de⁹ israel: ad achab filium chulie ꝛ ad sede-
chiā filiū maasie qui ꝓphetāt vobis in no
mine meo mēdaciter. Ecce ego tradā eos
in manu nabuchodonosor regis babylo-
nis: ꝛ pcutiet eos in oculis vestris. Et assu
metur ex eis maledictio omni transmi-
grationi iude que est in babylone dicen-
tiū. Ponat te dñs sicut sedechiam ꝛ sicut
achab quos frixit rex babylonis in igne:
p eo q̄ fecerint stultitiā in israel: ꝛ mecha
ti sunt in vxores amicorū suoꝝ: ꝛ locuti
sūt verbū in noīe meo mēdaciter: qđ nō
F mādaui eis. Ego sum iudex ꝛ testis dicit
dñs. Et ad semeiam neelamitē dices. Hec
dicit dñs exercituū deus israel. Pro eo q̄
al's + tuo misisti in nomine + meo libros ad oēm
ppłm q̄ est in hierusalē ꝛ ad sophoniā fi-
lium maasie sacerdotē: ꝛ ad vniuersos sa
cerdotes dicēs: dñs dedit te sacerdotē pro
al's + io- ioiada sacerdote vt sis dux in domo dñi
iade sup oēm virū arepticium ꝛ ꝓphetantē vt
mittas eū in neruū ꝛ in carcerē. Et nunc
quare nō increpasti hieremiā anathotitē
qui ꝓphetat vobis. Quia sup hoc misit in
al. + lōge babylonē ad nos dicēs. + Longū est edi-
B ficate domos ꝛ habitate: ꝛ plātate hortos ꝛ
Sup eo. comedite fructus eoꝝ. Legit ergo sopho-
nias sacerdos librū istū in aurib⁹ hiere-
mie ꝓphete. Et factū est verbū dñi ad hie-
remiā dicēs. Mitte ad oēm transmigra-
tionē dicēs. Hec dicit dñs ad semeiā nee-
lamitē. Pro eo q̄ ꝓphetauit vobis seme-
ias: ꝛ ego nō misi eū: ꝛ fecit vos confidere
in mendacio: idcirco hec dicit dñs. Ecce
ego visitabo sup semeiā neelamitē ꝛ sup se
men ei⁹. Nō erit + ei vir sedēs in medio al. + eis
ppli hui⁹. ꝛ nō videbit bonū qđ ego faciā
populo meo: ait dñs: qꝛ preuaricationem
locutus est aduersus dominum.

¶ Cap. Sm. ¶ Promittit tristitiā: de ca-
ptiuitate iude: subdit de gaudio liberatio
nis ꝛ vltione in hostes populi. Cap. xx.

Hoc verbū qđ factū est ad hieremiā a A
dño: dicēs. Hec dicit dñs deus israel:
dicēs. Scribe tibi omnia verba que locu-
tus sum ad te in libro. Ecce. n. dies veniūt:
dicit dñs: ꝛ ꝯuertā cōuersionem populi
mei israel ꝛ iuda ait dñs: ꝛ ꝯuertā eos ad
terrā quā dedi patrib⁹ eoꝝ ꝛ possidebunt
eā. Et hec vba que locut⁹ est dñs ad israel
ꝛ ad iudā. Qm̄ hec dicit dñs. Uocē terro-
ris audiuim⁹ formido ꝛ non est pax. In-
terrogate ꝛ videte si generat masculus.
Quare ergo vidi omnis viri manū super
lūbū suū q̄si + parturiētis ꝛ ꝯuerse sunt al's + pa-
vniuerse facies i auruginē. Ue qꝛ magna riētes
dies illa: nec est similis ei⁹: tēpus q̄ tribu
lationis est iacob: ꝛ ex ipso saluabit. Et erit B
in die illa ait dñs exercituū: cōterā iugū
ei⁹ de collo tuo: ꝛ vincula eius dirūpā. Et
nō dominabunt ei ampli⁹ alieni: sed ser-
uient dño deo suo: ꝛ dauid regi suo quem
suscitabo eis. Tu ergo ne timeas + serue Infra.46.g
me⁹ Jacob ait dñs: neq̄ paueas israel: qꝛ Esa.44.a
ecce ego saluabo te de terra lōginqua ꝛ se- al's + ser-
men tuū de terra captiuitatis eoꝝ. Et re- uus
uertet iacob ꝛ + ꝗescet: ꝛ cūctis affluet bo- al's + re-
nis ꝛ nō erit qui formidet: quoniā tecum quiescet
ego sum: ait dñs vt saluem te. Faciam. n.
cōsummationem in cunctis gentibus in
quibus dispersi te: te autem nō faciā in con-
summationē: sed castigabo te in iudicio:
vt tibi non videaris innoxi⁹: qꝛ hec dicit
dñs. Insanabilis fractura tua: pessima pla
ga tua. Nō est qui iudicet iudiciū tuū: + C
ad alligādū curationē tuā vtilitas nō est al's + ad
tibi. Oēs amatores tui obliti sunt tui: te- alligādū
q̄ nō querent. Plaga. n. inimici percussi curatio-
te: castigatione crudeli. Propter multi- nū vtili-
tudinē iniqtatis tue dura facta sunt pecca tas
ta tua. Quid clamas sup cōtritione tua? Sup.15.d

Insanabilis est dolor tu⁹. Propter mul-
titudinem iniquitatis tue ꝛ propter du-
ra peccata tua feci hec tibi. Propterea oēs
qui comedunt te deuorabūtur: ꝛ vniuer
si hostes tui in captiuitatem ducentur. Et
omnes qui te vastāt vastabunt: cunctos-
qꝫ predatores tuos dabo in predaȝ. Obdu
cam eniȝ cicatricē tibi: ꝛ a vulnerib⁹ tuis
sanabo te: dicit dñs. Quia eiectā vocauerūt
te syō: hec est que nō habeat requirentē. Hec
D dicit dñs. Ecce ego quertā cōuersionē ta-
bernaculoꝝ iacob: ꝛ tectis eius miserebor.
Et edificabit ciuitas in excelso suo: ꝛ tem-
plū iuxta ordinē suum fundabit. Et egre
dietur de eis laus voxqꝫ ludētiū: ꝛ multi-
plicabo eos ꝛ non minuent: ꝛ glorificabo
eos ꝛ nō attenuabunt: ꝛ erūt filij eius + (als + sicuti)
sicut a principio: ꝛ cetus ei⁹ corā me per-
manebit. Et visitabo aduersū oēs q tribu
lāt eū: ꝛ erit dux ei⁹ ex eo: ꝛ pnceps de me
dio ei⁹ pducet. Et applicabo euȝ ꝛ accedet
ad me. Quis. n. iste est q applicet cor suuȝ
vt appropinquet mihi: ait dñs? Et eritis
mihi in pplm: ꝛ ego ero vobis in deū. Ec-
ce turbo dñi furor egrediēs pcella ruens
in capite impioꝝ conquiescet. Nō auer-
tet iram indignationis dñs: donec faciet
ꝛ cōpleat cogitationem cordis sui. In no
uissimo dierum intellegetis ea.

¶ Cap. Sū. ¶ Post plenitudinē gentiū intrat israel ad fidē: de plāctu de cōsolatiōe rachel sup mortē filioꝝ suoꝝ: reuocat dñs effraim ꝛ israel ad fidem: de christi natiuitate: ꝛ sacramento corporis ꝛ sanguinis ei⁹: qꝫ vnusqsqꝫ morietur in pctō suo: de reedificatiōe ciuitatis hierlm. Cap. xxxi.



In illo tpe dicit dñs. Ero deus vniuer
sis cognationib⁹ israel: ꝛ ipsi erunt
mihi in populuȝ. hec dicit dñs. Inuenit
gratiam in deserto populus qui remanse
rat gladio. Vadet ad requiem suaȝ israel.
Longe domin⁹ apparuit mihi. Et in cha-
ritate perpetua dilexi te: ideo attraxi te mi
serans. Rursumqꝫ edificabo te: ꝛ edificabe-
ris virgo israel. Adhuc ornaberis tympa
nis tuis: ꝛ egredieris in choro ludentiū.
Adhuc plantabis vineas in montib⁹ sa-
marie. Plantabunt plantātes ꝛ donec tē-
pus veniat non vindemiabunt: quia erit
dies in qua clamabunt custodes in mon
te effraim. Surgite ꝛ ascendamus in syō
ad dominum deum nostruȝ: quia hec di-
cit dominus. Exultate in letitia Jacob ꝛ
hinnite contra caput gentium: personate (28. q. i. cū iudeos in glo.)
ꝛ canite ꝛ dicite. Salua domine populum
tuum reliquias israel. Ecce ego adducam
B eos de terra aquilonis: ꝛ congregabo eos
ab extremis terre: inter quos erūt cecus
ꝛ claudus: ꝛ pregnans ꝛ pariens simul ce
tus magnus reuertentium huc. In fletu (als + in pcibus)
venient ꝛ in misericordia reducam eos.
Et adducam eos per torrentes aquarum
in via recta: ꝛ nō impingent in ea: quia fa
ctus sum israeli pater ꝛ effraim primoge
nitus meus est. Audite verbum domini
gentes: ꝛ annūciate in insulis que procul
sunt: ꝛ dicite. Qui dispersit israel congre-
gabit eum: ꝛ custodiet eū sicut pastor gre
gem suum. + Redimet enim dominus (als + Redemit)
Jacob: ꝛ + liberabit eum de manu poten- (al. + liberauit)
tioris. Et venient ꝛ laudabunt in monte
syon: ꝛ cōfluent ad bona domini super fru
mento: ꝛ vino ꝛ oleo ꝛ fetu pecorum ꝛ ar
C mentorum: eritqꝫ anima eorum quasi
hortus irriguus ꝛ vltra nō esurient. Tūc
letabitur virgo in choro: iuuenes ꝛ senes
simul. Et conuertam luctum eorum in
gaudium ꝛ consolabor eos: ꝛ letificabo a
dolore suo. Et inebriabo animam sacerdo
tum pinguedine: ꝛ populus meus bonis (sup. 3. G. Mat. 2. C. is. di. c. pcepta.)
adimplebitur: ait dominus. hec dicit do-
minus. Vox in excelso audita est lamen-
tationis luctus ꝛ fletus: rachel + plorātis
filios suos: ꝛ + nolentis consolari sup eis: (al. + plorauit)
quia nō sunt. hec dicit domin⁹. Quiescat
vox a ploratu ꝛ oculi tui a lachrymis: qꝛ (al + plorans)
est merces operi tuo: ait dominus. Et re
uertent de terra inimici: ꝛ ē spes + nouissi (als + noluit)
mis tuis: ait dñs: ꝛ reuertent filij tui ad
fines suos. Audiēs audiui effraiȝ trāsmi (als + in)
grātē. Castigasti me dñe: ꝛ erudit⁹ sum q̄.

si iuuenculus indomit⁹. Conuerte me ꝛ + couertar: q꞉ tu dñs de⁹ me⁹. Postq̄. n. querisisti me: egi pniam: ꝛ postq̄ ostēdisti mihi pcussi femur meū. Confusus sum ꝛ erubui: qm̄ sustinui opprobriū adolescē tie mee. Si fili⁹ honorabilis mihi effraim si puer delicat⁹: q꞉ ex quo locut⁹ sum de eo adhuc recordabor ei⁹. Idcirco conturbata sunt viscera mea sup eū: miserās miserebor ei⁹ ait dñs. Statue tibi + speculā pone tibi amaritudines. Dirige cor tuū in viā + rectā in qua ambulasti. Reuertere virgo isrl: reuertere ad ciuitates tuas istas. Usq̄quo delitijs dissolueris filia vaga? Quia creauit dñs nouū sup terrā: femina circūdabit virū. Hec dicit dñs exercituū de⁹ israel. Adhuc dicēt verbū istud in terra iuda ꝛ in vrbib⁹ ei⁹ cū quertero captiuitatē eoꝝ. Bñdicat tibi dñs pulchritudo iustitie: mons sanct⁹. Et habitabūt in eo iudas ꝛ oēs ciuitates ei⁹ simul agricole ꝛ minātes greges: q꞉ inebriaui aiam lassam: ꝛ oēm animā esurientē saturaui. Ideo quasi de somno suscitat⁹ sum: ꝛ vidi ꝛ somn⁹ meus dulcis mihi. Ecce dies veniunt dicit dñs: ꝛ seminabo domū israel ꝛ domū iuda semine + hominū ꝛ semine iumētoꝝ. Et sicut vigilaui sup eos vt euellerē: ꝛ demolirer ꝛ dissiparē: ꝛ disperdrem ꝛ affligerē: sic vigilabo sup eos vt edificē ꝛ plantē: ait dñs. In dieb⁹ illis nō dicent vltra: patres comederūt vuā acerbā: ꝛ dētes filioꝝ obstupuerūt: sed vnusq̄sq̄ in iniqtate sua morieē. Omnis hō q comederit vuā acerbam obstupescēt dentes eius. Ecce dies veniēt dicit dñs: ꝛ feriam domui isrl ꝛ domui iuda fedus nouū. Nō fm pactū qd̄ pepigi cū patrib⁹ vestris in die qua apprehēdi manū eoꝝ vt educerem eos de terra egypti: pactū qd̄ irritū fecerunt: ꝛ ego dominat⁹ sum eoꝝ: dicit dñs: sed hoc erit pactū qd̄ feriā cū domo israel. Post dies illos dicit dñs: dabo legem meā in visceribus eoꝝ ꝛ in corde eoꝝ scribā eam: ꝛ ero eis in deū: ꝛ ipsi erūt mihi in populū. Et + nō docebit vltra vir proximū suū: ꝛ vir fratrē suū: dicēs cognosce dñm. Omnes. n. cognoscēt me a minimo eoꝝ vsq̄ ad maximū: ait dñs q꞉ propitiabor iniqtati eoꝝ ꝛ peccati eoꝝ non memorabor ampli⁹. Hec dicit dñs q dat solē in lumine diei: ordinē lune ꝛ stellaꝝ in lumine noctis: q turbat mare ꝛ sonāt fluctus eius: dñs exercituum nomē illi. Si defecerint leges iste coram me dicit dñs: tunc ꝛ semē israel deficiet vt non sit gens corā me cunctis dieb⁹. Hec dicit dñs. Si mēsurari poterūt celi rursum ꝛ inuestigari fundamēta terre deorsum: ꝛ ego abijciam vniuersum semen israel, pp̄ter oia que fecerūt dicit dñs. Ecce dies veniēt dicit dñs: ꝛ edificabiē ciuitas domino a turre anameheel vsq̄ ad portā anguli. Et exibit vltra normā mēsure in cōspectu eius sup collē gareb: ꝛ circūibit goatha ꝛ oēm vallē + cadauerū ꝛ cineres ꝛ vniuersā regionem mortis ad torrentem cedron ꝛ vsq̄ ad angulum porte equorum orientalis. Sanctū domini nō euelletur: ꝛ nō destruetur vltra in perpetuum.

Nõs + ne uertar — D — Nõs + speculas — Nõs + dirigere rectā — E — Nõs + hominis — Eze. 18. a. — Heb. 8. c. — F — Iud. 24. c. — Heb. 8. c. — Nõs + docebūt — G — Nõs + ruinarum

¶ Cap. xxxij. ¶ Hieremias in carcere, pphetat sedechiā captiuū ꝛ orbatū ducēdū in babylonem: ꝛ emit agrum in anathot: ꝛ orat dñs pro populo suo. Sermo dñi ad eum, de incendio hierusalem: ꝛ de liberatione captiuorum. Cap. xxxij.

Verbū qd̄ factū est ad hieremiā a domino in anno decimo sedechie regis iuda: ipse est ann⁹ octauusdecim⁹ nabuchodonosor. Tūc exercit⁹ regis babylonis obsidebat hierusalē: ꝛ hieremias, ppheta erat clausus in atrio carceris q erat in domo regis iuda. Clauserat. n. eū sedechias rex iuda dicens. Quare vaticinaris dicēs: hec dicit dñs: ecce ego dabo ciuitatē istā in man⁹ regis babylonis ꝛ capiet eā: ꝛ sedechias rex iuda non effugiet de manu chaldeoꝝ: sed tradeē in manus regis babylonis: ꝛ loqueē os ei⁹ cū ore illius ꝛ oculi ei⁹ oculos illi⁹ videbūt: ꝛ in babylonē ducet sedechiā: ꝛ ibi erit donec visitem eū: ait dñs. Si aūt dimicaueritis aduersum chaldeos nihil, psperū habebitis. Et dixit hieremias. Factū est verbū dñi ad me dicēs. Ecce anameheel filius sellū patruelis tuus veniet ad te dicēs. Eme tibi agrū meū q est in anathot. Tibi. n. competit ex ppinquitate vt emas. Et venit ad me anameheel fili⁹ patrui mei fm verbū dñi ad vestibulū carceris: ꝛ ait ad me. Possidē agrū meū q est in anathot in terra beniamin: q꞉ tibi cōpetit hereditas ꝛ tu ppinquus es: vt possideas. Intellexi autē q verbū dñi esset. Et emi agrū ab anameheel

H — B

bel filio patrui mei qui est in anathot. Et
appendi ei argentū septē stateres ⁊ decē argē
teos: ⁊ scripsi in libro ⁊ signaui ⁊ adhibui
testes. Et appendi argentū in statera ⁊ acce-
pi librū possessionis signatū: ⁊ stipula-
tiones ⁊ rata ⁊ signa forinsecus. Et dedi li
brum possessionis baruch filio neri filij
maasie in oculis anamehel patruelis mei
⁊ in oculis testium q scripti erāt in libro
emptionis ⁊ in oculis omniū iudeorū
qui sedebāt in atrio carceris. Et precepi ba-
ruch corā eis dicēs. Hec dicit dñs exerci-
tuū deus israel. Sume libros istos librum
emptionis hūc signatū ⁊ librū hunc qui
apertus est: ⁊ pones illos in vase fictili: vt
permanere possint dieb⁹ multis. Hec. n. di-
cit domin⁹ exercituū deus israel. Adhuc pos-
sidebunt dom⁹ ⁊ agri ⁊ vinee in terra ista.
Et oraui ad dominū postq̄ tradidi librū
possessionis baruch filio neri dicēs. Heu
heu heu domine deus. Ecce tu fecisti celum
⁊ terram in fortitudine tua magna ⁊ in
brachio tuo extento. Nō erit tibi difficile
omne verbū q facis misericordiā in mi-
lib⁹ ⁊ reddis iniq̄tatē patrū in sinū filio-
rum eorū post eos. Fortissime magne ⁊ po-
tens dñs exercituū nomē tibi magn⁹ cō-
silio ⁊ incōprehēsibilis cogitatu: cui⁹ oculi
aperti sunt sup oēs vias filiorū adā vt red-
das vnicuiq̄ scḋm vias suas ⁊ scḋm fructū adi-
uentionū ei⁹. Qui posuisti signa ⁊ portēta
in terra egypti vsq̄ ad diem hanc ⁊ in
israel ⁊ in hominib⁹ ⁊ tibi fecisti nomē
sicut est dies hec. Et eduxisti populū tuum
israel de terra egypti in signis ⁊ portentis
⁊ in manu robusta ⁊ in brachio extento
⁊ in terrore magno: ⁊ dedisti eis terrā hāc
quā iurasti patrib⁹ eorū: vt dares eis terrā
fluentē lacte ⁊ melle: ⁊ ingressi sunt ⁊ pos-
sederunt eam. Et nō obedierunt voci tue
⁊ in lege tua nō ambulauerunt: omnia q̄
mādasti eis vt facerēt: nō fecerūt: ⁊ euene-
runt eis omnia mala hec. Ecce munitio-
nes extructe sunt aduersum ciuitatē vt ca-
piatur: ⁊ vrbs data est in man⁹ chaldeo-
rum: ⁊ in manus regis babylonis q pre-
liantur aduersus eam a facie gladij ⁊ fa-
mis ⁊ pestilētie: ⁊ quecūq̄ locutus es ac-
ciderūt vt tu ipse cernis. Et tu dicis mihi
domine deus eme agrum argēto ⁊ adhi-
be testes: cum vrbs data sit in man⁹ chal-
deorum. Et factum est verbum domini ad

hieremiam dicēs. Ecce ego dominus deus
vniuerse carnis. Nunquid mihi difficile
erit omne verbum. Propterea hec dicit
dominus. Ecce ego tradam ciuitatem istā
in manus chaldeorū ⁊ in manus regis
babylonis ⁊ capient eam ⁊ venient chal-
dei preliantes aduersum vrbem hanc: ⁊ suc-
cendent eam igni ⁊ comburent eam: ⁊ do-
mos in quarum domatibus sacrificabant
baal: ⁊ libabāt dijs alienis libamina ad ir-
ritandū me. Erant enim filij israel ⁊ filij
iuda iugiter facientes malum in oculis
meis ab adolescētia sua filij israel qui vs-
q̄ nunc exacerbant me in opere manuum
suarum: dicit dominus: q2 in furore ⁊ in in-
dignatione mea facta est mihi ciuitas hec
a die qua edificauerunt eam vsq̄ ad diem
istam qua auferetur de conspectu meo pro-
pter malitiam filiorū israel ⁊ filiorū iuda
quā fecerunt ad iracūdiam prouocantes
ipsi ⁊ reges eorū ⁊ principes eorum ⁊ sa-
cerdotes ⁊ prophete eorū viri iuda ⁊ ha-
bitatores hierusalem. Et verterunt ad me
terga ⁊ nō facies cum docerem eos ⁊ eru-
direm diluculo: ⁊ nollent audire vt acci-
perent disciplinam. Et posuerūt idola sua
in domo in qua inuocatū est nomē meū
vt pollucrent eam: ⁊ edificauerunt excelsa
baal que sunt in valle filij ennon: vt ini-
tiarent filios suos ⁊ filias suas moloch qd
nō mandaui eis: nec ascendit in cor meū
vt facerent abominationē hanc: ⁊ in pecca-
tum deducerent iudam. Et nunc propter
ista: hec dicit dominus deus israel ad ciui-
tatem hanc de qua vos dicitis q̄ tradatur
in man⁹ regis babylonis in gladio ⁊ in
fame ⁊ in peste. Ecce ego cōgregabo eos de
vniuersis terris ad quas eieci eos in furo-
re meo ⁊ in ira mea ⁊ in indignatiōe grā-
di: ⁊ reducam eos ad locum istum ⁊ ha-
bitare eos faciam confidēter: ⁊ erunt mi-
hi in populū: ⁊ ego ero eis in deum. Et da-
bo eis cor vnum ⁊ viam vnā vt timeāt
me vniuersis dieb⁹: ⁊ bene sit eis ⁊ filijs
eorū post eos. Et feriā eis pactū sempiternū
⁊ nō desinā eis benefacere: ⁊ timorē meū da-
bo in corde eorū: vt nō recedāt a me ⁊ leta-
bor sup eis cū bñ eis fecero. Et plātabo eos
in terra ista in veritate in toto corde meo,
⁊ in tota anima mea: q2 hec dicit dñs: Si-
cut adduxi sup ppl'm istū omne malū hoc
grāde: sic adducā super eos omne bonum

C — Al's non hz ⁊
Exo.34.a — D
al's ⁊ olbus
E
F — sup.2.f.
sup.7.b.
al's ⁊ ennom
G — al's ⁊ animam

qd ego loquor ad eos. Et possidebunt agri in terra ista de q̄ vos dicitis φ deserta sit: eo φ nō remanserit homo ꝛ iumentū: ꝛ data sit ei in manus chaldeoꝝ. Agri ement pecunia ꝛ scribent in libro: ꝛ imprimēt signū: ꝛ testis adhibebit in terra beniamin: ꝛ i circuitu hierl'm in ciuitatibus iuda ꝛ in ciuitatibus mōtanis ꝛ in ciuitatib⁹ campestrib⁹: ꝛ in ciuitatibus que ad austrum sunt: qꝛ cōuertā captiuitatē eorū: ait dñs.

¶ Ca. Sū. ¶ De ɔuersiōe iuda ꝛ hierl'z: ꝛ de emēdatiōe ꝛ gaudio ꝛ de grege trāseūte ad manū numerātis: ꝛ Christo nascituro ꝛ regno ipsi⁹ ꝛ sacerdotio ꝑpetuo. Ca. xxxiij.

A ET factū est verbum domini ad hieremiā scđo: cū adhuc clausus esset in atrio carceris dicēs. Hec dicit dominus: q facturus est ꝛ formaturus illud ꝛ paratur⁹: dominus nomen eius. Clama ad me ꝛ exaudiā te: ꝛ annūciabo tibi grandia ꝛ firma que nescis. Quia hec dicit dominus de⁹ israel ad domos vrbis huius: ꝛ ad domos regis iude que destructe sunt ad munitiōes ꝛ ad gladiū venientium ꝛ dimicēt cū chaldeis ꝛ impleant eas cadaueribus hoīuꝫ ✚ quos percussi in furore meo: ꝛ in indignatione mea abscondēs faciē meā a ciuitate hac ꝓp oēs maliciam eorum. Ecce ergo obducam eis cicatricem ꝛ sanitatem ꝛ curabo eos: ꝛ reuelabo eis deprecationem pacis ꝛ veritatis. Et conuertam cōuersionem iuda ꝛ conuersionem hierusalē: ꝛ edificabo eos sicut a principio: ꝛ emundabo illos ab omni iniquitate sua in qua peccauerūt mihi: ꝛ propitius ero cūctis iniquitatibus eorū in qbus deliqrūt mihi ꝛ spreuerunt me.

B Et erit mihi in nomē ꝛ in gaudiū ꝛ i laudē ꝛ in exultationē cūctis gētibus terre: q audierint oīa bona que ego facturus sum eis: ꝛ pauebūt ꝛ turbabunt i vniuersis ✚ bonis ꝛ i oī pace quā ego faciā ✚ eis. Hec dicit dñs. Adhuc audiet i loco isto quē vos dicitis esse desertū eo φ nō sit hō nec iumētū in ciuitatibus iuda ꝛ foris hierl'm q desolate sūt absq; hoīe ꝛ absq; habitatore ꝛ absq; pecore: vox gaudij ꝛ vox letitie: vox sponsi ꝛ vox spōse: vox dicētiū. Cōfitemini dño exercituū: qm̄ bonus dñs: qm̄ in eternū mīa eius: ꝛ portantiū vota in domo dñi. Reducā.n. cōuersionē terre sicut a ꝑncipio: dicit dñs. Hec dicit dñs exercituū. Adhuc erit i loco isto deserto absq; hoīe ꝛ absq; iumento ꝛ in cūctis ciuitatibus eius habitaculū pastoꝝ ✚ ꝛ accubantiū ✚ gregū in ciuitatibus mōtuosis ꝛ i ciuitatib⁹ cāpestrib⁹: ꝛ i ciuitatib⁹ q ad austrū sunt ꝛ in terra beniamin ꝛ in circuitu hierusalē ꝛ in ciuitatibus iuda adhuc trāsibūt greges ad manū numerātis: ait dñs. Ecce dies veniēt dicit dñs: ꝛ suscitabo verbū bonū qđ locut⁹ sum ad domū israel ꝛ ad domū iuda. In dieb⁹ illis ꝛ i tp̄e illo germinare faciā dauid germen iustitie: ꝛ faciet iudiciū ꝛ iustitiā in terra. In dieb⁹ illis saluabit iuda ꝛ ✚ israel habitabit cōfidēter. Et hoc est nomē qđ ✚ vocabunt eū: dñs iustus noster. Quia hec dicit dñs. Non interibit de dauid vir qui sedeat sup thronū domus israel ꝛ de sacerdotib⁹ ꝛ de leuitis nō interibit vir a facie mea q offerat holocaustomata ꝛ incēdat sacrificiū ꝛ cedat victimas oībus diebus. Et factū ē v̄bū dñi ad hieremiā dicēs. Hec dicit dñs. Si irritū pōt fieri pactū meū cū die ꝛ pactū meū cū nocte vt nō sit dies et nox i tp̄e suo: ꝛ pactū meū irritū eē poterit cū dauid suo meo: vt nō sit ex eo fili⁹ q regnet i throno ei⁹ ꝛ leuite ꝛ sacerdotes ministri mei. Sicut enumerari nō pñt stelle celi ꝛ metiri harene maris: sic multiplicabo semē dauid s̄ui mei: ꝛ leuitas ministros meos. Et factū ē v̄bū dñi ad hieremiā dicēs

D Nūqd nō vidisti qd ppl's hic locut⁹ sit dicēs: due cognatiōes q̄s elegerat dñs abiecte sūt ꝛ ppl'z meū despexerūt: eo φ non sit vltra gēs corā eis. Hec dicit dñs. Si pactū meum inter diē ꝛ noctē: ꝛ leges celi ꝛ terre nō posui: ꝛ qdē ꝛ semē iacob ꝛ dauid s̄ui mei ꝓijciā vt nō assumā de semine ei⁹ ꝑncipes seminis abraā isaac ꝛ iacob. Reducā enim conuersionem eoꝝ: ꝛ miserebor eis.

¶ Ca. Sū. ¶ Pena q nō dimittūt seruos ꝛ ancillas hebreas liberos ꝛ punitio eoꝝ tamen promiserūt in tēplo cū solennitate vituli in duo scissi. Cap. xxxiiij.

A VErbū qđ factū ē ad hieremiā a dño qn̄ nabuchodonosor rex babylōis ꝛ oīs exercit⁹ ei⁹ vniuersaq; regna q̄ erāt sub ꝑtāte man⁹ ei⁹: ꝛ oēs ppl'i bellabāt ꝯ hierusalē ꝛ ꝯ oēs vrbes ei⁹: dicēs. Hec dicit dñs deus israel. Uade ꝛ loquere ad Sedechiam regē iuda: ꝛ dices ad eū. Hec dicit dñs. Ecce ego tradā ciuitatē hanc in manu regis babylonis ꝛ succendet eā igni. Et tu nō effugies de manu eius: sed cōprehensione ca

Margin notes: al. hoīs ✚ qs | al. ✚ bōis | al. ✚ ei | al. nō gi ✚ et | al. ✚ greges | C | sup. 23. d. 32. q. 4. l. recurrat. c. ꝑ. hic ista | al. ✚ hierusalem | al. ✚ vocabit

hieris & in manu ei⁹ traderis: & oculi tui oculos regis babylonis videbunt & os ei⁹ cū ore tuo loquet & babylonē introibis.
C Attamē audi verbū dñi Sedechia rex iuda. Hec dicit dñs ad te. Nō morieris i gladio: sʒ in pace morieris: fm cōbustiones patrū tuoꝝ regū priorꝝ q fuerūt ante te: sic cōburēt te: & ve dñe plāgent te: qꝛ verbū hoc
B ego locutus sū: dicit dñs. Et locut⁹ est hieremias ꝓpheta ad sedechiā regē iuda vniuersa verba hec in hierlm: & exercit⁹ regis babylonis pugnabat ꝯ hierlʒ: & cōtra oēs ciuitates iude que reliq̄ue erāt: ꝯ lachis & cōtra Azecha. Hec enim superant de ciuitatibus iuda vrbes munite. Verbū qd factū ē ad hieremiā a dño postq̄ pcussit rex Sedechias fedus cū oī pplo in hierlm pdicās vt dimitteret vnusqsq; seruū suū: & vnusqsq; ancillā suā. hebreū & hebreā liberos: & nequaq̄ dñarent eis: idest i iudeo & fratre suo. Audierūt ergo oēs pncipes et vniuersus ppls q inierāt pactū vt dimitteret vnusqsq; seruū suū & ancillā suā liberos: & vltra nō dñarent eis. Audierūt igit & dimiserūt. Et cōuersi sūt deinceps & retraxerūt seruos suos & ancillas suas qs dimiserūt liberos & subiugauerūt i famulos & famulas. Et factū ē verbū dñi ad hieremias
C a dño dicēs. Hec dicit dñs de⁹ israel. Ego pcussi fedus cū prībus vris: in die q̄ eduxi eos de terra egypti de domo seruitutis dicēs. Cū cōpleti fuerint septē anni: dimittat vnusqsq; frēʒ suū hebreū q vendit⁹ est ei: & seruiet tibi sex annis: & dimittes eū a te liberū. Et nō audierūt pres vestri me: nec inclinauerūt aurē suā. Et cōuersi estis vos hodie: & fecistis qd rectū est in oculis meis vt pdicaretis libertatē vnusqsq; ad amicū suū: & inistis pactū in cōspectu meo in domo in q̄ inuocatuʒ ē nomē meū sup eā. Et reuersi estis & cōmaculastis nomē meūʒ: & reduxistis vnusqsq; seruum suuʒ & vnusqsq; ancillā suā quas dimiseratis vt essent liberi & sue ptātis & subiugastis eos vt sint vobis serui & ancille. Propterea hec dicit dñs. Vos nō audistis me vt pdicaretis libtatē vnusqsq; frī suo: & vnusqsq; amico suo. Et ego pdico libertatē + ait dñs ad gladiū: ad pstē & ad famē: & dabo vos in cōmotionē cūctis regnis tre. Et dabo viros q
D puaricant fedus meū & nō obseruauerūt vba federis qb⁹ assensi sunt i cōspectu meo:

Exo. 21. a. Deu. 15. c.

als + vos

vitulū quē cōciderūt i duas ptes: & transierunt inter diuisiōes eius: pncipes iuda & pncipes hierlʒ eunuchi & sacerdotes: & ois ppls terre q transierunt inter diuisiōes vituli: & dabo eos in manus inimicoꝝ suoꝝ & i man⁹ qrentiū aīas eoꝝ: & erit morticiniū eoꝝ i escā volatilib⁹ celi & bestijs terre. Et sedechiā regē iuda & pncipes ei⁹ dabo i + man⁹ inimicoꝝ suoꝝ: & i + man⁹ qrētiū aīas eoꝝ: & i + man⁹ exercituū regis babylonis q recesserūt a vobis. Ecce ego pcipio dicit dñs: & reducā eos i ciuitatē hāc: & pliabunt aduersuʒ eā & capiēt eā: & incēdēt + igni. Et ciuitates Juda dabo in solitudinem eo q non sit habitator.

als + ma nu — als + ma nu — als + cas

C Ca. Sū. C Increpat de inobedientia ppl obedientia filioꝝ ionadab filij rechab: rechabitis maledictio pmittit: & bndicit stirps ionadab filij rechab. Cap. xxxv.

A Verbū qd factū ē ad hieremiā a dño in dieb⁹ ioachiʒ filij iosie regis iuda dicēs. Vade ad domū rechabitaꝝ & loquere eis: & introduces eos in domuʒ dñi in vnā exedrā thesauroꝝ & dabis ei bibere vinū. Et assumpsi iechoniā filiū hieremie filij absame & frēs eius & oēs filios eius et vniuersā domū rechabitaꝝ: & introduxi eos in domū dñi ad gazophilatiū filioꝝ anan filij iegedelie hoīs dei qd erat iuxta gazophilatiū principuʒ sup thesaurū maasie filij sellū q erat custos vestibuli. Et posui corā filijs domus rechabitarum cyphos plenos + vino & calices: & dixi ad eos. Bibite vinū. Qui rñderūt. Non bibemus vinuʒ: qꝛ ionadab filius rechab pater noster precepit nobis dicens. Non bibetis vinū vos
B & filij vestri vsq; in sempiternū. Et domū non edificabitis: & sementem non seretis: & vineas non plantabitis nec habebitis: sʒ in tabernaculis habitabitis cunctis diebus vestris: vt viuatis diebus multis super faciem terre in qua vos peregrinamini. Obediuim⁹ ergo voci ionadab filij rechab pris nostri in oībus que pcepit nobis: vt non biberemus vinū cunctis dieb⁹ nris nos & mulieres nr̄e filij & filie nostre: & nō edificaremus domos ad habitādū: & + vineā & agrū et sementē nō habuimus: sed habitauimus in tabernaculis et obedientes fuim⁹ iuxta oia q pcepit nobis ionadab pr nr. Cū āt ascēdisset nabucodonosor rex babylonis ad terrā nrā: dixim⁹. Venite & i.
C

al. + vin l — als + v i neas

grediamur i hierl3 a facie exercit⁹ chaldeorū & a facie exercit⁹ syrie & mānimus i hierusalē. Et factū ē ṽbū dñi ad hieremiā dicēs. hec dicit dñs exercituū de⁹ isrl. Uade & dic viris iuda & habitatorib⁹ hierl3. Nunqd nō recipietis disciplinā: vt obediatis, v̄bis meis dicit dñs? Preualuerūt sermones Jonadab filij rechab q̄s p̄cepit filijs suis vt nō biberēt vinū: & nō biberunt vsq3 ad diē hāc: q2 obedierūt p̄cepto patris sui. Ego aūt locutus sū ad vos de mane cōsurgēs & loquēs: & nō obedistis mihi. Misiq3 ad vos oēs seruos meos, p̄phās ɔsurgēs diluculo mittēsq3 & dicēs. Cōuertimini vnusq̄sq3 a via sua pessima: & bona facite studia vīa: & nolite sequi deos alienos neq3 colatis eos & hītabitis i t̄ra quā dedi vobis & p̄rib⁹ vr̄is. Et nō iclinastis aurē vr̄am neq3 audistis me. Firmauerūt igit̄ filij ionadab filij rechab p̄ceptū p̄ris sui qd̄ p̄ceperat eis: pp̄ls aūt iste nō obediuit mihi. Idcirco h̄ dicit dñs exercituū de⁹ isrl. Ecce ego adducā sup iudā & sup oēs habitatores hierlm vniuersā afflictionē quā locut⁹ sū aduersū illos: eo q̄ locutus sū3 ad illos: & nō audierūt: vocaui illos: & nō r̄nderūt mihi. Domui aūt rechabitar̄ dixit hieremias. hec dicit dñs exercituū de⁹ isrl. Pro eo q̄ obedistis p̄cepto ionadab patris vestri: & custodistis oīa mādata ei⁹ & fecistis vniuersa q̄ p̄cepit vobis: ppterea h̄ dic dñs exercituū3 de⁹ israel. Nō deficiet vir de stirpe Jonadab filij rechab stans in cōspectu meo cunctis diebus.

¶ Ca. Sū. ¶ hieremias de carcere mittit Baruch cū libro: vt reuocet populū suū a via sua mala: Joachi3 cōburit librū & ali⁹ scribitur contra eum. Cap. xxxvi.

Et factum est in anno quarto Joachim filij Josie regis Juda: factum est verbum hoc ad hieremiam a domino: dicēs. Tolle volumen libri: & scribes in eo omnia verba que locutus sum tibi aduersum israel & Judam: & aduersum omnes gentes a die qua locutus sum ad te ex diebus Josie vsq3 ad diem hanc: si forte audiente domo iuda: vniuersa mala que ego cogito facere eis: reuertatur vnusquisq3 a via sua pessima: & propitius ero iniquitati & peccato eorum. Uocauit + ergo hieremias Baruch filiū Nerie +. Et scripsit Baruch ex ore hieremie oēs sermones dñi quos locut⁹ est ad eū in volumine libri. Et p̄cepit hieremias baruch dicēs. Ego clausus su3: nec valeo ingredi domū domini. Ingredere ergo tu & lege de volumine in quo scripsisti ex ore meo verba dñi audiēte populo in domo domini in die ieiunij: insup & audiēte vniuerso iuda q̄ veniūt de ciuitatib⁹ suis. Leges eis: si forte cadat oratio eor̄ in cōspectu dñi: & reuertat̄ vnusq̄sq3 a via sua pessima: quoniā magn⁹ furor & indignatio est quā locutus ē dominus aduersus pp̄lm hunc. Et fecit baruch fili⁹ Nerie iuxta omnia q̄ preceperat ei hieremias, p̄pheta: legēs ex volumine sermōes domini in domo domini. Factu3 est aūt in anno q̄nto ioachi3 filij iosie regis iuda in mense nono p̄dicauerūt ieiuniū in cōspectu dñi populo in hierusalē & vniuerse multitudini q̄ confluxerat de ciuitatibus iuda in hierlm. Legitq3 Baruch ex volumine sermones hieremie in domo dñi i gazophilatio gamarie filij saphā scribe in vestibulo supiori in introitu porte noue domus dñi: audiēte omni populo. Cūq3 audisset michea s fili⁹ gamarie filij saphan omnes sermones dñi ex libro: descēdit in domum regis ad gazophilatium scribe. Et ecce ibi omnes p̄ncipes sedebant Elisama scriba & dalaias fili⁹ semeie: & helnathā filius Achabor: & Gamarias filius Saphan: & Sedechias fili⁹ Ananie: & vniuersi p̄ncipes. Et nūciauit eis micheas oīa verba que audiuit legēte Baruch ex volumine in aurib⁹ pp̄li. Miserūt itaq3 oēs p̄ncipes ad baruch iudi filiū nathanie filij selemie filij chusi dicētes. Volumē ex q̄ legisti audiēte pp̄lo: sume i manu tua & veni. Tulit ergo baruch fili⁹ nerie volumē i manu sua: & venit ad eos. Et dixerūt ad eū Sede & lege hec in aurib⁹ nostris. Et legit baruch i aurib⁹ eor̄. Igit̄ cū audissent omnia ṽba + obstupuerunt vnusq̄sq3 ad ,primu3 suū: & dixerūt ad baruch. Nūciare debemus regi oēs s̄mōes istos. Et iterrogauerūt eū: dicentes. Indica nobis: q̄uo scripsisti oēs sermōes istos ex ore ei⁹. Dixit aūt eis baruch. Ex ore suo loquebat̄ q̄si legēs ad me oēs s̄mones istos: & ego scribebā in volumine atramēto. Et dixerūt p̄ncipes ad baruch. Uade & abscōdere tu & hieremias: & nemo sciat vbi sitis. Et ingressi sūt ad regē in atriu3. Porro volumē cōmēdauerūt in gazophilatio

Marginalia (left): ij. q̄. 4. q̄. hic ita — ij.18.b./&. 35.b. — D — A — a — a + igit — ai + ad se
Marginalia (right): B — C — D — ai + hec — E

disame scribe: et nunciauerunt audiente rege omnes sermones. Misitque rex iudi ut sumeret volumen. Qui tollens illud de gazophilatio elisame scribe legit audiente rege et vniuersis principibus qui stabant circa regem. Rex autem sedebat in domo hiemali in mense nono: et posita erat arula coram eo plena prunis. Cumque legisset iudi tres pagellas vel quattuor: scidit illud scalpello scribe et proiecit in ignem qui erat super arulam donec consumeretur omne volumen igni qui erat in arula. Et non timuerunt neque sciderunt vestimenta sua rex et omnes serui eius qui audierunt vniuersos sermones istos. Veruntamen helnathan et dalaias et Gamarias contradixerunt regi ne combureret librum: et non audiuit eos. Et precepit rex hieremiel filio amelech et seraie filio ezriel et Selemie filio abdehel vt comprehenderent Baruch scribam et hieremiam prophetam. Abscondit autem eos dominus. Et factum est verbum domini ad hieremiam prophetam: postquam combusserat rex volumen et sermones quos scripserat Baruch ex ore hieremie: dicens. Rursum tolle volumen aliud: et scribe in eo omnes sermones priores qui erant in primo volumine quod combussit ioachim rex iuda: et ad ioachim regem iuda: dices. Hec dicit dominus. Tu combussisti volumen istud: dicens: quare scripsisti in eo annuncians: festinus veniet rex babylonis: et vastabit terram hanc: et cessare faciet ex illa hominem et iumentum. Propterea hec dicit dominus deus contra ioachim regem iuda. Non erit ex eo qui sedeat super solium dauid: et cadauer eius proiicietur ad estum per diem et ad gelu per noctem. Et visitabo contra eum et contra semen eius: et contra seruos eius iniquitates suas: et adducam super eos et super habitatores hierusalem et super viros iuda omne malum quod locutus sum ad eos et non audierunt. Hieremias autem tulit volumen aliud et dedit illud baruch filio nerie scribe qui scripsit in eo ex ore hieremie omnes sermones libri quem combusserat ioachim rex iuda igni: et insuper additi sunt sermones multo plures quam antea fuerant.

24.q.1.c. non afferamus

¶ Ca. xxxvii. ¶ Sedechias mandat orare pro nobis dominum: et interim vult israel egredi: capitur: in carcerem mittitur: rex eum alloquitur in vestibulo carceris: et torta panis quotidie datur. Cap. xxxvij.

Et regnauit Sedechias filius Josie pro Jechonia filio Joachim quem constituit regem Nabuchodonosor rex babylonis in terra Juda: et non obediuit ipse et serui eius: et populus terre verbis domini que locutus est in manu hieremie prophete. Et misit rex Sedechias iuchal filium semelie et sophoniam filium maasie sacerdotem ad hieremiam prophetam: dicens. Ora pro nobis dominum deum nostrum. Hieremias autem libere ambulabat in medio populi. Non enim miserant eum in custodiam carceris. Igitur exercitus pharaonis egressus est de egypto. Et audientes chaldei qui obsidebant hierusalem huiuscemodi nuncium recesserunt ab hierusalem. Et factum est verbum domini ad hieremiam prophetam dicens. Hec dicit dominus deus israel. Sic dicetis regi iuda qui misit vos ad me interrogandum. Ecce exercitus pharaonis qui egressus est vobis in auxilium reuertetur in terram suam in egyptum: et redient chaldei: et bellabunt contra ciuitatem hanc: et capient eam et succendent igni. Hec dicit dominus. Nolite decipere animas vestras dicentes. Euntes abibunt et recedent a nobis chaldei: quia non abibunt. Sed et si percusseritis omnem exercitum chaldeorum qui preliantur aduersum vos et derelicti fuerint ex eis aliqui vulnerati: singuli de tentorio suo consurgent: et incendent ciuitatem hanc igni. Ergo cum recessisset exercitus chaldeorum ab hierusalem propter exercitum pharaonis egressus est hieremias de hierusalem: vt iret in terram beniamin et diuideret ibi possessionem in conspectu ciuium. Cumque peruenisset ad portam beniamin erat ibi custos porte per vices nomine hierias filius Selemie filii ananie: et apprehendit hieremiam prophetam dicens. Ad chaldeos profugis. Et respondit hieremias. Falsum est: non fugio ad chaldeos. Et non audiuit eum sed comprehendit hierias hieremiam: et adduxit eum ad principes. Quamobrem irati principes contra hieremiam cesum eum miserunt in carcerem qui erat in domo ionathan scribe. Ipse enim prepositus erat super carcerem. Itaque ingressus est hieremias in domum laci et in ergastulum: et sedit ibi hieremias diebus multis. Mittens autem sedechias rex tulit eum: et interrogauit eum in domo sua abscondite: et dixit Putasne est sermo a domino? Et dixit hieremias. Est. Et ait. In manus regis babylonis traderis. Et dixit hieremias ad regem sedechiam. Quid peccaui tibi et seruis tuis et populo tuo: quia misisti me in domum carceris. Ubi sunt prophete vestri qui prophetabant vobis: et dicebant non veniet rex babylonis super vos et super ter

infra.42.a.

sup.20.a

est hanc? Nunc ergo audi obsecro dñe mi rex. Ualeat deprecatio mea in conspectu tuo: ⁊ ne me remittas i domū ionathe scribe ne moriar ibi. Precepit ergo rex sedechias vt traderet hieremias i + vestibulū carceris ⁊ daret ei torta quotidie panis: excepto pulmēto: donec cōsumerent oēs panes de ciuitate. Et mansit hieremias i vestibulo carceris.

als + ve- stibulo

¶ Ca. Sū. ¶ Principes petūt hieremiam occidi: i lacū mittit vbi nō erat aq̄ s3 lutū: abdemelech extrahit eū: ea q̄ prius regi pdicat rex iubet vt celet. Cap. xxxviij.

A

Audiuit autem saphacias filius Mathan ⁊ hiedelias filius Phassur ⁊ iuchal filius Selemie ⁊ Phassur filius Melchie sermones quos hieremias loquebatur ad omnem populum: dicens. Hec dicit dominus. Quicunq3 manserit in ciuitate hac morietur gladio ⁊ fame ⁊ peste: q autem profugerit ad caldeos viuet: ⁊ erit anima eius sospes ⁊ viuens. Hec dicit dominus. Tradendo tradetur ciuitas hec in manu exercitus regis babylonis: ⁊ capiet eam. Et dixerunt principes regi. Rogamus vt occidatur homo iste. De industria enim dissoluit manus virorū bellantiū q remanserūt in ciuitate hac: ⁊ manus vniuersi populi loquens ad eos + vniuersa verba hec. Siquidē hō iste non querit pacē + populo huic sed malū. Et dixit rex sedechias. Ecce ipse in manibus vestris est. Nec enim fas ē vobis quicq3 negare. Tulerunt ergo hieremiam ⁊ piecerūt eum in lacum + melchie filij amelech q erat i vestibulo carceris ⁊ submiserūt hieremiā in funibus ⁊ in lacū in quo nō erat aqua sed lutū. Descendit itaq3 hieremias in cenū. Audiuit aūt abdemelech ethiops vir eunuchus q erat i domo regis: q misissent hieremiā in lacu3. Porro rex sedebat i porta beniamin. Et egressus est abdemelech de domo regis ⁊ locutus est rege3 dicens. Dñe mi rex male fecerunt viri isti omnia quecūq3 perpetrarūt cōtra hieremia3 prophetā: mittētes eum in lacū vt moriatur ibi fame. Non sunt enim panes vltra i ciuitate. Precepit itaq3 rex abdemelech ethiopi dicēs. Tolle tecū hinc triginta viros: ⁊ leua hieremiā prophetā3 de lacu anteq3 moriatur. Assumptis ergo abdemelech secū viris ingressus est domum regis que erat sub cellario ⁊ tulit inde veteres pannos ⁊ antiqua vestimenta que computruerāt: ⁊

Ie. 21. c.

al + iuxta als + populi huius

B

als + melchie

C

submisit ea ad hieremiā in lacū per funiculos. Dixitq3 abdemelech ethiops ad hieremiā prophetā. Pone veteres pānos ⁊ hec scissa ⁊ putrida sub cubito manuū tuarū ⁊ sup funes. Fecit ergo hieremias sic. Et extraxerūt hieremiā funibus: ⁊ eduxerunt eū de lacu. Mansit aūt hieremias i vestibulo carceris. Et misit rex sedechias ⁊ tulit ad se hieremiā prophetā ad ostiū tertiū qd erat in domo dñi. Et dixit rex ad hieremiam. Interrogo ego te sermonē ne abscondas a me aliqd. Dixit aūt hieremias ad sedechiā. Si annūciauero tibi: nunqd non interficies me? Et si cōsiliū dedero tibi. nō me audies. Iurauit ergo rex sedechias hieremie cla3 dicēs. Uiuit dñs q fecit nobis animā hanc si occidero te ⁊ si tradidero te in + man⁹ virorū istorū qui q̄runt animā tuam. Et dixit hieremias ad sedechiā. Hec dicit dñs exercituū de⁹ israel. Si profectus exieris ad principes regis babylonis viuet anima tua: ⁊ ciuitas hec nō succendet igni ⁊ saluus eris tu ⁊ dom⁹ tua. Si aūt nō exieris ad principes regis babylonis: tradet ciuitas hec in man⁹ chaldeorū ⁊ succēdēt eā igni ⁊ tu nō effugies de manu eorum. Et dixit rex sedechias ad hieremiā. Sollicitus sum pp iudeos qui transfugerūt ad chaldeos: ne forte tradar in manus eorū: ⁊ illudāt mihi. Respōdit autem hieremias ⁊ dixit ei. Nō te tradent. Audi q̄so vocē dñi quā ego loquor ad te: ⁊ bene tibi erit: ⁊ viuet anima tua: Q3 si nolueris egredi: iste est sermo quē ostēdit mihi dñs. Ecce oēs mulieres que remanserunt in domo regis iuda: educent ad principes regis babylonis ⁊ ipse dicēt. Seduxerunt te: ⁊ preualuerunt aduersum te viri pacifici tui: demerserūt te in ceno ⁊ in lubrico pedes tuos: ⁊ recesserunt a te. Et oēs vxores tue ⁊ filij tui educent ad chaldeos: ⁊ nō effugies manus eorū: s3 in manu regis babylonis capieris ⁊ ciuitatē hāc cōburet igni. Dixit ergo sedechias ad hieremiā. Nullus sciet vba hec: ⁊ nō morieris. Si aūt audierint principes q2 locutus sum tecū: ⁊ venerint ad te: ⁊ dixerint tibi: indica nobis qd locutus sis cu3 rege ne celes ⁊ nō te interficiem⁹ ⁊ qd locutus est tecū rex: dices ad eos. Prostraui ego preces meas coram rege ne me reduci iuberet in domū ionathā ⁊ ibi morerer. Uenerūt er-

D

infra eo.

E

als + manus

F

G

go omnes principes ad hieremiã: et interrogauerunt eũ. Et locutus est eis iuxta omnia verba que preceperat ei rex. Et cessauerunt ab eo. Nihil enim fuerat auditũ. Mansit vero hieremias in vestibulo carceris vsq; ad diẽ quo capta est hierusalẽ. Et factũ est vt caperet hierusalem.

¶ Capituli Summarium. ¶ Capta ciuitate sedechias fugit: cõp̄hẽdit̃ excecat̃: nabuzardam et godoliã et pauperes p̄pli in hierl'm dimittit: et godolie cõmittit hieremiã. p̄pletã abdemelech saluat̃. Ca. xxxix.

Anno nono sedechie regis iuda mense decimo venit nabuchodonosor rex babylonis et omnis exercit⁹ ei⁹ ad hierusalẽ et obsidebat eã. Undecimo aũt anno sedechie mẽse q̄rto + q̄nta mẽsis: aperta est ciuitas: et ingressi sunt oẽs principes regis babylonis et sederunt in porta media neregel serer semegar nabusarasthin rabsaces neregel seregel rex mag et oẽs reliqui principes regis babylonis. Cũq; vidisset eos sedechias rex iuda et omnes viri bellatores: fugerunt et egressi sunt nocte de ciuitate per viam horti regis: et per portam que erat inter duos muros: et egressi sunt ad viã deserti. Persecutus est autem eos exercitus chaldeorũ: et cõp̄hẽderũt sedechiã in campo solitudinis hierichontine: et captum adduxerunt ad nabuchodonosor regẽ babylonis in reblata que ẽ in terra emath: et locut⁹ ẽ ad eũ iudicia. Et occidit rex babylonis filios sedechie in reblata in oculis ei⁹ et oẽs nobiles iuda occidit rex babylõis. Oculos quoq; sedechie eruit: et vinxit eũ cõpedib⁹ vt duceret̃ i babylonẽ. Domũ quoq; regis et domũ vulgi succẽderũt chaldei igni: et muros hierusalẽ subuerterũt. Et reliquias populi q̄ remãserãt in ciuitate: et p̄fugos q̄ trãsfugerãt ad eũ et superfluos vulgi qui remãserãt trãstulit nabuzardã magister militũ in babylonẽ: et de plebe pauperũ qui nihil penitus habebãt: dimisit nabuzardã magister militie i terra iuda: et dedit eis vineas et cisternas in die illa. Preceperat aũt nabuchodonosor rex babylõis de hieremia: nabuzardã magistro militũ dicẽs. Tolle illũ: et pone sup eũ oculos tuos: nihilq; ei mali facias: sed vt voluerit sic + facias ei. Misit quoq; nabuzardã p̄nceps militie et nabu et sesbã et rapsaces et neregel et sereser et rebmag: et oẽs optimates regis babylõis miserũt et tulerũt hieremiã de vestibulo carceris: et tradiderũt eũ godolie filio aichã filij saphan: vt intraret i domũ et habitaret i p̄plo. Ad hieremiã aũt fact⁹ fuerat sermo dñi cũ clausus eẽt i vestibulo carceris dicẽs. Uade et dic abdemelech ethyopi: dicẽs. Hec dicit dñs exercituũ deus isrl'. Ecce ego inducã sermones meos sup ciuitatẽ hãc in malũ et nõ in bonũ: et erũt i cõspectu tuo i die illa: et liberabo te in die illa: ait dñs. Et nõ tradēris i + man⁹ viroꝝ quos tu formidas: sꝫ eruẽs liberabo te et gladio nõ cades: sꝫ erit tibi aĩa tua i salutẽ: q2 i me habuisti fiduciã: ait dñs.

¶ Ca. Sũ. ¶ De liberatiõe hieremie: et godolia p̄posito p̄pli: de iohannã qui p̄dixit godolie q̄ hismael vellet euꝫ occidere et ipse non credidit. Cap. xl.

Sermo qui factus est ad hieremiaꝫ a domino postq̄ dimissus ẽ a nabuzardan magistro militie de rama q̄n tulit eũ vinctũ cathenis in medio oĩum q̄ migrabãt de hierusalẽ et iuda: et ducebant̃ in babylonẽ. Tollẽs ergo princeps militie hieremiã: dixit ad eum. Dominus deus tu⁹ locutus est malum super locũ istuꝫ: et adduxit et fecit dominus sicut locutus est: q2 peccastis domino et non audistis vocẽ eius et factus est vobis sermo hic. Nũc ergo ecce solui te hodie de cathenis que sunt in manibus tuis. Si placet tibi vt venias mecũ in babylonẽ veni: et ponaꝫ oculos meos sup te. Si autẽ displicet tibi venire mecũ in babylonẽ: reside. Ecce oĩs terra i cõspectu tuo est. Quod elegeris et quo placuerit tibi vt vadas. illuc perge: et mecum noli venire: sed habita apud godoliam filium aicham filij saphan quem prepo-suit rex babylonis ciuitatibus iude. Habita ergo cũ eo in medio populi: vel quocunq; placuerit tibi vt vadas: vade. Dedit quoq; ei magister militie cibaria et munuscula: et dimisit eum. Uenit autem hieremias ad godoliam filium aicham in masphat: et habitauit cuꝫ eo in medio populi qui relictus fuerat i terra. Cũq; + audissent omnes principes exercitus q̄ dispersi fuerãt p̄ regiones: ipsi et socij eoꝝ q̄ p̄fecisset rex babylõis godoliã filiũ aichaꝫ terre: q̄ cõmendasset ei viros et mulieres et paruulos: et de pauperibus terre q̄ non

Marginalia: sup eo. — B — Infra. 52. a. 4. re. 25. a — Als + no. na — C — Als + fa. ciẽs — D — Als + manu — A — Infra. 43. b — Ge. 13. b. — B — Als + ergo — C

fuerāt translati in babylonem: venerūt ad godoliā in masphat: et hismael filius nathanie: et iohānan filius caree et ionathā et sareas filius thenoemeth et filij offi q erāt de netophati: et iechonias filius machati ipsi et viri eorum. Et iurauit eis godolias filius aichā filij saphan et comitibus eorū dicēs. Nolite timere seruire chaldeis. habitate in terra et seruite regi babylōis: et bn̄ erit vobis. Ecce ego habito in masphat: vt rn̄deaz precepto chaldeorū q mittūtur ad nos. Uos āt colligite vindemiā et messem et oleū et cōdite in vasis vestris: et manete in vrbibus vestris quas tenetis. Sz et oēs iudei qui erāt in moab et in finibus āmon et i idumea et in vniuersis regioībus: audito q dedisset rex babylōis reliqas in iudea: et q preposuisset sup eos godoliaz filiū aichā filij saphan reuersi sūt inqz oēs iudei de vniuersis locis ad que pfugerāt: et venerunt in terrā iuda ad godoliā i masphat: et collegerūt vinū et messem multā nimis. Johannā aūt filius caree et oēs pncipes exercitus qui dispersi fuerāt in regionibus: venerūt ad godoliā in masphat: et dixerūt ei. Scito q baalis rex filiorū ammon misit hismael filiū nathanie pcutere animā tuā. Et nō credidit eis godolias filius aichā. Johānā autē filius caree dixit ad godoliā seorsuz in masphat loquēs. Ibo et pcutiā hismael filiū nathanie nullo sciēte: ne interficiat aiam tuam: et dissipentur oēs iudei q congregati sunt ad te: et peribunt reliquie iuda. Et ait godolias filius aicham ad iohannam filium caree. Noli facere verbum hoc. Falsum enim tu loqueris de hismael.

¶ Ca. Sū. ¶ Quō hismael occidit godoliam: et octoginta viros venientes in hierusalez saluatis decem: iohannam filius caree fugat hismaelem cuz octo viris qui fugiunt in egyptum. Cap. xlj.

Et factū est in mense septimo: venit hismael filius nathanie filij elisama de semine regali et optimas regis: et decem viri cum eo ad godoliam filiuz aichā in masphat: et comederunt ibi panes simul in masphat. Surrexit autem hismael filius nathanie: et decem viri qui cū eo erāt et percusserunt godoliam filiū aichaz filij saphan gladio: et interfecerūt eū quez prefecerat rex babylōis terre. Oēs quoqz iudeos q erāt cū godolia in masphat et chaldeos q reperti sunt ibi: et viros bellatores percussit hismael. Secūdo autē die postq occiderat godoliam nullo adhuc sciēte: venerūt viri de sychez et de sylo et de samaria et octoginta viri rasi + barba et scissis vestibus et squalētes: et munera et thus hēbāt in manu vt offerrēt in domo dn̄i. Egressus ergo hismael filius nathanie in occursum eorū de masphat: et incedēs et plorās ibat. Cū aūt occurrisset eis: dixit ad eos. Uenite ad godoliā filiū aichā. Qui cū venissent ad mediū ciuitatis: interfecit eos hismael filius nathanie circa mediū laci: ipse et viri q erāt cū eo: decem aūt viri reperti sunt inter eos: q dixerūt ad hismael. Noli occidere nos: q: habemus + thesauros i agro frumēti et hordei + et olei et mellis. Et cessauit et nō interfecit eos cū fratribus suis. Lacus aūt in quē piecerat hismael oīa cadauera viroz quos pcussit pp godoliā: ipse est quem fecit rex asa pter baasa regē israel. Ipsum repleuit hismael filius nathanie occisis. Et captiuas duxit hismael oēs reliqas populi q erāt in masphat filias regis et vniuersum ppl'm q remanserāt in masphat: quos cōmēdauerat nabuzardan princeps militie godolie filio aicha. Et cepit eos hismael filius nathanie: et abijt vt trāsiret ad filios āmon. Audiuit aūt iohānā filius caree et oēs pncipes bellatorū q erāt cū eo oē malū qd fecerat hismael filius nathanie: et assumptis vniuersis viris pfecti sūt vt bellarēt aduersū hismaelē filiū nathanie: et inuenerūt eū ad aquas multas que sunt i gabaon. Cūqz vidisset oīs populus q erat cū hismael iohannā filiū caree et vniuersos principes bellatoz q erāt cū eo letati sunt. Et reuersus est oīs populus quē ceperat hismael i masphat: reuersusqz abijt ad iohannā filium caree. hismael aūt filius nathanie fugit cū octo viris a facie iohānā: et abijt ad filios ammon. Tulit ergo iohannā filius caree et oēs principes bellatoz q erāt cū eo vniuersas reliquias vulgi quas reduxerāt ab hismael filio nathanie de masphat: postq pcussit godoliā filiū aicham fortes viros ad prelium: et mulieres et pueros et eunuchos quos reduxerat de gabaon: et abierunt et sederunt peregrinantes in + chamaam que est iuxta bethleē: vt pergerent

4. re. 25. e

D

A

Hi. 76. c. ieiuniū

B

Al's + barbam

B

Al's + thesauros oēs nobis + et

C

D

Al's + chamaā

& intrarent egyptũ a facie chaldeoꝝ. Timebãt enim eos: qꝛ percusserat hismael filius nathanie godoliã filiũ aichã quẽ ꝓposuerat rex babylõis in terra iuda.

¶ Ca. Sũ. ¶ Rogatꝰ hieremias a ꝑplo reliquiaꝝ vt consulat ꝓ eis dñz: & rñdit: nolite intrare in egyptum. Cap. xlij.

B
Et accesserũt oẽs principes bellatoꝝ & iohannã filius caree & iechonias filius ✠ ozie & reliquũ vulgus a puo vsqꝫ ad magnũ: dixeruntqꝫ ad hieremiaz ꝓphetã. Cadat oratio nostra in ↄspectu tuo & ora ꝓ nobis ad dñm deum tuũ ꝓ vniuersis reliquijs istis: qꝛ derelicti sumus pauci de pluribꝰ: sicut oculi tui nos intuentur: & annũciet nobis dñs deus tuꝰ viaz ꝑ quã pergamus: & verbũ qḋ faciamꝰ. Dixit aũt ad eos hieremias ꝓpheta. Audiui. Ecce ego oro ✠ ad deũ ✠ vestꝝ ƨm verba vr̃a oẽ verbũ qḋcũqꝫ rñderit mihi idicabo vobis: nec celabo vos qcq̃. Et illi dixerunt ad hieremiã. Sit dñs inter nos testis veritatis & fidei: si nõ iuxta oẽ verbũ in quo miserit te dñs deus tuꝰ ad nos: sic faciemus siue bonũ ẽ siue malũ. Uoci dñi dei nr̃i ad quẽ mittimus te obediemus: vt bene sit nobis cũ audierimus vocem dñi dei nr̃i. Cum autẽ cõpleti eẽnt ✠ decẽ dies: factũ ẽ verbũ dñi ad hieremiaz. Uocauitqꝫ iohãnam filium caree & omnes principes bellatoꝝ qui erãt cũ eo & vniuersum populum a minimo vsqꝫ ad magnũ: & dixit ad eos. Hec dicit dñs deꝰ israel ad quẽ misistis me vt ꝓsternerẽ preces vestras in cõspectu eius. Si qescẽtes manseritis i terra hac: edificabo vos & nõ destruã: plantabo & nõ euellam. Jam enim placatus sum super malo qḋ feci vobis. Nolite timere a facie regis babylõis quẽ vos pauidi formidatis. Nolite metuere eũ dicit dñs qꝛ vobiscũ sum ego vt saluos vos faciaz: & eruã de manu eius & dabo vobis misericordias & miserebor vestri: & habitare vos faciaz in terra vestra.

C
Si autẽ dixeritis vos: nõ habitabimus in terra ista: nec audiemus vocez dñi dei nr̃i dicẽtes: nequaq̃: sed ad terram egypti pergemus vbi nõ videbimus bellũ & clangorez tube nõ audiemus: & famẽ non sustinebimus: & ibi habitabimꝰ: ꝓpter hoc nũc audite verbum dñi reliq̃ iuda. Hec dicit dominus deus exercituũ israel. Si posueritis faciem vestram vt ingrediamini egyptum: & intraueritis vt ibi habitetis: gladiꝰ quẽ vos formidatis ibi cõprehẽdet vos i terra egypti: & fames pro qua estis solliciti adherebit vobis i egypto: & ibi moriemini. Omnesqꝫ viri qui posuerũt faciem suam vt ingrediantꝰ egyptũ vt habitẽt ibi: morientur gladio & fame & peste: nullus de eis remanebit: nec effugiet a facie mali: qḋ ego afferã sup eos: qꝛ hec dicit dñs exercituũ deus israel. Sicut cõflatus est furor meus & idignatio mea sup habitatores hierl̃m: sic cõflabitꝰ indignatio mea sup vos: cum ingressi fueritis egyptũ: & eritis in iusiurãdũ & in stuporẽ & in maledictũ & i opprobriũ: & nequaq̃ vltra videbitis locũ istũ. Uerbũ dñi super vos reliquie iuda. Nolite intrare egyptum.

D
Scientes scietis qꝛ obtestatus sũ vobis hodie: qꝛ decepistis aĩas vr̃as. Uos. n. misistis me ad dñm deum nr̃m: dicẽtes. Ora pro nobis ad dñm deum nr̃m: & iuxta oĩa quecunqꝫ dixerit tibi dñs deꝰ nr̃: sic annũcia nobis & faciemꝰ. Et annũciaui vobis hodie: & non audistis vocẽ dñi dei vestri sup vniuersis ꝓ qbus misit me ad vos. Nũc ergo sciẽtes scietis: qꝛ gladio ✠ & fame & peste moriemini: in loco ad quem voluistis intrare vt habitaretis ibi.

¶ Ca. Sũ. ¶ De verbis hieremie ad ppl'z ducit iohãnam populũ in egyptũ: & hieremias in capis lapides sumit: & abscondit vidẽte populo in cripta & dicit sup eos venturũ regẽ babylonis. Cap. xliij.

A
Factũ est aũt cum complesset hieremias loquẽs ad populũ vniuersos sermones dñi dei eorum ꝓ quibus miserat eũ dominus deus eorũ ad illos: oĩa verba hec dixit azarias filius ✠ ozie: & iohãnam filius caree: & oẽs viri superbi: dicẽtes ad hieremiã. Mẽdaciuz tu loqueris. Non misit te dñs deus noster dicẽs: ne ingrediamini egyptuz vt habitetis illic: sꝫ baruch filius nerie incitat te aduersũ nos vt ✠ tradat nos in manus chaldeoꝝ: & interficiat nos & traduci faciat in babylonẽ.

D
Et nõ audiuit iohãnaz filius caree & oẽs principes bellatorũ: & vniuersus populus vocez domini vt manerent in terra iuda. Sed tollens iohã[n]am filius caree: & vniuersi principes b[ell]atorum vniuersos reliquiarũ iuda: qui reuersi fuerant de cunctis gentibus ad quas fuerãt añ dispersi:

Marginal notes (left): al's ✠ osie — sup. 21. a. & 37. d. infra eo. — al's non hz ✠ ad. Al's ✠ nostruz. — Al's ✠ septem

Marginal notes (right): di. 76. c. ieiunii ij. — sup. eo. — al's non hz ✠ & — al. ✠ osie — Al's ✠ tradas. al's ✠ manibus.

vt habitarent in terra iuda viros ⁊ mu-
C lieres ⁊ puulos ⁊ filias regis ⁊ oēm aiam
.40.a. quā reliq̄rat nabuzardaz pnceps militie
cū godolia filio aichā filij saphā: ⁊ hiere-
miā pphetā ⁊ baruch filiū nerie ⁊ igressi
sunt ✠ in terrā egypti: q2 nō obedierūt vo
ci dn̄i. Et venerūt vsq3 ad taphnis. Et fa-
ctus est sermo dn̄i ad hieremiaz in ✠ ta-
phnis dicēs. Sume tibi lapides grādes i
manu tua: ⁊ abscōdes eos in cripta q̄ ē sub
muro latericio in porta domus pharaōis
in taphnis cernētib⁹ viris iudeis: ⁊ dices
D ad eos. Hec dicit dn̄s exercituū de⁹ isrl̄. Ec
ce ego mittā ⁊ assumā nabuchodonosor
regē babylonis seruū meū: ⁊ ponā thro-
nū eius sup lapides illos quos abscōdi ⁊
statuet soliū suum sup eos. Veniensq3 p-
cutiet terrā egypti quos in morte i ✠ mor
te: ⁊ quos i captiuitate in ✠ captiuitate: ⁊
quos i gladio i ✠ gladio. Et succēdet ignē
in delubris deorū egypti: ⁊ cōburet ea ⁊ ca
ptiuos ducet illos: ⁊ amicietur terra egy-
pti sicut ✠ amicit pastor pallio suo ⁊ egre
dief inde in pace. Et cōteret statuas dom⁹
solis que sunt i terra egypti: ⁊ delubra deo
rum egypti combureț igni.

als non hz ✠ in
Als ✠ thanis

Als ✠ mortem
als ✠ captiuitatem
Als ✠ gladiuz.
Als ✠ amicict.

ℭ Ca. Sm̄. ℭ Propheta increpat populū
de inobediētia ⁊ idolatria ⁊ cōminatur eis
gladiū ⁊ famē ⁊ mortē: mulieres respon-
dent cum viris q̄ hieremiam nō audiēt:
sed sacrificantes sacrificabunt: q̄ destructi
sunt a domino datur signum captiuatio
nis pharaonis. Cap. xliiij.

A Verbum qd̄ factum est ad hieremiā
✠ ⁊ ad oēs iudeos qui habitabāt in
terra egypti habitantes in ✠ magdalo ⁊
in ✠ taphnis ⁊ i memphis ⁊ in terra pha
tures: dicēs. Hec dicit dn̄s exercituū deus
israel. Vos vidistis omne malū istud qd̄
adduxit super hierusalem ⁊ super oēs vr-
bes iuda: ⁊ ecce deserte sūt hodie ⁊ nō ē in
eis habitator propter maliciam quaz fe-
cerunt: vt me ad iracundiam puocarent
⁊ irent ⁊ sacrificarent ⁊ colerent deos alie-
nos quos nesciebant ⁊ illi ⁊ vos ⁊ patres
vestri. Et misi ad vos omnes seruos meos
prophetas de nocte consurgēs mittensq3
⁊ dicēs. Nolite facere verbū abominatiōis
huiuscemodi. Et non audierunt nec icli-
nauerunt aurem suam vt cōuerterētur a
malis suis ⁊ nō sacrificarent dijs alienis.
Et cōflata est idignatio mea ⁊ furor me⁹:

als non hz ✠ ⁊
Als ✠ magdol
als ✠ magdolo
Als ✠ thānis

⁊ succensa est in ciuitatibus iuda ⁊ in pla
teis hierusalem: ⁊ verse sunt in solitudi-
nē ⁊ vastitatē sm̄ diem hanc. Et nunc hec
B dicit dominus exercituuz deus isrl̄. Qua
re vos ⁊ ✠ facitis malū grande hoc contra
animas vestras: vt intereat ex vobis vir ⁊
mulier: paruulus ✠ ⁊ lactēs de medio iu
de: nec relinquat vobis quicq̄ residuum:
puocantes me in operibus manuū vra-
rum sacrificādo dijs alienis in terra egy
pti in quā ingressi estis vt habitetis ibi:
⁊ dispeatis: ⁊ sitis in maledictionē ⁊ i op
probriū cunctis gentibus terre. Nūquid
obliti estis mala patrū vestrorū ⁊ mala re
gū iuda: ⁊ malum vxorū ✠ eoꝝ ⁊ mala ve
stra ⁊ mala vxorū vestrarū: que fecerūt in
terra iuda ⁊ in regionibus hierusalem?
C Nō sunt mundati vsq3 ad diem hāc: ⁊ nō
timuerunt ⁊ nō ambulauerūt in lege do
mini ⁊ in preceptis ✠ meis que dedi corā
vobis ⁊ coram prībus vr̄is. Ideo hec dicit
dn̄s exercituuz deus israel. Ecce ego ponā
faciem meam in vobis malū: ⁊ disp̄dam
oēm iudā. Et assumā reliq̄as iude: q̄ posue
rūt facies suas vt ingrederenf terrā egy-
pti: ⁊ habitarēt ibi ⁊ cōsumenf oēs i terra
egypti: ⁊ cadēt in gladio ⁊ in fame. Cōsu-
menf a minimo vsq3 ad maximū: i fame
⁊ in gladio morietur: ⁊ erūt in iusiurā-
dū vt in miraculū ⁊ in maledictionē ⁊ i
D opprobriū: ⁊ visitabo sup habitatores ter
re egypti: sicut visitaui sup hierusalē i gla
dio ⁊ fame ⁊ peste: ⁊ nō erit q effugiat ⁊ sit
residu⁹ de reliquijs iudeoꝝ q vadūt vt pe-
regrinentur in terra egypti: ⁊ reuertātur
in terrā iuda ad quā ipsi eleuāt ✠ aīas su
as vt reuertanf ⁊ habitēt ibi. Nō reuertē-
tur nisi q fugerint. Respōderūtq3 hie-
remie oēs viri sciētes q̄ sacrificarēt vxo-
res eoꝝ dijs alienis: ⁊ vniuerse mulieres
quarū stabat multitudo grādis: ⁊ oīs po
pulus habitātiū in terra egypti in phā-
tures dicētes. Sermonē quē locutus es
ad nos in noīe dn̄i ✠ nō audiemus ex te:
sed faciētes faciemus oē verbum qd̄ egre-
dief de ore nr̄o: vt sacrificemus regine ce
li: ⁊ libemus ei libamina sicut fecim⁹ nos
⁊ patres nostri reges nr̄i ⁊ principes nr̄i
in vrbibus iuda ⁊ in plateis hierusalē: ⁊
saturati sumus panib⁹ ⁊ bone nobis erāt:
malūq3 nō vidimus. Ex eo autē tpe quo
E cessauimus sacrificare regine celi ⁊ libare ei

Als ✠ fecistis
als non hz ✠ et
als ✠ eius
als ✠ eius quos posui infra eo.
als ✠ ma nus
als ✠ vel nostri

libamina + indiguimus oib⁹: ⁊ gladio ⁊ fame cōsumpti sumus. Qđ si nō sacrificamus regine celi: ⁊ libamus ei libamina: nūqd sine viris nr̄is facimus ei placētas ad colēdum eam ⁊ libamina ad libādū? Et dixit hieremias ad omnē populū: aduersum viros ⁊ aduersum mulieres ⁊ aduersum vniuersā plebē q̄ responderāt ei verbū dicēs. Nūqd nō sacrificiū qđ sacrificastis in ciuitatib⁹ iuda ⁊ in plateis hierusalē: vos ⁊ patres vr̄i reges vr̄i ⁊ principes vestri: ⁊ populus terre: horū recordat⁹ est dn̄s ⁊ ascēdit super cor eius: ⁊ nō poterat dn̄s vltra portare pp̄ maliciā studiorū vestrorū: ⁊ ppter abominatiōes quas fecistis ⁊ fcā est terra vr̄a ī desolationē ⁊ ī stuporē ⁊ in maledictū eo q̄ nō sit habitator sicut est dies hec: Propterea q̄ sacrificaueritis idolis ⁊ peccaueritis dn̄o: ⁊ nō audieritis vocē dn̄i: ⁊ in lege ⁊ in pceptis ⁊ ī testimōis ei⁹ nō ambulaueritis: idcirco euenerūt vobis mala hec sicut ē dies hec. Dixit aūt hieremias ad oēm ppl̄m: ⁊ ad vniuersas mulieres. Audite v̄bū dn̄i ois iuda q̄ estis ī terra egypti. Hec inqt dn̄s exercituū deus isrl̄: dicens. Uos ⁊ vxores vr̄e locuti estis ore vr̄o: ⁊ manibus vr̄is iplestis: dicētes. Faciamus vota nr̄a q̄ vouim⁹ vt sacrificemus regine celi: ⁊ libemus ei libamina. Implestis opa vr̄a. ⁊ opere perpetrastis ea. Idec audite verbū dn̄i ois iuda q̄ habitatis ī terra egypti. Ecce ego iuraui in noie meo magno: ait dn̄s: q̄ nequaq̄ vltra vocabit nomē meū ex ore ois viri iudei: dicētis viuit dn̄s deus in oi terra egypti. Ecce ego vigilabo sup eos in malū ⁊ nō in bonū: ⁊ cōsumenē oēs viri iuda q̄ sūt in terra egypti gladio ⁊ fame donec penit⁹ cōsumant. Et q̄ fugerint gladiū: reuertētur de terra egypti in terrā iuda viri pauci: ⁊ sciēt oēs reliquie iuda ingrediētiū terrā egypti vt habitēt ibi: cui⁹ smo cōpleat̄ meus an illorum? Et hoc vobis signū: ait dominus q̄ visitem ego sup vos in loco isto vt sciatis: q̄ vere complebuntur sermones mei contra vos in malum. Hec dicit dn̄s. Ecce ego tradā pharaonē ephree regem egypti in manu inimicorū eius ⁊ in manu querentium animam illius: sicut tradidi sedechiam regem iuda in manu nabuchodonosor regis babylonis inimici sui: ⁊ q̄rentis aīam eius.

(Margin: Als + indigem⁹. Sup. 7. d. — F — G — Supra eo. — Ec. 22. c. — Als + omnes)

¶ Ca. Sū. ¶ Increpatur baruch a hieremia de pusillanimitate: tamē salus ei promittitur. Cap. xlv.

Verbū quod locutus est hieremias ppheta ad baruch filiū nerie cū scripsisset verba hec in libro ex ore hieremie anno q̄rto ioachī filij iosie regis iuda dicēs. Hec dicit dn̄s de⁹ israel ad te baruch. Dixisti. Ue misero mihi quoniā addidit dn̄s dolorē dolori meo. Laboraui in gemitu meo: ⁊ requiē nō inueni. Hec dicit dominus. Sic dices ad eū. Ecce quos edificaui ego destruo: ⁊ quos plātaui ego euello: ⁊ vniuersam terrā hāc. Et tu queris tibi + grandia. Noli querere: q̄ ecce ego adducā malū sup oēm carnē: ait dominus: ⁊ dabo tibi aīam tuā in salutem in oibus locis ad quecunq̄ perrexeris.

(Margin: A — B — Als + gaudes)

¶ Ca. Sū. ¶ Sermo dn̄i ꝯ egyptum: ⁊ ciuitates eius q̄ destruende sunt: promittitur iacob ⁊ israel miseratio ⁊ liberatio cum amicis suis. Cap. xlvj.

Quod factū est verbum dn̄i ad hieremiam prophetā ꝯtra gentes ad egyptum aduersum exercitum pharaonis nechao regis egypti qui erat iuxta fluuiū eufraten in charchamis quem percussit nabuchodonosor rex babylonis in quarto āno ioachim filij iosie regis iuda. Preparate scutum ⁊ clypeum: ⁊ procedite ad bellum. Iungite equos: ⁊ ascendite equites: state in galeis: polite lanceas: induite vos loricis. Quid igitur? Uidi ipsos pauidos ⁊ terga vertentes: fortes eorum cesos. Fugerunt conciti: nec respexerunt. Terror vndiq̄: ait dominus. Non fugiet velox: nec saluari se putet fortis. Ad aquilonem iuxta flumen eufratem victi sunt ⁊ ruerunt. Quis est iste qui quasi flumen ascendit: ⁊ veluti fluuiorum intumescunt gurgites eius? Egyptus fluminis instar ascendit: ⁊ velut flumina mouebuntur fluctus eius: ⁊ dicet. Ascēdens operiā terrā: perdam ciuitatem ⁊ habitatores eius. Ascēdite equos: ⁊ exultate in currib⁹: ⁊ pcedāt fortes ethyopie ⁊ lybie tenētes scutū: ⁊ lidij arripiētes ⁊ iacētes sagittas. Dies aūt ille dn̄i dei exercituum dies vltionis: vt sumat vindictā de inimicis suis. Deuorabit gladi⁹ ⁊ saturabitur: ⁊ inebriabitur sanguine eorū. Uictima. n. dn̄i exercituū ī terra aquilonis iuxta flumen eufratē.

(Margin: A — B — C)

Ascēde in galaad: & tolle resinam virgo filia egypti. Frustra multiplicas medicamina: sanitas nō erit tibi. Audierūt gentes ignominiā tuā: & vlulat⁹ tu⁹ repleuit terram: q: fortis impegit i fortē: & ambo pariter conciderunt. Uerbum qđ locutus ē dominus ad hieremiā ꝓphetā sup eo q venturus eēt nabuchodonosor rex babylōis & percussurus terrā egypti. Annūciate egypto: & auditū facite i magdalo & resonet i mēphis & in taphnis dicite. Sta & prepara te: quia deuorabit gladius: ea q p circuitum tuū sūt. Quare cōputruit fortis tuus. Non stetit: qm dñs subuertit eū. Multiplicauit ruētes: cecidit q vir ad ꝓximū suū. Et dicēt. Surge: & reuertamur ad ppl'm nostrū: & ad terrā natiuitatis nr̄e a facie gladij columbe. Uocate nomē pharaonis regis egypti: tumultū adduxit tps. Uiuo ego inquit rex dñs exercituū nomē ei⁹ qm sicut thabor i mōtib⁹: & sicut carmelus in mari veniet. Uasa trāsmigrationis fac tibi habitatrix filia egypti: q: mēphis i solitudinē erit & deserta & ihabitabilis erit. Uitula elegans atq formosa egypt⁹: stimulator ab aquilone veniet ei. Mercenarij q̄q eius q versabātur in medio eius q̄si vituli saginati versi sūt & fugerūt simul nec stare potuerūt: q: dies interfectionis eoꝝ venit sup eos: tēpus visitationis eoꝝ. Uox eius q̄si eris sonabit: qm cum exercitu properabūt & cū securib⁹ venient ei: quasi cedētes ligna succiderūt saltū eius ait dñs: q supputari nō potest. Multiplicati sūt sup locustas: & nō est ei numer⁹. Confusa ē filia egypti: & tradita in manu ppl'i aquilonis dicit dominus exercituū deus isrl. Ecce ego visitabo sup tumultū alexandrie & super egyptū & sup deos eius: & sup reges eius & sup pharaonem: & sup omnes q confidunt in eo: & dabo eos in manus querētiū animā eorū: & i manus nabuchodonosor regis babylonis: & i man⁹ suoꝝ ei⁹. Et post hec habitabit sicut dieb⁹ ꝓstinis: ait dominus. Et tu ne timeas serue me⁹ iacob & ne paueas isrl. Q: ecce ego saluū te faciā de lōginquo: & semē tuū de terra captiuitatis tue. Et reuertet iacob & requiescet & ꝓsperabit: & nō erit q exterreat eum. Et tu noli timere serue meus iacob: ait dominus: q: tecū ego sum: q: ego consumam cunctas gētes ad q̄s eieci te. Te vo nō cōsumā: sed castigabo

al. + multiplicasti · al. + multiplicab · al. nō hz + & · D · sup. c. 2. · al. + magdolo · al. + thāmis · E · al. + pharao · al. + lasciuiens · F · G · sup. 3. b. · Esa. 44. a b

te in iudicio nec quasi innocēti pcā tibi.

¶ Ca. Sū. ¶ Sermo dñi ꝯtra palestinos & destructioe eorum. Cap. xlvij.

Quod factum est verbum dñi ad hieremiam ꝓphetam contra palestinos anteq̄ percuteret pharao gazam. hec dicit dominus. Ecce aque ascēdent ab aquilone: & erunt quasi torrens inundans: & operient terram & plenitudinem eius: vrbem & habitatores eius. Clamabūt hoīes & vlulabunt oēs habitatores terre a strepitu pompe armoꝝ & bellatorum eius: a cōmotione quadrigarum eius: & multitudine rotarū illius. Non respexerūt patres filios manibus dissolutis: pro aduētu diei in quo vastabunt oēs philistijm & dissipabit tyrus & sydon cum omnib⁹ reliquis auxilijs suis. Depopulatus ē n. dominus palestinos: reliquias insule capadocie. Uenit caluitiū sup gazam: conticuit ascalon & reliqe vallis earū. Usq quo cōcideris? O mucro domini vsq quo nō requiesces? Ingredere in vaginam tuam: refrigerare & sile. Quomodo quiescet cū dominus preceperit ei: aduersus ascalon & est aduersum maritimas eius regiones: ibiq condixerit illi.

¶ Ca. Sū. ¶ Sermo dñi ꝯ moab & ciuitates eius q destruēde sunt. Cap. xlviij.

Ad moab. hec dicit dñs exercituum: deus isrl. Ue sup nabo quoniā vastata est & confusa. Capta est cariathiarim: confusa est fortis & tremuit. Non est vltra exultatio in moab: contra esebon cogitauerunt malū. Uenite & disperdamus eā de gente. Ergo silens conticesces: sequetur q te gladius. Uox clamoris de oronaim: vastitas & contritio magna. Contrita est moab: annūciate clamorē paruulis ei⁹. Per ascensum enim luith plorans ascendet in fletu: quoniā in descensu oronaim hostes vlulatū contritionis audierunt. Fugite saluate aias vestras & eritis quasi mirice in deserto. Pro eo enim q habuisti fiduciā in munitionibus tuis in thesauris tuis: tu quoq capieris. Et ibit chamos in transmigrationē: sacerdotes ei⁹ & principes eius simul. Et veniet pdo ad omnem vrbem: & vrbs nulla saluabit. Et peribunt valles: & dissipabuntur campestria quoniam dixit dominus. Date florem moab: quia florēs egredietur: & ciuitates eius

A · al. + ascēdēn · B · C · D · A · sup. 17. d · B

eius deserte erūt ⁊ inhabitabiles. Male-dictus q facit opus dñi + fraudulenter:⁊ maledictus q ꝓhibet gladiū suum a san-guine. Fertilis fuit moab ab adolescētia sua:⁊ requieuit in fecib⁹ suis. Nec trāsfusus est de vase in vas:⁊ in trāsmigrationē nō abijt. Idcirco permāsit gustus ei⁹ in eo:⁊ odor ei⁹ nō est inmutat⁹. Propter ea ecce dies veniūt dicit dñs:⁊ mittā eis ordina-tores ⁊ stratores lagūcularū ⁊ sternēt eū: ⁊ vasa ei⁹ exhaurient ⁊ lagūculas eoꝝ colli-dent. Et cōfundet moab a chamos:sicut cō-fusa est dom⁹ israel a bethel in qua hēbat fiduciā. Quomodo dicitis fortes sum⁹:⁊ viri robusti ad preliādū? Vastata est moab ⁊ ciuitates illi⁹ + succēderūt:⁊ electi iu-uenes ei⁹ descēderūt in occisiones:ait rex: dñs exercituū nomē ei⁹. Prope est interi-tus moab vt veniat:⁊ malū ei⁹ velociter + occurret nimis. Cōsolamini eū oēs qui estis in circuitu ei⁹:⁊ vniuersi q sci-tis nomē eius dicite. Quō cōfracta est vir-ga fortis:baculus gloriosus? Descende de gloria ⁊ sede in siti habitatio filie dybon: qm̄ vastator moab ascēdet ad te:dissipabit munitiones tuas. In via sta ⁊ ꝓspice ha-bitatio aroer. Interroga fugientē:⁊ ei q euasit dic qd accidit. Confusus est moab: quoniā victus est. Vlulate ⁊ clamate:an-nūciate in arnō qm̄ vastata ē moab:⁊ iu-diciū vēit ad terrā capestrē sup elon:⁊ sup iasa:⁊ sup mesphath:⁊ sup dybon:⁊ sup na-bo:⁊ sup domū deblathaim:⁊ sup cariathaim ⁊ super beth gamul.⁊ sup bethmaon:⁊ su-per carioth:⁊ sup bosra:⁊ sup oēs ciuita-tes terre moab que longe ⁊ ꝓpe sunt. Ab-scisum est cornu moab:⁊ brachiū ei⁹ con-tritū est:ait dñs. Inebriate eum quoniā cōtra dominū erect⁹ est. Et allidet manū moab in vomitu suo:⁊ erit in derisum ēt ipse. Fuit enim in derisum tibi israel:qua-si inter fures reperisses eū. Propter verba ergo tua que aduersum illū locut⁹ es:ca-ptiu⁹ duceris. Relinquite ciuitates ⁊ ha-bitate in petra habitatores moab:⁊ estote quasi colūba nidificās in summo ore fora-minis. Audiuim⁹ superbiā moab. Super-bus est valde. Sublimitatē ei⁹ ⁊ arrogan-tiam ⁊ superbiam ⁊ altitudinē cordis eius ego scio:ait dñs. Iactantiā eius eo q non sit iuxta eā ⁊ virtus ei⁹:nec iuxta qd poterat conata sit facere. Ideo sup moab eiulabo ⁊ ad moab vniuersā clamabo:ad viros mu-ri fictilis lamētātes. De planctu iazer plora-bo tibi vinea sabama. Propagines tue trā-sierūt mare:vsqꝫ ad mare iazer puenerūt. Sup messem tuā ⁊ vindemiā tuā predo irruit. Ablata est leticia ⁊ exultatio de car-melo ⁊ de terra moab:⁊ vinū de torcula-rib⁹ sustuli. Nequaqꝫ calcator vue solitū celeuma cantabit. De clamore esebon vsqꝫ eleale ⁊ + iasa dederūt vocē suā: a segor vs-qꝫ ad oronaim vitulā + cōsternātē aque vero nemrim pessime erūt. Et auferam de moab:ait dñs offerētē in excelsis:⁊ sacrifi-cantē dijs ei⁹. Propterea cor meū ad mo-ab qsi tybia + eris resonabit:⁊ cor meum ad viros muri fictilis dabit sonitū tybia-rum:qꝛ plus fecit qꝫ potuit:idcirco perie-rūt. Omne.n. caput caluiciū:⁊ ois barba rasa erit. In cūctis manib⁹ colligatio:⁊ su-per oē dorsum ciliciū. Et sup oia tecta mo-ab ⁊ in plateis ei⁹ ois planctus:qm̄ contri-ui moab sicut vas inutile: ait dñs. Quō victa ē ⁊ vlulauerūt? Quō deiecit ceruicē moab ⁊ cōfusus est? Eritqꝫ moab in deri-sum:⁊ in exēplū omnib⁹ in circuitu suo. Hec dicit dñs. Ecce qsi aqla volabit:⁊ exten-det alas suas ad moab. Capta est carioth ⁊ munitiōes cōprehēse sunt. Et erit cor fortium moab in die illa:sicut cor mulie-ris parturiētis. Et cessabit moab eē ppls: quoniā cōtra dñm glorificat⁹ est. Pauor ⁊ fouea ⁊ laque⁹ sup te o habitator mo-ab:ait dñs:qui + fugerit a facie pauoris cadet in foueā:⁊ qui cōscēderit de fouea ca-pietur laqueo. Adducā.n. sup moab an-num visitationis eoꝝ:ait dñs. In vmbra esebon steterūt d laqueo fugiētes:qꝛ ignis egressus est de esebon:⁊ flamma de medio seon:⁊ deuorauit partē moab ⁊ verticem filioꝝ tumult⁹. Ve tibi moab. Perijsti po-pule chamos:qꝛ cōprehēsi sunt filij tui ⁊ filie tue in captiuitatē. Et cōuertā captiui-tatē moab in nouissimis dieb⁹:ait dñs.

¶ Cap. Sum. ¶ Sermo domini contra aminon ⁊ ciuitates eius:de destructione earum idumeam:⁊ de vastatione eius cō-tra damascum:item contra cedar ⁊ regna asor que percussit nabuchodonosor rex ba-bylonis:item contra elam:⁊ de liberatione eius finaliter. Cap. xlix.

H Ec usqꝫ iudicia moab. Ad filios am-mon. Hec dicit dñs. Nunqd non filij

Margin: de celebr. miss. ca. j. in cle. eis + dei negligen ter — E — al. + ascē derunt — eis + ac curet — D — E — Esa. 15. d. — Esa. 16. c. — al. + iesa. al. + cōster nātē — F — al. nō hꝫ + eris — Esa. 15. a. — G — Esa. 24. c. — Mos + fu-git — A

sunt israel: aut heres nõ est ei. Cur igitur hereditate possedit melchon gad ⁊ populus eius in vrbibus eius habitauit. Ideo ecce dies veniunt in te, dicit dñs: ⁊ auditum faciam super rabbath filiorũ ámon fremitũ prelij ⁊ erit in tumultũ dissipata filieq; ei⁹ igne succendent: ⁊ possidebit israel possessores suos: ait dñs. Ulula esebó quõ vastata est + hay. Clamate filie rabbath accingite vos cilitijs. Plangite ⁊ circuite per sepes: quoniã melchon in trãsmigrationem ducet: sacerdotes eius ⁊ principes eius simul. Quid gloriaris in vallibus? Defluxit vallis tua filia delicata: q cõfidebas in thesauris tuis: ⁊ dicebas. Quis veniet ad me? Ecce ego inducã sup te terrorẽ: ait dñs deus exercituũ ab omnib⁹ q sunt in circuitu tuo: ⁊ dispergimini singuli a cõspectu vro: nec erit q cõgreget fugiẽtes. Et post B hec reuerti faciã fugiẽtes ⁊ captiuos filiorũ ámon: ait dñs. Ad idumeam. Hec dicit + dñs exercituũ. Nũqd nõ vltra est sapiẽtia in themã? Perijt cõsiliũ a filijs. Inutilis facta est sapiẽtia eorũ. Fugite + ⁊ terga vertite: descẽdite in voraginẽ habitatores dedã: quoniã perditionem Esau adduxi sup eũ: tempus visitationis eius. Si vindemiatores ei⁹ venissent sup te nõ reliquissent racemũ: si fures in nocte, rapuissent q sufficeret sibi? Ego vo discooperui esau: reuelaui abscõdita ei⁹ ⁊ celari nõ poterit. Uastatũ est semẽ ei⁹: ⁊ fratres ei⁹ ⁊ vicini eius: ⁊ nõ erit. Relinque pupillos tuos: ⁊ ego faciã eos viuere: ⁊ vidue tue in me sperabũt: qr hec dicit dñs. C Ecce qb⁹ nõ erat iudiciũ vt biberẽt calicẽ: bibẽtes bibẽt ⁊ tu quasi innocẽs relinqueris? Nõ eris innocens: sed bibẽs bibes. Qr p memetipsum iuraui: dicit dñs: q in solitudinẽ ⁊ in opprobriũ ⁊ in desertũ ⁊ in maledictionem erit bosra: ⁊ oẽs ciuitates ei⁹ erũt in solitudines sempiternas. Auditum audiui a dñs: ⁊ legat⁹ ad gẽtes missus + sum. Congregamini ⁊ venite + cõ eã: ⁊ cõsurgam⁹ in prelium. Ecce. n. paruulũ dedi te in gentib⁹: cõtẽptibilẽ inter homines. Arrogãtia tua D decepit te: ⁊ supbia cordis tui q habitas in cauernis petre ⁊ apprehendere niteris altitudinẽ collis. Cũ exaltaueris q̃si aqla nidũ tuũ: inde detraham te dicit dñs. Et erit idumea deserta. Omnisq trãsibit per eã stupebit ⁊ sibilabit sup oẽs plagas ei⁹: sicut subuersa est sodoma ⁊ gomorra ⁊ vicine eius: ait dñs. Nõ habitabit ibi vir: ⁊ nõ incolet eã filius hominis. Ecce q̃si leo ascẽdet de supbia iordanis ad pulchritudinẽ robustã: qr subito currere faciã eum ad illam. Et quis erit electus: quẽ pponã ei? Quis enim similis mei? Et qs sustinebit me? Et qs iste pastor qui resistat vultui meo? Propterea audite consiliũ domini qd inijt de edom: ⁊ cogitatiões eius quas cogitauit de habitatorib⁹ theman. Si nõ E deiecerint eos paruuli gregis: nisi dissipauerint cũ eis habitaculũ eorũ. A voce ruine eorũ cõmota est terra: clamor in mari rubro audit⁹ est vocis eius. Ecce quasi aqla + ascẽdet ⁊ euolabit: ⁊ expãdet alas suas super bosram. Et erit cor fortiũ idumee in die illa quasi cor mulieris parturientis. Ad damascũ. Confusa est emath ⁊ arphat qr auditũ pessimum audierunt. Turbati sunt in mari pre solitudine: quiescere nõ potuit. Dissoluta est damascus: versa est in fugam: tremor apprehẽdit eã. Angustia ⁊ dolores tenuerũt eum quasi parturientẽ. Quomodo dereliquerũt ciuitatẽ laudabilẽ: vrbem letitie? Ideo cadent iuuenes eius in plateis eius: ⁊ oẽs viri prelij conticescent in die illa: ait dñs exercituum. Et succendã ignem in muro damasci: ⁊ deuorabit menia + benadab. Ad cedar ⁊ ad regna asor: que pcussit nabuchodonosor rex babylonis. Hec dicit dñs. Surgite ⁊ ascẽdite ad cedar: ⁊ vastate filios orientis. F Tabernacula eorũ ⁊ greges eorũ capient: pelles eorum ⁊ omnia vasa eorũ ⁊ camelos eorũ tollent sibi: ⁊ vocabunt super eos formidinem in circuitu eius. Fugite abite vehemẽter: in voraginibus sedete qui habitatis asor: ait dñs. Inijt enim cõtra vos nabuchodonosor rex babylonis consiliũ: ⁊ cogitauit aduersum vos cogitationes. + Cõsurgite ⁊ ascẽdite ad gentẽ quietã ⁊ habitantẽ cõfidenter: ait dñs. Non ostia nec vectes eis: soli habitant. Et erunt cameli eorũ in direptionẽ ⁊ multitudo iumentorum in predam: ⁊ dispergam eos in oẽm ventum qui sunt attonsi in comam: ⁊ ex omni cõfinio eorum adducam interitum super eos: ait dominus. Et erit asor in habitaculum draconum deserta vsq; in eternum. Non manebit ibi vir: nec incolet eã filius hominis. G Quod factum est verbum

Marginal notes: al's + ar; al. nõ h3 vt fugien tes ⁊; al. + dñs deus; Al's non h3 + ⁊; al's + est; al's + ad; Esa. 47. c.; abdie. j. d; sup. 13. c. ⁊. 16. c.; Ira. 50. c.; al's + descẽdet; al's + benadad; al's + fugite

domini ad hieremiam ꝓphetam aduersus elam in ꝑncipio regni sedechie regis iuda dicens. Hec dicit dominus exercituū. Ecce ego confringam arcum elam: et sumā fortitudinem eorū: et inducam super elam quattuor ventos a quattuor plagis celi: et ventilabo eos in omnes ventos istos: et nō erit gens ad quā nō perueniāt ꝓfugi elam. Et pauere faciā elam corā inimicis suis: et in cōspectu querentiū animam eorū: et adducam super eos malū: iram furoris mei dicit dn̄s. Et mittam post eos gladium: donec cōsumam eos: et ponam solium meū in elam: et perdam inde reges et ꝑncipes: ait dn̄s. In nouissimis aūt dieb⁹ reuerti faciam captiuos elam dicit dn̄s.

¶ Cap. Lii. ¶ Sermo domini contra babylonem vocat medos et persas: et eius destructionem predicit: reditū populi iuda et israel: de captiuitate admiratio ponit: de subuersione babylonis et gladi⁹ vltionis ꝓ iuda et hierusalē. Cap. L.

A Verbum qd̄ locutus est dn̄s de babylone et de terra chaldeorū in manu hieremie ꝓphete. Annūciate in gentib⁹: auditū facite. Leuate signū: ꝑdicate et nolite celare: dicite. Capta est babylon: cōfusus est bel: vict⁹ est + marodach. Cōfusa sūt omnia sculptilia + eorū: separata sunt idola eorū. Qm̄ ascēdet cōtra eā gens ab aquilone: que ponet terrā ei⁹ in solitudinem: et non erit q habitet in ea ab hoīe vsqꝫ ad pecus: et moti sunt et abierūt. In dieb⁹ illis et in tpe illo: ait dn̄s: venient filij israel ipsi et filij iuda simul: ambulātes et flentes: ꝓperabūt et dn̄m deū suū + q̄rent. In sion interrogabūt viā: huc facies eorū venient: et apponentur ad dn̄m federe sempiterno: qd̄ nulla obliuione delebit. Grex perditus fact⁹ est populus me⁹: pastores eorū seduxerūt eos: fecerūtqꝫ vagari in montib⁹. De mōte in collē trāsierūt: obliti sūt cubilis sui. B Oēs qui inuenerūt comederunt eos: et hostes eorū dixerūt. Nō peccauim⁹: ꝓ eo q peccauerunt dn̄o decori iustitie et + expectatiōi patrū eorū a dn̄o. Recedite de medio babylonis et de terra chaldeorū egredimini: et estote q̄si hedi ante greges. Qm̄ ecce ego + suscitabo et adducā in babylonē ꝯgregationē gentiū magnarū de terra aquilonis et preparabunt aduersus eā: et + inde capietur. Sagitta ei⁹ q̄si viri fortis interfectoris: nō reuertetur vacua. Et erit chaldea in predam: oēs vastātes eā replebuntur: ait dn̄s. Quoniā exultatis et magna loquimini diripientes hereditatē meā: qm̄ effusi estis sicut vituli sup herbam: et mugistis sicut tauri. Confusa est mater vestra nimis: et adequata pulueri que genuit vos. Ecce nouissima erit in gentib⁹: et deserta inuia et arens. C Ab ira domini nō habitabitur: sed redigetur tota in solitudinē. Omnis qui + trāsibit p babylonē stupebit et sibilabit super vniuersis plagis ei⁹. Preparamini cōtra babylonē per circuitum. Omnes qui tenditis arcum debellate eam: et non parcatis iaculis q2 dn̄o peccauit. Clamate aduersus eam. Vbiqꝫ dedit manū. Ceciderūt fundamenta eius: destructi sunt muri eius: quoniā vltio domini est. Vltionem accipite de ea. Sicut fecit: facite ei. Disperdite satorem de babylone et tenētē falcē in tpe messis a facie gladij columbe. Vnusqsqꝫ ad populum suū cōuertetur: et singuli ad terrā suā fugiēt. Grex dispersus israel leones eiecerūt eum. Prim⁹ comedit eū rex assur: iste nouissimus exossauit eū nabuchodonosor rex babylonis. Propterea hec dicit dn̄s exercituū de⁹ israel. Ecce ego visitabo regē babylonis et terrā ei⁹: sicut visitaui regē assur: et reducā israel ad habitaculū suum. Et pascet carmelum et basan: et in mōte effraim et in galaad saturabitur anima ei⁹. D In dieb⁹ illis et in tēpore illo: ait dn̄s: queretur iniquitas israel: et nō erit: et peccatū iuda et nō inuenietur: qm̄ ꝓpitius ero eis quos reliquero. Super terrā dominātium ascende: et sup habitatores eius visita. Dissipa et interfice que post eos sunt: ait dominus: et fac iuxta omnia que ꝑcepi tibi. Vox belli in terra: et cōtritio magna. Quomodo cōfractus ē et cōtritus malleus vniuerse terre? Quomodo versa est in desertū babylon in gētibus? Illaqueaui te et capta es babylō et nesciebas: inuēta es et apprehēsa: qm̄ dn̄m ꝓuocasti. Aperuit dn̄s thesaurū suum et ꝓtulit vasa ire sue: quoniam opus est dn̄o deo exercituum in terra chaldeorū. Venite ad eā ab extremis finib⁹: aperite vt exeant qui cōculcent eā. Tollite de via lapides et redigite in aceruos: et interficite eam nec sit quicqꝫ reliquum. E Dissipate vniuersos fortes ei⁹: descēdant in occisionem. Ve eis q2 venit dies eorū: tēpus visitationis eo-

26.q.4.c. sciendum infra.
al's + ei⁹
al's + q̄rentes
al's + expectatiōe
al's + suscitabo
al's + in die
al's + trāsit
sup. 18.c. 19.ca. et 46.c.
infra f. eo.

F. Uox fugientium eorum qui euaserũt de terra babylonis: vt annũciẽt in syon vltionẽ dñi dei nostri: vltionẽ tẽpli ei⁹. Annũciate in babylonẽ plurimis: omnib⁹ q tendũt arcũ. Cõsistite aduersus eam per gyrũ: ⁊ nullus euadat. Reddite ei scḋm op⁹ suũ: iuxta oĩa que fecit facite illi: q₂ ꝯ dñm erecta est: aduersum sanctũ israel. Idcirco cadẽt iuuenes ei⁹ in plateis ei⁹: ⁊ oẽs viri bellatores ei⁹ cõticescẽt in die illa: ait dominus. Ecce ego ad te superbe: dicit dñs de⁹ exercituũ: q₂ veniet dies tuus tẽpus visitationis tue. Et cadet superbus ⁊ corruet: ⁊ nõ erit q suscitet eum. Et succendã ignẽ in vrbib⁹ ei⁹: ⁊ deuorabit oĩa in circuitu ei⁹.

G Hec dicit dñs exercituũ. Calũniã sustinẽt filij israel ⁊ filij iuda simul. Oẽs q ceperũt eos tenẽt: nolũt dimittere eos. Redẽptor eorum fortis: dñs exercituũ nomẽ ei⁹. Iudicio defendet cãm eorum: vt exterreat terrã: ⁊ cõmoueat habitatores babylonis. Gladius ad chaldeos: ait dñs: ⁊ ad habitatores babylonis: ⁊ ad pncipes ⁊ ad sapiẽtes ei⁹. Gladius ad diuinos ei⁹ q stulti erũt. Gladius ad fortes illi⁹ q timebũt. Gladi⁹ ad equos ei⁹ ⁊ ad currus ei⁹: ⁊ ad oẽ vulgus qḋ est in medio ei⁹: ⁊ erũt quasi mulieres. Gladius ad thesauros ei⁹ q diripiẽtur. Siccitas sup aquas ei⁹ erit ⁊ arescent: q₂ terra sculptiliũ est: ⁊ in portẽtis gloriãtur. Propterea habitabũt dracones cum fatuis ✝ ficarijs: ⁊ habitabũt i ea strutiones. Et nõ inhabitabit vltra vsq₃ ✝ in sempiternũ: nec extruet vsq₃ ad generationẽ ⁊ generationẽ. Sicut subuertit ✝ dñs sodomã ⁊ gomorrã ⁊ vicinas ei⁹: ait dñs.

H Nõ habitabit ibi vir: ⁊ nõ incolet eã fili⁹ hominis. Ecce pplˢ veniet ab aquilone ⁊ gens magna: ⁊ reges multi ꝯsurgẽt a finibus terre. Arcum ⁊ scutũ apprehẽdẽt: crudeles sunt ⁊ imisericordes. Uox eorum q̃si mare sonabit: ⁊ sup equos ascendent sicut vir parat⁹ ad pliũ ꝯtra te filia babylon. Audiuit rex babylonis famã eorum: ⁊ dissolute sunt man⁹ ei⁹. Angustia apprehẽdit eũ: dolor quasi parturientẽ. Ecce quasi leo ascẽdet de supbia iordanis ad pulchritudinẽ robustã: q₂ subito currere faciã eum ad illã. Et qs erit elect⁹ quem preponã ei? Quis. n. similis mei: ⁊ qs sustinebit me? Et qs est iste pastor q resistat vultui meo? Propterea audite cõsiliũ dñi qḋ mẽte cõcepit aduersum babylonẽ ⁊ cogitationes eius quas cogitauit sup terrã chaldeorũ. Nisi detraxerint eos paruuli gregum: nisi dissipatũ fuerit cũ ipsis habitaculũ eorũ. A voce captiuitatis babylonis cõmota est terra: ⁊ clamor inter gẽtes auditus est.

¶ Cap. Li. ¶ De vẽto pestilẽtie: ⁊ de calice aureo: ⁊ de collisione babylonicorum: de morte pestifera: de aduẽtu quoq₃ hostiũ ꝯtra babylonem: de rege babylonis ⁊ chaldeis pp quos destruit babylon: ⁊ pp idola: ⁊ de libro in quo scribit hieremias oĩa mala vẽtura babylonis. Cap. li.

A Hec dicit dñs. Ecce ego suscitabo super babylonẽ ⁊ sup habitatores ei⁹ qui cor suũ leuauerũt cõtra me: quasi ventum pestilẽtẽ: ⁊ mittã in babylonẽ vẽtilatores ⁊ ventilabũt eã. Et demolient terrã eius: qm venerũt sup eã vndiq₃ in die afflictionis eius. Nõ ✝ tendat qui tẽdit arcũ suũ: ⁊ nõ ascendet loricatus. Nolite parcere iuuenib⁹ eius: interficite oẽm militiã ei⁹. Et cadẽt interfecti in terra chaldeorum: ⁊ vulnerati in regionib⁹ ei⁹. Quoniam non fuit viduatus israel: ⁊ iuda a dño deo suo dño exercituum. Terra aũt eorum repleta est delicto a sancto israel. Fugite de medio babylonis: vt saluet vnusquisq₃ animã suam. Nolite tacere sup iniqtatẽ ei⁹: qm tpus ✝ vltionis eius est a dño: vicissitudinẽ ipse retribuet ei. Calix aure⁹ babylon in manu dñi inebriãs oẽm terrã. De vino eius biberũt gẽtes: ⁊ ideo cõmote sunt. Subito cecidit babylon ⁊ cõtrita est. Ululate super eã tollite resinã ad dolorẽ ei⁹ si forte sanetur. Curauim⁹ babylonẽ: ⁊ nõ est sanata. Derelinquam⁹ eã: ⁊ eam⁹ vnusquisq₃ in terrã suã. Qm puenit vsq₃ ad celos iudicium eius: ⁊ eleuatum est vsq₃ ad nubes. Protulit dñs iustitias nostras: venite, et narrem⁹ in sion opus dñi dei nostri.

B Acuite sagittas ⁊ implete pharetras. Suscitauit dñs spũm regũ medorum: ⁊ ꝯ babylonẽ mens eius est vt perdat eã. Quoniã vltio dñi est vltio tẽpli sui. Rex medorum contra babylonẽ a dño suscitat. Sup muros babylonis leuate signũ: augete custodiã. Leuate custodes: pparate insidias: q₂ cogitauit dñs ⁊ fecit quecũq₃ locut⁹ est cõtra habitatores babylonis. Que habitas sup aquas multas locuples in thesauris venit finis tuus pedalis precisionis tue. Iu

Margin: Supra eo. — Alias ✝ sicarijs — alias ✝ ad — al. ✝ de⁹ — Gen. 19. c. — Job. 41. a. — alias ✝ habitabit — alias ✝ vltionis ẽ dño — Esa. 21. c. — apo. 14. b. — Amos. 6. c.

ravit dominus exercituum per animam suam: quoniam repleto te hominibus quasi bruco: et super te celeuma cantabitur. Qui fecit terram in fortitudine sua: et preparauit orbem in sapientia sua: et prudentia sua extendit celos. Dante eo voces multiplicantur aque in celo. Qui leuat nubes ab extremo terre: fulgura in pluuias fecit: et produxit ventos de thesauris suis. Stultus factus est omnis homo a scientia: confusus est omnis conflator in sculptili: quia mendax est conflatio eius: nec est spiritus in eis. Uana sunt opera et risu digna: in tempore visitationis sue peribunt. Non sicut hec pars iacob: quia qui fecit omnia ipse est: et israel sceptrum hereditatis eius: dominus exercituum nomen eius. Collidis tu mihi vasa belli: et ego collidam in te gentes et disperdam in te regna. Et collidam in te equum et equitem eius: et collidam in te currum et ascensorem eius: et collidam in te virum et mulierem. Et collidam in te senem et puerum: et collidam in te iuuenem et virginem. Et collidam in te pastorem et gregem eius: et collidam in te agricolam et iugales eius. Et collidam in te duces et magistratus. Et reddam babyloni in cunctis habitatoribus chaldee omne malum suum quod fecerunt in sion in oculis vestris: ait dominus. Ecce ego ad te mons pestifer: ait dominus: qui corrumpis vniuersam terram. Et extendam manum meam super te: et euoluam te de petris: et dabo te in montem combustionis. Et non + tollent de te lapidem in angulum: et lapidem in fundamento: sed perditus in eternum eris: ait dominus. Leuate signum in terra: clangite buccina in + montibus. Sanctificate super eam gentes: annunciate contra illam regibus ararath menni et ascenez: numerate contra eam taphsar. Adducite equum quasi bruchum aculeatum. Sanctificate contra eam gentes: reges medie: duces eius: et vniuersum magistratum eius cunctamque terram potestatis eius. Et commouebitur terra et conturbabitur: quia euigilabit contra babylonem cogitatio domini: vt ponat terram babylonis desertam et inhabitabilem. Cessauerunt fortes babylonis a prelio: habitauerunt in presidijs. Deuoratum est robur eorum: + et facti sunt quasi mulieres. Incensa sunt tabernacula eius: contriti sunt vectes eius. Currens obuiam currenti veniet: et nuncius obuius nuncianti: vt annunciet regi babylonis: quia capta est ciuitas eius a summo vsque ad summum: et vada preoccupata sunt et paludes incense sunt igni: et viri bellatores conturbati sunt. Quia hec dicit dominus exercituum deus israel. Filia babylonis quasi area: tempus triture eius. Adhuc modicum: et veniet tempus messionis eius. Comedit me deuorauit me nabuchodonosor rex babylonis. Reddidit me quasi vas inane. Absorbuit me quasi draco: repleuit ventrem suum teneritudine mea: et eiecit me. Iniquitas aduersum me: et caro mea super babylonem: dicit habitatio sion: et sanguis meus super habitatores chaldee: dicit hierusalem. Propterea hec dicit dominus. Ecce ego iudicabo causam tuam et vlciscar vltionem tuam. Et desertum faciam mare eius: et siccabo venam eius. Et erit babylon in tumulos habitatio draconum stupor et sibilus: eo quod non sit habitator. Simul et leones rugient: excutient comas velut catuli leonum. In calore eorum ponam potus eorum: et inebriabo eos vt sopiantur et dormiant somnum sempiternum: et non consurgant: dicit dominus. Deducam eos quasi agnos ad victimam: + et quasi arietes cum hedis. Quomodo capta est sesach: et comprehensa est inclyta vniuerse terre. Quomodo facta est in stuporem babylon inter gentes? Ascendit super babylonem mare: multitudine fluctuum eius operta est. Facte sunt ciuitates eius in stuporem: terra inhabitabilis et deserta: terra in qua nullus habitet: nec transeat per eam filius hominis. Et visitabo super bel in babylone: et eijciam quod + absorbuerat de ore eius: et non confluent ad eam vltra gentes. Siquidem et murus babylonis corruet. Egredimini de medio eius populus meus: vt saluet vnusquisque animam suam ab ira furoris domini. Et ne forte mollescat cor vestrum et timeatis auditum qui audietur in terra. Et veniet in anno auditio et post hunc annum auditio et iniquitas in terra: et dominator super dominatorem. Propterea ecce dies veniunt: et visitabo super sculptilia babylonis: et omnis terra eius confundetur: et vniuersi interfecti eius cadent in medio eius. Et laudabunt super babylonem celi et terra et omnia que in eis sunt: quia ab aquilone venient ei predones: ait dominus. Et quomodo fecit babylon vt caderent occisi in israel: sic de babylone cadent occisi in vniuersa terra. Qui fugistis gladium: venite nolite stare. Recordamini procul domini: et hierusalem ascen-

Margin notes: sup. 10. b — C — Al's + tollam — Al's + gentibus — D — Al's non habent et — E i — Al's non habent et — Al's + absorbuerat — F

sunt super cor vestrū. Confusi sumus quoniā audiuimus opprobriū. Operuit ignominia facies nostras: q: venerūt alieni super sanctificationē domus dñi. Propterea ecce dies veniunt: ait dñs: et visitabo super sculptilia babylonis: et in omni terra eius mugiet vulneratus. Si ascēderit babylon in celū et firmauerit i excelso robur suū: ad me venient vastatores eius: ait dñs. Uox clamoris de babylone: et cōtritio magna de terra chaldeoꝝ: qm̄ vastauit dñs babylonē: et perdidit ex ea vocē magnā et sonabunt fluctus eoꝝ quasi aque multe. Dedit sonitū vox eoꝝ: q: venit super eā id est sup babylonē predo. Et apprehēsi sūt fortes eius: et emarcuit arcus eoꝝ q: fortis vltor dñs reddēs retribuet. Et inebriabo principes eius: et sapiētes eius duces eius: et magistratus eius et fortes eius. Et dormiēt somnū sempiternū: et nō expergiscent: ait rex dñs exercituū nomē eius. Hec dicit dñs

B exercituū. Murus babylonis ille latissimus suffossione suffodiet et porte eius excelse igne cōburenē: et labores populoꝝ ad nihilū et gentiū in ignem erūt: et disperibunt. Uerbū qđ p̄cepit hieremias + pphe ta saraie filio nerie filie maasie cū pergeret cū sedechia rege in babylonē in anno quarto regni eius. Saraias aūt erat p̄nceps prophetie. Et scripsit hieremias oē malū qđ venturū erat super babylonē in libro vno omnia v̄ba hec q̄ scripta sunt ꝯ babylonē. Et dixit hieremias ad saraias. Cū veneris in babylonē et videris et legeris oīa verba hec: dices. Dñe tu locutus es ꝯ locū istū: vt disperderes eū ne sit q in eo habitet ab homine vsq ad pecus: et vt sit ppetua solitudo. Cūq cōpleueris legere lib:ū istū: ligabis ad eū lapidē et p̄icies illū in + medium eufratem: et dices. Sic submergetur babylon: et nō consurget a facie afflictionis quā ego adduco super eam: et dissoluetur. Hucusq verba hieremie.

Ms + prophetes — *al. + medio*

¶ Ca. Sū. ¶ Capit hierusalē a chaldeis apprehēditur: et excoulatur sedechias: nabuçardan incendit ciuitatem: et templū spoliat: rex ioachī educitur de carcere super babylonem: et constituuntur ei cibaria a rege babylonis. Cap. lij.

A

4. Reg. 24. d.

Filius viginti et vnius anni erat sedechias cū regnare cepisset: et duodecim annis regnauit in hierusalē. Et nomē matris eius amithal filia hieremie de lobna. Et fecit malū in oculis dñi iuxta omnia que fecerat ioachim qm̄ furor dñi erat in hierlm et in iuda vsq quo p̄iceret eos a facie sua. Et recessit sedechias a rege babylonis. Factū est aūt in anno nono regni eius in mēse decimo: decima die mēsis venit nabuchodonosor rex babylonis ipse et omnis exercitus eius aduersus hierlm: et obsederūt ea et edificauerūt ꝯ eā munitiones in circuitu: et fuit ciuitas obsessa vsq ad vndecimū annū regni sedechie. Mense

2. Paral. 36. d. — *sup. 39. a.* — *4. re. 25. a*

B aūt quarto nona die mēsis obtinuit fames ciuitatē: et nō erāt alimenta pplo terre. Et dirupta ē ciuitas et oēs viri bellatores eius fugerūt: exierūtq de ciuitate nocte p viā porte que est inter duos muros et ducit ad hortū regis: chaldeis obsidētibus vrbē in gyro et abierūt p viā que ducit in eremū. Persecutus est aūt chaldeoꝝ exercitus regē: et apprehēderūt sedechiam in deserto qđ est iuxta hiericho: et omnis comitatus eius diffugit ab eo. Cūq cōprehēdissent regē: adduxerūt eū ad regē babylonis in reblata q̄ est in terra emath: et locutus est ad eū iudicia. Et iugulauit rex babylonis filios sedechie in oculis eius: sed et oēs p̄ncipes iuda occidit in reblata. Et oculos sedechie eruit

C et vinxit eū cōpedibus: et adduxit eū rex babylonis in babylonē: et posuit eum in domo carceris vsq ad diem mortis sue. In mēse aūt quinto decima + mēsis ipse est annus nonusdecimus nabuchodonosor regis babylonis: venit nabuçardan p̄nceps militie q stabat coram rege babylonis in hierlm: et incēdit domū dñi et domū regis et oēs domus hierlm: et oēm domū magnā igne cōbussit: et totū murū hierlm p circuitū destruxit cūctus exercitus chaldeorū q erat cū magro militie. De paupibus

al. + die vi. 44. c. 76. dis. c. ieiuniū. ij.

D aūt populi et de reliquo vulgo qđ remāserat in ciuitate: et de pfugis q trāsfugerant ad regē babylonis: et ceteros de multitudine trāstulit nabuçardā p̄nceps militie. De pauperibus vo terre reliqt nabuçardan p̄nceps militie vinitores et agricolas. Columnas quoq ereas q̄ erāt in domo dñi et bases et mare eneū qđ erat in domo dñi ꝯfregerūt chaldei: et tulerūt omne es eoꝝ in babylonē. Et lebetes et creagras et psalteria et phialas et mortariola et omnia vasa erea que in ministerio fuerāt tulerunt et

hydrias et thymiamateria et urceos et pel-
ues et candelabra: et mortaria et cyathos.
E Quotquot aurea aurea: et quotquot argē-
tea argētea. Tulit magister militie colu-
mnas duas et mare vnū et vitulos duodeci
ereos q erāt sub basib⁹: quas fecerat rex sa
lomon in domo dn̄i. Nō erat pōdus eris
omniū hoꝝ vasoꝝ. De colūnis aūt decē et
octo cubiti altitudis erāt in columna vna:
et funiculus duodeci cubitoꝝ circuibat
eā. Porro grossitudo eius quattuor di-
gitoꝝ et intrinsecus caua erat: et capitella
sup ꝑ vtraqꝫ erea. Altitudo capitelli vni⁹ (al. ꝑ vtrā)
quinqꝫ cubitoꝝ et retiacula et malogranata
F sup coronam in circuitu: oīa enea. Et fue
runt malogranata nonagintasex depēdē-
tia: et oīa malogranata centum retiaculis
circūdabant. Et tulit magister militie sa-
raiam sacerdotē primū et sophoniā sacer-
dotē secūdū: et tres custodes vestibuli. Et
de ciuitate tulit eunuchū vnū q erat ꝓpo
situs sup viros bellatores: et septē viros de
his q videbāt faciē regis q inuēti sunt in
ciuitate: et scribā principē militū q ꝓba-
bat tyrones: et sexaginta viros de populo
terre: q inuēti sunt in medio ciuitatis.
Tulit aūt eos nabuzardan magr̄ militie:
et duxit eos ad regē babylonis in reblata.
Et ꝑcussit eos rex babylonis: et interfecit eos
in reblata in terra emath. Et trāslatus est
G iuda de terra sua. Iste est ꝑplus quē trāstu-
lit nabuchodonosor in āno septio iudeos
tria milia et vigintitres. In āno octauode
cimo nabuchodonosor trāstulit de hierl'm
aias octingētas trigintaduas. In āno vi-
cesimo tertio nabuchodonosor: transtulit
nabuzardā magr̄ militie aīas iudeoꝝ se-
ptingētas qdragintaqnqꝫ. Oēs ergo aie
quattuor millia sexcēte. Et factū est in trice-
simo septio āno trāsmigrationis ioachin
regis iuda duodecimo mēse vicesimaqnta
mēsis: eleuauit euilmerodach rex baby
lonis ipo āno regni sui caput ioachin re
gis iude: et eduxit eū de domo carceris: et
locut⁹ ē cū eo bona. Et posuit thronū ei⁹ su-
per thronos regū q erāt post se i babylōe:
et mutauit vestimēta carceris ei⁹: et cōede-
bat panē corā eo sp cūctis dieb⁹ vite sue.
Et cibaria ei⁹ cibaria ꝑpetua dabāt ei a re-
ge babylonis statuta ꝑsingulos dies vsqꝫ
ad diē mortis sue cūctis dieb⁹ vite eius.

¶ Explicit liber hieremie ꝓphete.

¶ Incipiunt Treni: idest lamētationes
hieremie: q cynoth hebraice inscribunt.

Et factum est postqꝫ in captiui-
tatem redactus est
israel: et hierusalem
deserta est: sedit hie-
remias ꝓpheta flens
et planxit lamenta-
tione hac in hieru-
salē: et amaro aīo suspirās et eiulās dixit.

Capitulum. I.

Aleph. Quomodo sedet sola
ciuitas plena populo? Fa
cta est quasi vidua domi-
na gentium: princeps ꝓ-
uinciarū facta est sub tri-
buto. Beth. Plorans
plorauit i nocte: et lachry
me ei⁹ in maxillis ei⁹. Nō est q cōsolet eā:
ex oibus charis ei⁹. Oēs amici ei⁹ spreue
runt eā: et facti sunt ei inimici. Gimel.
Migrauit iudas ꝓp afflictionē et multi-
tudinē seruitutis: habitauit inter gētes nec
inuenit requiē. Oēs ꝑsecutores ei⁹ apphēde
rūt eā: inter angustias. Daleth. Uie syon
lugēt: eo q nō sint q veniāt ad solēnitatē.
Oēs porte ei⁹ destructe: sacerdotes ei⁹ ge-
mētes. Uirgines ei⁹ squalide: et ipsa oppssa
amaritudie. He. Facti sūt hostes ei⁹ i ca
pite: inimici ei⁹ locupletati sūt: qr dn̄s lo
cut⁹ ē sup eā ꝓp multitudinē iniqtatū ei⁹.
Paruuli ei⁹ ducti sūt in captiuitatē: ante fa
ciē tribulātis. Uau. Et egressus ē a filia
syō: oīs decor ei⁹. Facti sūt ꝓncipes ei⁹ velut
arietes nō inuenietes pascua: et abierūt abs
qꝫ fortitudie ante faciē subseqntis. ꝑ Zai.

A vi. i. c. fi. 2. q. i. c. asi peccaue-rit de imm-ni. ec. ca. non mi-nus dic. 13. q.

B

C al. ꝑ zain

✝ Recordata est hierusalē dierū afflictionis sue: ꝛ puaricationis omniū desiderabiliū suoꝝ que habuerat a diebus antiqs: cū caderet ppl'o eius in manu hostili: ꝛ nō esset auxiliator. Uiderūt eā hostes: ꝛ deriserunt sabbata eius. Heth. Peccatū peccauit hierusalē ꝓpterea instabilis facta est. Omnes q glorificabāt eā spreuerūt illā: q: viderūt ignominiā eius. Ipsa aūt gemens: ꝛ conuersa est retrorsū. Teth. Sordes ei' in pedibus: nec recordata est finis sui. Deposita est vehemēter: nō habēs ꝯsolatorē. Uide dn̄e afflictionē meā: quoniā erectus est inimicus. Ioth. Manū suā misit hostis ad omnia desiderabilia ei': q: vidit gētes ingressas sanctuariū suū: de qbus pceperas ne intrarēt in ecclesiā tuā. Caph. Omnis populus eius gemens: ꝛ querēs panē. Dederūt preciosa queqꝫ ꝓ cibo: ad refocillādū animā. Uide domine ꝛ cōsidera: qm̄ facta sū vilis. ✝ Lamech. O vos omnes qui trāsitis per viam: attēdite ꝛ videte si est dolor sicut dolor me'. Qm̄ vindemiauit me vt locutus est dn̄s: in die furoris sui. Mem. De excelso misit ignem in ossib' meis: ꝛ erudiuit me. Expādit rhete pedib' meis: conuertit me retrorsū. Posuit me desolatam tota die merore ꝯfectā. Nun. Uigilauit iugum iniqtatū mearū in manu eius: cōuolute sunt ꝛ imposite collo meo. Infirmata est virt' mea dedit me dn̄s in manu de qua non potero surgere. Samech. Abstulit oēs magnificos meos dn̄s de medio mei: vocauit aduersū me tēpus vt contereret electos meos. Torcular calcauit dn̄s virgini filie iuda. Ayn. Idcirco ego plorans ꝛ oculus me' deducēs aquas: q: lōge fact' est a me ꝯsolator ꝯuertēs animā meā. Facti sunt filij mei perditi: qm̄ inualuit inimicus. Phe. Expādit syon manus suas. Nō est qui cōsolet eā. Mādauit dn̄s aduersum Iacob in circuitu ei' hostes eius. Facta est hierusalē quasi polluta menstruis inter eos. Sade. Iust' est dn̄s: q: os eius ad iracūdiam ꝓuocaui. Audite obsecro vniuersi populi: ꝛ videte dolorem meum. Uirgines mee ꝛ iuuenes mei abierūt in captiuitatē. Coph. Uocaui amicos meos: ꝛ ipsi deceperunt me. Sacerdotes mei ꝛ senes mei in vrbe consumpti sunt: q: quesierūt cibum sibi vt refocillarēt animas suas. Res. Uide domine qm̄ tribulor: ꝯturbatus est venter me'. Subuersū est cor meū in memetipso: qm̄ amaritudine plena sum. Foris interficit gladi': ꝛ domi mors similis ē. Syn. Audierūt q: ingemisco ego: ꝛ nō est qui consolet me. Omnes inimici mei audierunt malū meum: letati sunt quoniam tu fecisti. Adduxisti diem cōsolationis: ꝛ fiant similes mei. Thau. Ingrediatur omne malū eorum coram te: ꝛ devindemia eos sicut vindemiasti me propter ✝ iniquitates meas. Multi enim gemitus mei ꝛ cor meum merens.

Aleph Cap. II.

Quomodo obtexit caligine in furore suo dominus filiā syon: proiecit de celo in terrā inclytā israel: ꝛ nō est recordatus scabellum pedū suoꝝ in die furoris sui. Beth. Precipitauit domin' nec pepercit omnia speciosa Iacob: destruxit in furore suo munitiones virginis iuda: ꝛ deiecit ✝ in terrā. Polluit regnū: ꝛ principes ei'. Gymel. Cōfregit in ira furoris sui oē cornu israel: auertit retrorsū dexterā suā a facie inimici: ꝛ succendit in Iacob quasi ignē flāme deuorātis in gyro. Deleth. Tetēdit arcū suum quasi inimicus: firmauit dexterā suam quasi hostis: ꝛ occidit omne quod pulchrum erat visu in tabernaculo filie syon: effudit q̄si ignē indignationem suā. He. Factus est dominus velut inimicus: ꝓcipitauit israel. Precipitauit omnia menia eius: dissipauit munitiōes eius: ꝛ repleuit in filia iuda humiliatum ꝛ humiliatā. Uau. Et dissipauit quasi hortū tentorium suū: demolitus est tabernaculum suum. Obliuioni tradidit dominus in syon festiuitatem ꝛ sabbatum: ꝛ in ✝ opprobriū ꝛ in indignationem furoris sui reges ꝛ sacerdotes. Zai. Repulit domin' altare suū: maledixit sanctificationi sue: tradidit in manu inimici muros turriū eius. Uocem dederunt in domo dn̄i sicut in die solēni. Heth. Cogitauit dn̄s dissipare murum filie syon: tetendit funiculum suū: ꝛ nō auertit manum suam a perditione. Luxitqꝫ antemurale: ꝛ mur' pariter dissipatus est. Teth. Defixe sunt in terra porte eius: perdidit ꝛ cōtriuit vectes eius regem eius ꝛ principes ei' in gentib'. Non

Marginal notes: al's ✝ Et recordata | D | al's ✝ La. mea | E | F | Ble. 14. c. | G | al'. ✝ vindemia | al'. ✝ oēs | A | al'. ✝ de celo terrā | B | al's ✝ opprobrio | al'. ✝ indignatiōe | C | al's ✝ reges

est lex: et ppbete eius nõ inuenerũt visio-
nẽ a dño. Joth. Sederũt in terra: cõti-
cuerũt senes filie sion: cõsperserunt cinere
capita sua: + accincti sunt ciliciis. Abiece-
rũt in terra capita sua virgines + hierls.
Caph. Defecerũt p lachrymis oculi mei:
cõturbati sũt viscera mea. Effusũ ẽ in ter
ra iecur meũ sup cõtritionẽ filie ppli mei:
cũ deficeret puulus et lactẽs in plateis op
pidi. + Lamed. Matrib⁹ suis dixerũt
vbi est triticum et vinum cum deficerent
quasi vulnerati: in plateis ciuitatis: cum
exalarẽt aias suas in sinu matrũ suarum.
Mem. Cui cõparabo te: vl cui assimilabo
te filia hierlm? Cui exequabo te: et consola
bor te virgo filia sion? Magna est. n. velut
mare cõtritio tua: qs medebit tui? Nun.
Prophete tui viderunt tibi falsa et stulta:
nec apiebãt iniqtatẽ tuã vt te ad pniam p
uocarent. Viderũt aũt tibi assumptiones
falsas et eiectiões. Samech. Plauserũt
sup te manibus oẽs transeuntes per viã:
sibilauerunt et mouerunt capita sua sup fi
liam hierusalem: hccine est vrbs dicẽtes
perfecti decoris gaudium vniuerse terre.
Phe. Aperuerunt super te os suũ oẽs ini
mici tui: sibilauerũt et fremuerũt dẽtib⁹
suis: et dixerũt: deuorabim⁹. En ista ẽ dies
quã expectabamus: inuenimus vidim⁹.
Ayn. Fecit dñs que cogitauit: cõpleuit
sermonẽ suũ quẽ preceperat a dieb⁹ anti-
quis. Destruxit et non pepercit: et letificauit
sup te inimicũ: et exaltauit cornu hostium
tuoꝝ. Sade. Clamauit cor eoꝝ ad dñz:
sup muros filie sion. Deduc quasi torren-
tem lachrymas per diem et noctẽ: nõ des
requiẽ tibi: neqꝫ taceat pupilla oculi tui.
Coph. Cõsurge lauda in nocte in prin-
cipio vigiliaꝝ: effunde sicut aquã cor tuum
ãn cõspectũ dñi. Leua ad eũ manus tuas p
+ aia paruulorũ tuorũ q fame + pereunt
in capite omniũ cõpeditorũ? Res. Vi-
de domine et cõsidera quẽ vindemiaueris
ita. Ergo ne comedẽt mulieres fructum
suũ: paruulos ad mẽsurã palme. Si occi-
ditur in sanctuario dñi sacerdos et pphe-
ta. Syn. Jacuerũt i terra foris puer et se
nex: virgĩes mee et iuuenes mei ceciderũt
in gladio. + Interfecisti i die furoris tui:
pcussisti nec + misert⁹ ẽ. Thau. Vocasti
quasi ad diẽ solẽnẽ: qui terrerẽt me de cir
cuitu: et nõ fuit in die furoris dñi qui ef-
fugeret: et relinqueretur. Quos educaui et
nutriui: inimicus meus cõsumpsit eos.

Aleph. Cap. iii.

Ego vir vidẽs paupratẽ meã: in vir-
ga indignatiõis eius. Aleph. Me
minauit et adduxit in tenebris et nõ in lu
cẽ. Aleph. Tñ in me vertit: et conuertit
manũ suã tota die. Beth. Vetustã fecit
pellem meã et carnem meã: contriuit ossa
mea. Beth. Edificauit in gyro meo: et
circundedit me felle et labore. Beth. In
tenebrosis collocauit me: quasi mortuos
sempiternos. Gymel. Circumedificauit
aduersum me vt non egrediar: aggraua-
uit compedem meum. Gymel. Sz et cũ
+ clamauero et cũ rogauero: exclusit ora-
tionem meam. Gymel. Conclusit vias
meas lapidibus quadris: semitas meas
subuertit. Deleth. Ursus insidiãs fact⁹
est mihi: leo i abscõdito. Deleth. Semi
tas meas subuertit et cõfregit me: posuit
me desolatã. Deleth. Tetẽdit arcũ suũ: et
et posuit me qsi signũ ad sagittã. He. Mi
sit in renib⁹ meis filias pharetre sue. He.
Factus sum in derisum oi populo meo:
cãticũ eoꝝ tota die. He. Repleuit me +
amaritudinib⁹: inebriauit me absinthio.
Vau. Cõfregit ad numerũ dentes meos;
cibauit me cinere. Vau. Et repulsa ẽ aia
mea: oblit⁹ sũ bonoꝝ. Vau Et dixi. Pe-
riit finis me⁹ et spes mea a dño. + Zai. Re
cordare paupertatis et trãsgressiõis mee: ab
sinthii et fellis. + Zai. Memoria memor
ero: et tabescet i me aia mea. + Zai. Hec re
colẽs in corde meo: + i deo spabo. Heth.
Misericordie dñi q nõ sum⁹ cõsumpti:
q nõ defecerũt miseratiões ei⁹. Heth. +
Noui diluculo: + multa ẽ fides tua. Heth.
Pars mea dñs dixit aia mea: ppterea ex-
pectabo eũ. Teth. Bon⁹ ẽ dñs sperãtib⁹ i
eũ: aie qrẽti illũ. Teth. Bonũ ẽ pstolari
cũ silẽtio salutare dñi. Teth. Bonũ ẽ vi
ro cũ portauerit iugũ ab adolescẽtia sua.
Joth. Sedebit solitarius et tacebit: q le
uauit se sup se. Joth. Ponet i puluere
os suũ: si forte sit spes. Joth. Dabit pcu
tienti se maxillã: saturabitur opprobriis.
Caph. Q non repellet in sempiternum
dominus. Caph. Q + se abiecit et mise
rebitur sm multitudinẽ misericordiaꝝ
suaꝝ. Caph. Nõ.n. humiliauit ex corde
suo: et abiecit filios hominũ. + Lamed.

Al' + virgines hierlm. Al' + accincte. D. Al' + iuda. Al' + Lamed. E. Ezechi.43.c.i. F. leui.26.c. deu.28.b. Al' + aiabus. Al' + defecerunt. G. Al' + in terfecti sunt. Al' + mi sericordie.

A. B. Al' + cla mare et rogare. 23.q.4.c. o thyrus clee.v. Al' + ama ritudie. C. Al' + zain. Al' + zain. Al' + zain. Al' + 66. Al' + Nõne. Al' + magna. D. Al' + q. Al' + Lamed.

Ut ɔtereret sub pedib⁹ suis oēs vinctos terre. Lamech. Ut declinaret iudiciū viri in ɔspectu vult⁹ altissimi.+ Lamech. Ut pverteret hoīez i iudicio suo dñs ignorauit. Mem. Quis ē iste q dixit vt fieret dño nō iubēte? Mem. Ex ore altissimi nō egredienī: nec mala nec bona. Mem. Quid murmurauit hō viuēs: vir ꝓ peccatis suis? Nun. Scrutemur vias nr̄as ⁊ q̄ram⁹ ⁊ reuertamur ad dñz. Nun. Leuem⁹ corda nr̄a cū manib⁹ ad dn̄z in celos. Nun. Nos iniq̄ egim⁹ ⁊ ad iracūdiā puocauimus: idcirco tu inexorabilis es. Samech. Operuisti in furore ⁊ pcussisti+ occidisti nec pepcisti. Samech. Opposuisti nubem tibi: ne traseat oro. Samech. Eradicationē ⁊ abiectionē posuisti me in medio pploꝝ. Phe. Aperuerūt sup nos os suū oēs inimici. Phe. Formido ⁊ laqueus + fcā ē nobis vaticinatio ⁊ ɔtritio. Phe. Diuisiōes aquaꝝ + deduxit ocul⁹ me⁹: in ɔtritiōe filie ppli mei. Ayn. Ocul⁹ me⁹ afflict⁹ ē nec tacuit: eo q nō eēt requies. Ayn. Donec respiceret ⁊ videret de⁹ de celis. Ayn. Ocul⁹ me⁹ depdat⁹ ē aīaz meā in cūctis filiab⁹ vrbis mee. Sade. Uenatiōe ceperūt me q̄si auē inimici mei gratis. Sade. Lapsa ē i lacū vita mea: ⁊ posuerūt lapidē sup me. Sade. Inūdauerūt aq̄ sup caput meū: dixi: perij. Coph. Inuocaui nomen tuū dn̄e: de lacu nouissimo. Coph. Uocem meā audisti: + ne auertas aurē tuā a singultu meo ⁊ clamorib⁹. Coph. Appropinq̄sti in die q̄ iuocaui te: dixisti: ne timeas. Res. Iudicasti dn̄e cāz aīe mee: redēptor vite mee. Res. Uidisti dn̄e iniq̄tatē + illoꝝ aduersū me: iudica iudiciū meū. Res. Uidisti oēz furorē vniuersas cogitatiōes eoꝝ aduersuz me. Syn. Audisti opprobriū eoꝝ dn̄e: oēs cogitatiōes aduersuz me. Syn. Labia isurgētiū mihi ⁊ meditatiões eorū: aduersuz me tota die. Syn. Sessionem eoꝝ ⁊ resurrectionē eorū vide: ego sū psalmus eorum. Thau. Reddes + eis vicē dn̄e: iuxta opa manuū suarum. Thau. Dabis eis scutū cordis laborem tuum. Thau. Persequeris in furore: ⁊ cōteres eos sub celis domine. Aleph. Cap. iiij.

Quomō obscuratū ē aurū: mutatus est color optimus: dispsi sūt lapides sanctuarij in capite oīum plateaꝝ. Beth. Filij sion inclyti ⁊ amicti auro p̄mo: quō reputati sūt i vasa testea: op⁹ manuū figuli. Gimel. Sz ⁊ lamie nudauerūt mamā: lactauerūt catulos suos. Filia ppli mei crudelis: q̄si strutio in deserto. Deleth. Adhesit lingua lactētis ad palatū ei⁹ in siti: Paruuli petierūt panē: ⁊ nō erat q frāgeret eis. He. Qui vescebātur voluptuose i terierūt i vijs q nutriebanī i croceis amplexati sūt stercora. Uau. Et maior effecta ē iniq̄tas filie ppli mei peccato sodomorū que subuersa ē in momēto ⁊ nō ceperūt in ea man⁹. Zai. Cādidiores nazarei ei⁹ niue: nitidiores lacte: rubicundiores ebore antiquo: saphyro pulchriores. Heth. Denigrata ē sup carbones facies eoꝝ: ⁊ nō sūt cogniti in plateis. Adhesit cutis eoꝝ ossib⁹ aruit ⁊ fcā ē q̄si lignū. Theth. Melius fuit occisis gladio q̄z interfectis fame: q̄m isti extabuerūt ɔsūpti a sterilitate t̄re. Ioth. Manus mulierū misericordiū coxerūt filios suos: facti sunt + cib⁹ earū i cōtritiōe filie ppli mei. Caph. Cōpleuit dn̄s furorē suū: effundit irā indignationis sue. Et succēdit ignē in sion: ⁊ deuorauit fundamēta eius. Lamech. Non crediderunt reges terre ⁊ vniuersi hītatores orbis: q̄m ingrederet hostis ⁊ inimic⁹ p portas hierusalē. Mem. Propter pctā pphaꝝ ei⁹ ⁊ iniq̄tates sacerdotū ei⁹ q effuderūt in medio eius sanguinē iustoꝝ. Nun. Errauerūt ceci in plateis: polluti sūt sanguine. Cūq; nō possent + intrare: tenuerūt + lacinias suas. Samech. Recedite polluti clamauerūt eis: recedite: abite nolite tāgere. Iurgati q̄ppe sūt ⁊ cōmoti dixerūt iter gētes nō addet vltra vt habitet in eis. Phe. Facies dn̄i diuisit eos: nō addet vt respiciat eos. Facies sacerdotū nō erubuerūt: neqz senū misti sūt. Ayn. Cū adhuc subsisterem⁹ defecerūt oculi nr̄i ad auxiliū nr̄m vanū: cū respiceremus attēti ad gētē q̄ saluare nos nō poterat. Sade. Lubricauerūt vestigia nr̄a in itinere plateaꝝ nr̄aꝝ: appropinquauit finis nr̄: cōpleti sunt dies nr̄i: qz venit finis nr̄. Coph. Uelociores fuerūt psecutores nr̄i aq̄lis celi: sup mōtes psecuti sunt nos: i deserto insidiati sunt nobis. Res. Spirit⁹ oris nostri xp̄s dn̄s capt⁹ ē in pctis nr̄is: cui diximus in vmbra + tua viuem⁹ in gētib⁹. Syn. Gaude ⁊ letare filia edom: q̄ hītas

Al's+ Lamed. Al's+ Lamed. E. al's+ nos. de pedi s. [illegible]. Al's+ tinctus oēs+ tedauerūt oclī mei. F. al's+ dn̄e. al's+ eoꝝ. G. al's+ ei. A.

B. Iudith 7. c. 4 re. 6. f. al's+ cib⁹. C. al's non hs+ intrare. Al's+ lasciuias. Esa. 52. D. al's+ ei⁹.

in terra hus. Ad te quoq͂ perueniet calix: inebriaberis atq͂ nudaberis. Thau. Cōpleta ē iniquitas tua filia sion: nō addet vltra vt trāsmigret te. Uisitauit iniquitatē tuā filia edom: discooperiet peccāta tua.

ℭ Oratio hieremie. Cap. v.

Recordare dn̄e qd̄ acciderit nobis: intuere ꝛ respice opprobriū nr̄m. Hereditas nr̄a versa ē ad alienos: domus nr̄e ad extraneos. Pupilli facti sumus absq͂ p̄re: matres nostre quasi vidue. Aquā nostrā pecunia bibimus: ligna nostra ꝓcio comparauimus. Ceruicibus nr̄is minabamur: lassis non dabat̄ reqes. Egypto dedimus manū ꝛ assyriis: vt saturaremur pane. Pr̄es nr̄i peccauerūt ꝛ nō sunt: ꝛ nos iniquitates eoꝝ portauim⁹. Serui dn̄ati sūt nostri: nō fuit q redimeret de manu eoꝝ. In aīabus nr̄is afferebam⁹ panē nobis: a facie gladij in deserto. Pellis nr̄a q̄si clibanus exusta ē: a facie tēpestatum famis. Mulieres in sion humiliauerūt: ꝛ virgines in ciuitatibus iuda. Principes manu suspensi sunt: facies senū nō erubuerunt. Adolescētib⁹ impudice abusi sunt: ꝛ pueri in ligno corruerūt. Senes defecerūt de portis: iuuenes de choro psallētiū. Defecit gaudium cordis nr̄i: versus est in luctū chor⁹ noster. Cecidit corona capitis nr̄i: ve nobis qꝛ peccauim⁹. Propterea mestū factū est ꝯ dolore cor nr̄m: iō ꝯtenebrate sunt oculi nr̄i. Propter montē sion qꝛ disperijt: vulpes ambulauerūt in eo. Tu aūt dn̄e in eternū ꝑmanebis: soliū tuū in generationē ꝛ ḡnationē. Quare in ꝑpetuū obliuisceris nr̄i: derelinques nos in lōgitudinē dierū. Cōuerte nos dn̄e ad te ꝛ cōuertemur: innoua dies nr̄os sicut a ꝑncipio. Sed proyciens repulisti nos: iratus es contra nos vehementer.

ℭ Expliciunt treni idest lamentationes hieremie prophete.

ℭ Incipit ꝓfatio in libꝝ Baruch ꝓphete.

Liber iste qui baruch nomine prenotatur in hebreo canone nō habet̄: sed tm̄ in vulgata editione: similiter ꝛ epistola hieremie. Propter noticiam autē legētium hic scripta sunt: qꝛ multa de christo nouissimisq͂ tēporibus indicant.

ℭ Incipit Baruch propheta.

ℭ Ca. Sū. ℭ Scripsit Baruch librū ꝛ legit corā iechonia filio ioachī rege iude: ꝛ iudei e babylōia miserūt pecuniā ꝛ libꝝ iudeis in hierl'm vt orarēt ꝓ ipsis. Cap. i.

Et hec verba libri q̄ scripsit baruch filius nerie filij maasie filij sedecie filij sedei filij helchie in babylonia in anno qnto ꝛ in septio die mēsis: in tp̄e q̄ ceperūt chaldei hierl'm ꝛ succēderūt eā igni. Et legit baruch verba libri hui⁹ ad aures iechonie filij ioachī regis iuda: ꝛ ad aures vniuersi populi venientis ad librum: ꝛ ad aures potentium filiorum regum: ꝛ ad aures presbyterorum ꝛ ad aures populi a minimo vsq͂ ad maximum eorum omnium habitantium in babylonia ad flumen sodi. Qui audientes plorabant: ꝛ ieiunabant: ꝛ orabāt in conspectu domini. Et collegerunt pecuniam ꝯ sm̄ q̄ potuit vniuscuiusq͂ manus. Et miserūt in hierusalem ad ioachim filium helchie filij salon sacerdotem ꝛ ad reliquos sacerdotes ꝛ ad omnem populum qui inuenti sunt cum eo hierusalem: cum acciperent vasa templi dn̄i que ablata fuerāt de templo reuocare in terrā iuda decima die mensis siban: vasa argentea que fecit sedechias fili⁹ iosie rex iuda postea quam cepisset nabuchodonosor rex babylonis iechoniā ꝛ principes ꝛ cunctos potentes ꝛ populum terre ab hierusalem ꝛ duxit eos victos in babylonē. Et dixerūt. Ecce misimus ad vos pecunias: de qbus emite holocaustomata ꝛ thus ꝛ facite mānā: ꝛ offerte ꝓ peccō ad aram domini dei nostri. Et orate pro vita nabuchodonosor regis babylonis: ꝛ ꝓ vita balthasar filij eius: vt sint dies eorū sicut dies celi super terram: ꝛ vt det dn̄s virtutē nobis: ꝛ illuminet oculos nr̄os: vt viuamus sub vmbra nabuchodonosor regis babylonis: ꝛ sub vmbra balthasar filij eius: ꝛ seruiamus eis multis dieb⁹ ꝛ inueniamus grām in ꝯspectu eoꝝ. Et ꝓ nobis ipsis orate ad dn̄m deū nr̄m: qꝛ peccauimus dn̄o deo nr̄o: ꝛ nō est auersus furor ei⁹ a nobis vsq͂ in hūc diē. Et legite libꝝ istū quē misimus ad vos recitari in templo dn̄i in die solēni: ꝛ in die opportuno. Et dicetis. Domino deo nostro iustitia:

nobis aũt confusio faciei nr̃e sicut ẽ dies hec oĩ iuda ⁊ habitãtibus in hierusalem regibus nr̃is ⁊ principibus nr̃is ⁊ sacerdotib⁹ nr̃is ⁊ pphetis nr̃is ⁊ patrib⁹ nr̃is. Peccauimus ante dñm deũ nr̃m: ⁊ nõ credidimus diffidẽtes in eũ: ⁊ nõ fuim⁹ subiectibiles illi: ⁊ nõ ✠ audiuim⁹ vocẽ dñi dei nr̃i vt ambularemus in mãdatis ei⁹ q̃ dedit nobis. A die qua eduxit patres nr̃os de terra egypti vsq₃ ad diẽ hãc eram⁹ incredibiles ad dñm deũ nr̃m: ⁊ dissipati recessimus ne audiremus vocẽ ipsi⁹. Et adheserũt nobis multa mala ⁊ maledictiones q̃ cõstituit dñs moysi suo suo: q eduxit patres nr̃os de terra egypti dare nobis terrã fluentẽ lac ⁊ mel sicut hodierna die. Et nõ audiuim⁹ vocẽ dñi dei nr̃i ſm oĩa v̀ba pphetarũ quos misit ad nos ⁊ ad iudices nr̃os: ⁊ abiuimus vnusqsq₃ in sensu₃ cordis nr̃i maligni: operarĩ diis alienis faciẽtes mala aũ oculos domini dei nostri.

¶ Ca. Sm̃. ¶ Judei pp peccata facti sũt subter ⁊ non supra: vox penitentium peccauimus ⁊ inique egimus. Q₃ nõ mortua s₃ aia esuriẽs dat gloriam deo: promittit dominus alterum testamentum eternum scilicet nouum. Cap. ij.

Propter qđ statuit dñs de⁹ nr̃ verbũ suũ qđ locut⁹ ẽ ad nos ⁊ ad iudices nr̃os q iudicauerũt in ✠ hierusalẽ: ⁊ ad reges nr̃os ⁊ ad principes nostros ⁊ ad oẽ₃ isrl̃ ⁊ iudã vt adduceret dñs sup nos mala magna q̃ nõ sunt facta sub celo: queadmodũ facta sunt in hierusalem secũdũ q̃ scripta sunt in lege moysi vt mãducaret hõ carnes filij sui ⁊ carnes filie sue. Et ddit eos sub manu regũ oĩum q sunt in circuitu nr̃o ⁊ in improperium ⁊ in desolationem ⁊ in oĩbus populis in qbus nos dispersit dñs. Et facti sumus subtus ⁊ nõ supra: q₂ peccauimus dño deo nr̃o nõ obaudiendo voci ipsius. Domino deo nostro iustitia: nobis autẽ₃ ⁊ patribus nostris confusio faciei: sicut est dies hec. Q₂ locut⁹ est dñs super nos omnia mala hec que venerunt super nos: ⁊ nõ sumus deprecati faciem domini dei nostri: vt reuerteremur vnusquisq₃ nostrũ a vijs nr̃is pessimis. Et vigilauit dominus ĩ malis ⁊ adduxit ea super nos: q₂ iustus est dominus in oĩbus operibus suis que mandauit nobis: ⁊ nõ audiuimus vocẽ₃ ipsius vt iremus in preceptis domini que dedit ante facie₃ nr̃am. Et nunc dñe deus israel qui eduxisti populu₃ tuũ de terra egypti in manu valida: ⁊ in signis ⁊ in prodigijs ⁊ in virtute tua magna ⁊ in brachio excelso ⁊ fecisti tibi nomen sicut est dies iste: peccauimus: impie egimus: inique gessim⁹ dñe deus nr̃ in oĩbus iustitijs tuis. Auertat ira tua a nobis: q₂ derelicti sumus pauci inter gẽtes vbi dispersisti nos. Exaudi dñe preces nostras ⁊ oratiões nostras: ⁊ educ nos pp̃ter te: ⁊ da nobis inuenire gratiã ante faciem eorum qui nos abduxerũt: vt sciat omnis terra q₂ tu es dominus deus noster: ⁊ q₂ nomen tuum inuocatu₃ est super israel: ⁊ super genus ipsius. Respice dñe de domo sancta tua in nos ⁊ inclina aurẽ tuã ⁊ exaudi nos. Aperi oculos tuos ⁊ vide q₂ nõ mortui qui sunt in inferno quorũ spiritus acceptus est a visceribus suis dabũt honorẽ ⁊ iustificationẽ dño: s₃ aia que tristis est sup magnitudinẽ mali: ⁊ incedit curua ⁊ ✠ infirma: ⁊ oculi deficientes ⁊ aia esuriens dat tibi gloriã ⁊ iustitiam domine: q₂ non ſm iustitias patrũ nostrorũ nos fundimus preces ⁊ petimus misericordiã ante conspectũ tuũ domine deus nr̃: sed q₂ misisti iram tuã ⁊ furorem tuũ super nos: sicut locutus es in manu pueror₂ tuorũ pphetar₂ dicẽs. Sic dicit dñs. Inclinate humer₂ vřm ⁊ ceruice₃ vestrã: ⁊ opera facite regi babylõis: ⁊ sedebitis in terra quã dedi patrib⁹ vestris. Q₂ si nõ feceritis nec audieritis vocẽ domini dei vestri operari regi babylonie: defectionẽ vestrã faciã de ciuitatibus iuda: ⁊ a foris hierusalem: ⁊ auferã a vobis vocẽ iocunditatis ⁊ vocẽ gaudij ⁊ vocẽ sponsi ⁊ voce₃ sponse: ⁊ erit oĩs terra sine vestigio ab inhabitantibus eã. Et non audierunt vocem tuã vt operarentur regi babylonis: ⁊ statuisti verba tua que locutus est in manibus puerorũ tuorũ pphetaru₃ vt trãsferrentur ossa regũ nostrorũ: ⁊ ossa patrũ nostrorũ de loco suo. Et ecce proiecta sunt in calore solis ⁊ in gelu noctis: ⁊ mortui sunt in doloribus pessimis: in fame ⁊ in gladio ⁊ in emissiõe. Et posuisti templu₃ in quo inuocatũ est nomẽ tuũ in ipso sicut hec dies pp iniqtatẽ domus israel ⁊ dom⁹ iuda. Et fecisti in nobis dñe deus noster ſm omnẽ bonitatem tuã ⁊ ſm omnẽ mi

Marginal notes: ✠ Nõ obaudiuimus — D — A — ✠ oẽs israel — B — sup. 1. a. — C — Dan. 9. b. — D — deu. 26. b — Esa. 63. b — ✠ mesta ⁊ infirmis — E — F

sermonē tuū illaꝫ magnū: sicut locutus es in manu pueri tui moysi i die qua p̄cepisti ei scribere legē tuam corā filijs isrl' dicēs. Si non audieritis vocem meam: multitudo hec magna cōuertetur in minimā gētē q̄m ego eos dispergam: q2 scio q2 me nō audiet ppl's. Ppl's est.n. dura ceruice. Et cōuertet ad cor suum in terra captiuitatis sue: et sciēt q2 ego sum dn̄s deus eorū: et dabo eis cor et intelligēt: et aures et audiēt: et laudabūt me in terra captiuitatis sue: et memores erūt nois mei. Et auertēt se a dorso suo duro: et a malignitatib⁹ suis q2 reminiscētur viā patrū suoꝝ q pctauerūt in me. Et reuocabo illos in terraꝫ q̄ꝫ iuraui p̄rib⁹ eoꝝ habraā isaac et iacob: et dominabūtur eis. Et multiplicabo eos et nō minorabunt. Et statuā illis testm̄ alterū sempiternū: vt sim illis in deuꝫ et ipsi erūt mihi i ppl'm. Et nō mouebo āpli⁹ ppl'm meū filios isrl' a terra quā dedi eis.

¶ Ca. Sū. ¶ Clamor aie et spiritus i angustijs positi: audire debemus mādata vite vt sciamus prudētiā: et discere debemus vbi sit sapiētia: gigantes statura magnos et scientes bellum nō elegit dominus. Dominus adinuenit omnem viam disciplinę: de christo incarnato. Cap. iij.

Et nunc domine oipotens deus isrl' aia in angustijs et spiritus anxi⁹ clamat ad te. Audi dn̄e et miserere q2 de⁹ es misericors: et miserere nostri q2 peccauimus añ te. Q2 tu sedes in sempiternum: et nos peribimus in euū. Domine omnipotēs deus isrl' audi nūc oronē mortuorum israel: et filioꝝ ipsorū qui peccauerūt añ te: et nō audierūt vocē dn̄i dei sui: et agglutinata sunt nobis mala. Noli meminisse iniqtatis patrū nostrorum: sed memento manus tue et nominis tui in tēpore isto: q2 tu es dn̄s deus nr̄: et laudabimus te dn̄e: q2 ꝓpter hoc dedisti timoreꝫ tuū in cordib⁹ nr̄is: et vt inuocem⁹ nomē tuū et laudem⁹ te i captiuitate nr̄a: q2 cōuertimur ab iniqtate patrū nostroruꝫ q peccauerūt ante te. Et ecce nos in captiuitate nr̄a sumus hodie quo nos dispsisti: in improperiuꝫ et in maledictū et in peccm̄ sꝫ oēs iniqtates patꝝ nostroꝝ q discesserunt a te dn̄e deus nr̄. Audi israel mandata vite: auribus pcipe vt scias prudētiā. Quid ē isrl' q in terra inimicoꝝ es? Inueterasti in terra aliena: coinqnat⁹ es cū mortuis. Deputatus es cū descēdentib⁹ in ifernū: dereliqsti fonteꝫ sapie. Nā si in via dei ambulasses: hitasses vtiq2 i pace + sup terrā. Disce vbi sit prudētia: vbi sit virt⁹: vbi sit intellectus: vt scias simul vbi sit lōgiturnitas vite et vict⁹: vbi sit lumen oculoꝝ et pax. Quis inuenit locū eius? Et qs intrauit in thesauros eius? Ubi sūt pncipes gētiū: et q dominant sup bestias q sūt super terrā? Qui in auib⁹ celi ludūt: q argētuꝫ thesaurizant et aurū in quo cōfidūt hoies: et nō ē finis acqsitiōis eoꝝ? Qui argētū fabricāt et solliciti sūt nec ē inuētio operū illoꝝ? Exterminati sūt et ad inferos descēderūt: et alij loco eoꝝ exurrexerūt. Iuuenes viderūt lumē: et habitauerūt sup terraꝫ. Uiā āt discipline ignorauerūt: neq2 itellexerūt semitas ei⁹ neq2 filij eoꝝ susceperūt eā. A facie ipsoꝝ lōge fcā ē. Nō ē audita i + terra chanaā: neq2 visa ē in themā. Filij q̄ꝫ agar q + exqsierūt prudētiā q̄ de terra est: negociatores terre et themā: et + fabulatores et exqsitores prudētie et itelligētie: viaꝫ aūt sapie nescierūt: neq2 cōmemorati sūt semitas ei⁹. O isrl' q̄ꝫ magna ē dom⁹ dei: et ingēs locus possessiōis ei⁹. Magn⁹ est et nō hꝫ finē: excelsus et imēsus. Ibi fuerūt gigātes nolati: illi q ab initio fuerūt statura magna + sciētes bellum. Nō hos elegit dn̄s: neq2 viā discipl' inuenerūt: ꝓpterea perierūt. Et q̄m nō habuerūt sapiaꝫ interierūt ꝓp suā isipiētiā. Quis ascēdit i celū et accepit eā: et eduxit eā de nubib⁹. Quis trāsfretauit mare et iuenit illā: et attulit illā sup aurū electū. Nō ē q possit scire vias eius: neq2 q exqrat semitas eius. Sꝫ q scit vniuersa nouit eā: et adinuenit eā prudētia sua. Qui pparauit terrā i eterno tpe: et repleuit eā + bipedib⁹ et quadrupedibus. Qui emittit lumē et vadit: et vocauit illō: et + obedit illi i tremore. Stelle aūt dederūt lumē in custodijs suis: et letate sūt. Uocate sūt: et dixerūt. Adsum⁹. Et luxerūt ei cū iocūditate q fecit illas. Hic ē deus nr̄ et nō estimabit ali⁹ + aduersum eū. Hic adinuenit oēm viā discipline et tradidit illaꝫ iacob puero suo: et isrl' dilecto suo. Post hec i terris visus ē et cū hoib⁹ cōuersatus ē.

¶ Ca. Sū. ¶ De lege eterna et tenētib⁹ eā et spernētib⁹ eā: vox ecclesie tribulātis: consolatio et cōsolatio hierl'm. i. ecclesie in tri

Margin notes: al' + sitm pterna · al's non hꝫ + ītrā · Dis + exqrunt. · Dis + confabulatores · Al's + scientes · al's + pecudibus · als + obaudit. · als + aduersus · Dis. 76. c. non aūt 12. q. j. c. exēplum de cō se. di. 5. c. ieiunium.

bulationibus constitute. Cap.iiij.

A Hic liber mādatoꝝ dei: ⁊ lex q̄ ē ineter nū. Oēs q tenēt eā: puenient ad vitā: q aūt dereliquerūt eā in mortē. Couertere iacob ⁊ apphēde eā: ābula p viā ad splēdorē ei⁹ ꝯ lumē ei⁹. Ne tradas alteri gl'iā tuā: ⁊ dignitatē tuā gēti aliene. Beati sumus isrl': q̄ q̄ deo placēt manifesta sūt nobis. Aniequior esto pp̄l's dei memorabilis israel. Uenūdati estis gētib⁹: nō in pditionē: sʒ pp̄ qd̄ in ira dei ad iracūdiā puocastis deum: traditiq; estis aduersarijs. B Exacerbastis. n. eū q fecit vos deū eternū: immolantes demōijs ⁊ nō deo. Obliti enim estis eū q nutriuit vos: ⁊ cōtristastis nutricē vestrā hierl'm. Uidit enim iracūdiā a deo venientē vobis: ⁊ dixit. Audite cōfines syon. Adduxit. n. mihi deus luctū magnū. Uidi. n. captiuitatē ppl'i mei filioꝝ meoꝝ: ⁊ C filiaꝝ quā supduxit illis etern⁹. Nutriui enim illos cū iocūditate: dimisi āt illos cū fletu ⁊ luctu. Nemo gaudeat super me viduā ⁊ desolatā: a multis derelicta sum propter peccata filioꝝ meoꝝ: q̄ declinauerūt a lege dei. Justitias āt ipi⁹ nescierūt: nec ambulauerūt p vias mādatoꝝ dei: neq; p semitas veritatis ei⁹ cū iustitia igressi sūt. Ueniāt ꝯfines syon: ⁊ memorent captiuitatē filioꝝ ⁊ filiaꝝ meaꝝ: quā supduxit illis etern⁹. Adduxit. n. sup illos gētē de longinquo: gētē improbā ⁊ alterius lingue: q nō sunt reuerti senē: neq; pueroꝝ miserti sūt. Et adduxerūt dilectos vidue: ⁊ a D filijs vnicā desolauerūt. Ego aūt qd̄ possum adiuuare vos? Qui. n. adduxit sup vos mala: ipse vos eripiet de manib⁹ inimicorum vestroꝝ. Ambulate filij ābulate: ego. n. derelicta sum sola. Exui me stola pacis: idui aūt me sacco obsecratiōis: ⁊ clamabo ad altissimū i dieb⁹ meis. Animequiores estote filij: clamate ad dn̄m: ⁊ eripiet vos de manu pncipū inimicoꝝ. Ego. n. spaui ieternum salutē vr̄am: ⁊ venit mihi gaudiū a scō sup misericordia: q̄ veniet vobis ab eterno E salutari nr̄o. Emisi. n. vos cū luctu ⁊ ploratu: reducet aūt vos mihi dn̄s cū gaudio ⁊ iocūditate i sempiternū. Sicut. n. viderūt vicine syon captiuitatē vr̄am a deo: sic videbūt ⁊ in celeritate salutē vestrā in deo q̄ supueniet vobis cū honore magno ⁊ splēdore eterno. Filij patiēter sustinete irā q̄ supueniet vobis. Persecut⁹ ē. n. te inimicus tu⁹: sʒ cito videbis pditionē ipi⁹: ⁊ sup ✝ ceruices ipi⁹ ascēdes. Delicati mei ābulauerūt vias aspas: ducti sūt. n. vt grex direpti⁹ ab inimicis. Animequiores estote filij: ⁊ pclamate ad dn̄m. Erit. n. memoria vestra ab eo q duxit vos. Sicut. n. fuit sensus F vester vt erraretis a deo decies tm̄ iterū cōuertētes requiretis eū. Qui enim induxit vobis mala: ipse rursum adducet vobis sempiternā iocunditatē cū salute vr̄a. Animequior esto hierusalē. Exhortatur enim te q G te nominauit. Nocētes peribunt q te vexauerūt: ⁊ q gratulati sunt in tui ruina punient. Ciuitates qbus seruierūt filij tui punientur: ⁊ que accepit filios tuos. Sicut. n. gauisa est in tua ruina: ⁊ letata ē in casu tuo: sic cōtristabit in sua desolatione. Et amputabit exultatio multitudinis ei⁹: ⁊ gaudimoniū ei⁹ erit i luctū. Ignis. n. superueniet ei ab eterno i lōgiturnis dieb⁹: ⁊ hītabit a demōijs in ✝ multitudine tp̄is.

¶ Ca. v. ¶ De christo dn̄o qui est iocūditas veniēs a deo missus: de christo dn̄o ⁊ ecclesia. Cap. v.

A Circūspice hierl'm ad orientē: ⁊ vide iocūditatē a deo tibi venientē. Ecce enim veniūt filij tui quos dimisisti dispsos: veniunt collecti ab oriēte vsq; ad occidētē: in vbo ✝ sancto gaudētes in honorē dei. Exue te hierusalē stola luctus ⁊ vexationis tue: ⁊ indue te decore ⁊ honore q̄ a deo tibi est sempiterna gl'ia. Circūdabit te deus diploide iustitie: ⁊ ponet mitram B capiti tui honoris eterni. Deus enim ostēdet splendorē suū in te: q sub celo ē. Nolabitur enim tibi nomen tuū a deo in sempiternū: pax iustitie ⁊ honor pietatis. Exurge hierusalē ⁊ sta in excelso ⁊ circūspice ad oriētē ⁊ vide collectos filios tuos ab C oriēte sole vsq; ad occidentē: in verbo sancti gaudētes dei memoria. Exierūt enim abs te pedibus ducti ab inimicis: adducet aūt illos dn̄s ad te portatos in honore sicut filios regni. Cōstituit enim deus humiliare oēm montē excelsum ⁊ rupes perennes ⁊ cōualles replere inequalitatem terre: vt ambulet israel diligenter in hoD norem dei. Obumbrauerunt autē silue ⁊ oē lignum suauitatis israel mandato dei. Adducet enim deus israel cum iocūditate in lumine maiestatis sue ⁊ cū misericordia ⁊ iustitia que ex ipso est.

Alª ✝ confusiones

Infra eo.

Alª ✝ vertices. sup. eo.

Alª ✝ longitudine.

Alª ✝ dei.

sup. 4. 5.

¶ Incipit exẽplũ epl'e eiusdez quã misit hieremias ad abductos captiuos i babylõiam a rege babyloniorũ: vt annũciaret illis fm qḋ preceptum est illi a deo. Cap. vj.

A PRopter peccata q̃ peccastis añ deũ abducemini i babyloniã captiui a nabuchodonosor rege babyloniorũ. Ingressi itaq̃ in babylonẽ eritis ibi annis plurimis ⁊ tẽporibus longis vsq̃ ad gñationes septẽ: post hoc aũt educã vos inde cum pace. Nũc aũt videbitis in babylonia deos aureos ⁊ argẽteos ⁊ lapideos ⁊ ligneos in humeris portari ostẽtantes metũ gẽtib⁹. Uidete ergo ne ⁊ vos similes efficiamini factis alienis ⁊ metuatis: ⁊ metus vos capiat in ipsis. Uisa itaq̃ turba ⁊ retro ⁊ ab añ: adorantes dicite in cordib⁹ vris. Te oportz adorari dñe. Angelus aũt meus vobiscũ est. Ipse aũt exquirã aïas vestras. Nã ✠ ligna ipsorũ polita a fabro: ipsa ẽt inaurata ⁊ inargẽtata falsa sunt ⁊ nõ possunt loq. Et sicut virgini amanti ornamẽta: ita accepto auro fabricata sunt. Coronas certe aureas habẽt sup capita sua dij illorũ: vñ subtrahũt sacerdotes ab eis aurũ ⁊ argẽtum: ⁊ erogãt illud in semetipsis. Dant aũt ⁊ ex ipso ꝓstitutis: ⁊ meretrices ornãt: ⁊ iterũ cũ receperint illud a meretricib⁹: ornant deos suos. Hi aũt nõ liberãtur ab erugine ⁊

B tinea. Opertis aũt illis veste purpurea extergẽt faciẽ ipsorũ pp puluerẽ domus q est plurimus iter eos. Sceptrũ aũt hʒ vt hõ sicut iudex regionis: qui in se pccantem nõ interficit. Habet ẽt in manu gladiũ ⁊ securim: se aũt de bello ⁊ a latronib⁹ nõ liberat. Unde vobis notũ sit q: nõ sunt dij. Non ergo reuerimini eos. Sicut. n. vas homĩnis cõfractũ inutile efficit: tales sũt ⁊ dij illorũ. Cõstitutis illis in domo: oculi eorum pleni sũt puluere a pedib⁹ introeuntiũ: ⁊ sicut alicui q regẽ offendit circũsepte sũt ianue: aut sicut ad sepulchrũ adductũ mortuũ: ita tutant sacerdotes ostia cl'usuris ⁊ seris ne a latronib⁹ expolient. Lucernas accẽdũt illis ⁊ quidẽ multas: ex qb⁹ nullã videre pñt. Sũt aũt sicut trabes in domo. Corda vero eorũ dicũt elingere serpẽtes q de terra sũt: dũ comedunt eos ⁊ vestimentũ ipsorũ ⁊ nõ sentiũt. Nigre fiunt fa-

C cies eorũ a fumo q in domo fit. Supra corpus eorũ ⁊ sup caput eorũ volãt noctue ⁊ hirũdines ⁊ aues ẽt silr ⁊ catte. Uñ sciatis q: nõ sũt dij. Ne ergo timueritis eos. Aurũ ẽt qḋ hñt ad ✠ speciẽ: nisi aliqs exterserit eruginẽ: nõ fulgebũt. Neq̃. n. dũ cõflarent sentiebãt. Ex oĩ pcio empta sunt in qbus spũs nõ ẽ i ipsis. Sine pedib⁹ i humeris portant: ostẽdẽtes ignobilitatẽ suã hoib⁹. Cõfundant ẽt q colũt ea. Propterea si ceciderint in terrã a semetipsis nõ cõsurgũt neq̃ si qs eũ statuerit rectũ p semetipsum stabit: sʒ sicut mortuis humeri illis apponẽtur. Hostias illorũ vẽdũt sacerdotes ipsorũ: ⁊ abutunt silr ⁊ mulieres eorũ decerpẽtes neq̃ infirmo neq̃ mẽdicãti aliqd ipartiũt: de sacrificijs eorũ fete ⁊ mẽstruate cõtigũt. Sciẽtes itaq̃ ex his q: nõ sũt dij ne timeatis eos. Uñ. n. vocant dij: q: mulieres apponũt dijs argenteis ⁊ aureis ⁊ ligneis ⁊ in domib⁹ eorũ sacerdotes sedent habẽtes tunicas scissas ⁊ capita ⁊ barbã rasam: quorũ capita nuda sũt. Rugiũt ãt cla-

D mantes ꝯ deos suos sicut in cena mortui. Uestimẽta eorũ auferũt sacerdotes: ⁊ vestiunt vxores suas ⁊ filios suos. Neq̃ si qd mali patiunt ab aliquo: neq̃ si qd boni poterũt retribuere: neq̃ regẽ cõstituere pñt neq̃ auferre. Similiter neq̃ dare diuitias pñt neq̃ malũ retribuere. Si qs illis votũ vouerit ⁊ nõ reddiderit: neq̃ hoc requirũt. Hoiem a morte nõ liberãt: neq̃ infirmũ a potẽtiori eripiũt. Hoiem cecũ ad visum nõ restituunt: de necessitate homines nõ liberabũt. Uidue nõ miserebunt neq̃ orphãis bñficiẽt. Lapidib⁹ de mõte similes sunt dij illorũ: lignei ⁊ lapidei ⁊ aurei ⁊ argẽtei. Qui aũt colũt ea cõfundẽtur. Quõ ergo estimãdũ ẽ aut dicẽdũ illos eẽ deos? Adhuc. n. ipsis chaldeis nõ honorãtibus ea: q cũ audierint mutũ nõ posse loq: offerũt illud ad bel: postulãtes ab eo loq quasi possint sentire q nõ habent motũ. Et ipsi cũ intellexerint: relinquẽt ea. Sẽsum enim nõ habẽt ipsi dij illorũ. Mulieres ãt circũ-

E date funib⁹ i vijs sedẽt succẽdẽtes ossa oliuarũ. Cũ aũt aliq̃ ex ipsis abstracta ab aliquo trãseũte dormierit cum eo ꝓxime sue exprobrat q ea nõ sit digna habita sicut ipsa neq̃ funis ei⁹ dirupt⁹ sit. Oia aũtẽ q̃ illis fiũt falsa sũt. Quõ estimãdũ aut dicendũ est illos eẽ deos? A fabris aũt ⁊ aurificibus facta sunt. Nihil aliud erũt nisi id qḋ volũt eẽ sacerdotes. Aurifices ẽt ipsi q ea faciũt non sunt multi tpis. Nunqd ergo

Marginal notes: ✠ aïs ✠ lingua; ✠ aïs ✠ spe; Esa. 45. b; Ecc. 13. d.

pñt ea que fabricata sūt ab ipsis eē dij. Re-
liquerūt autē falsa ⁊ opprobriū postea fu-
turis. Nā cū superuenerit illis prelium ⁊ ma-
la: cogitāt sacerdotes vbi se abscodāt cū il-
lis. Quō ergo sentiri debeāt qm̄ dij sunt q
nec de bello se liberāt neq̄ de malis se eri-
piūt: Nā cū sint lignea ⁊ inaurata ⁊ inar-
gētata scietur postea: q2 falsa sunt ab vni-
uersis gētibus ⁊ regibus q̄ manifesta sūt:
q2 nō sunt dij sed opera manuū hominū
⁊ nullum opus dei cum illis. Unde er-
go notū est q2 non sunt dij: sed opera ma-
nuum hominum ⁊ nullum dei opus ip-
sis est. Regē3 regioni non suscitant: neq̄
pluuias hominibus dabūt. Judiciū quo-
q̄ nō discernēt: neq̄ regiōes liberabunt
ab iniuria: q2 nihil pñt sicut cornicule in-
ter mediū celi ⁊ terre. Et enim cū incide-
rit ignis in domū deorū ligneorū ⁊ argē-
teorū ⁊ aureorum: sacerdotes quidē ipso-
rū fugiēt ⁊ liberabūtur: ipsi vero sicut tra-
bes in medio cōburentur. Regi aūt ⁊ bel-
lo nō resistēt. Quō ergo estimādū est aut
recipiēdū: q2 dij sunt: Nō a furibus neq̄
a latronib9 se liberabūt dij lignei ⁊ lapi-
dei ⁊ inaurati ⁊ inargētati: quibus iniq
fortiores sunt. Aurū ⁊ argētū ⁊ vestimen-
tum quo operti sunt auferent illis ⁊ abi-
būt nec sibi auxiliū ferent. Itaq̄ melius
est esse regē ostentantem virtutem suam:
aut vas in domo vtile i quo gloriaē q pos-
sidet illud vel ostiū in domo qd custodit
que in pace sunt: q̄3 falsi dij. Sol quidē3 ⁊
luna ac sidera cū sint splēdida ⁊ emissa ad
vtilitates obaudiūt: sil̄r ⁊ fulgur cū appa-
ruerit pspicuū est. Idipsum aūt ⁊ spirit9
in omni regione spirat ⁊ nubes: qbus cū
imperatū3 fuerit a deo perambulare i vni-
uersum orbē: pficiūt qd imperatū est eis.
Ignis etiā missus desup vt consumat mō-
tes ⁊ siluas facit qd pceptū est ei. hec autē
neq̄ speciebus neq̄ virtutib9 vni eorū si-
milia sunt. Unde neq̄ estimādū ē: neq̄
dicendū illos eē deos: qm̄ nō pñt neq̄ iudi-
ciū iudicare neq̄ facere hoīb9. Sciētes ita-
q̄ q2 nō sunt dij: ne ergo timueritis eos.
Neq̄. n. regib9 maledicēt neq̄ bñdicent.
Signa. n. in celo gētib9 nō ostēdūt neq̄
vt sol lucebūt: neq̄ illuminabūt vt luna.
Bestie meliores sūt illis q̄ pñt fugere sub
tectū: ac pdesse sibi. Nullo itaq̄ mō nobis
est manifestū: q2 sunt dij: pp qd ne timea-
tis eos. Nā sicut i cucumerario formido ni-
hil custodit: ita sūt dij illoꝝ lignei ⁊ argē-
tei ⁊ inaurati. Eodē mō ⁊ i horto spina alba
sup̄ quā ois auis sedet. Sil̄r ⁊ mortuo p-
iecto i tenebris siles sūt dij illoꝝ lignei ⁊
inaurati ⁊ argētati. A purpura q̄3 ⁊ mu-
rice: q sup illos tenēt: scietis itaq̄ q2 nō
sūt dij. Ipsi ēt postremo comedunt: ⁊ erit
opprobriū i regiōe. Melior ē hō iustus q
nō h3 simulachra: nā erit lōge ab oppro-
brijs. ¶ Explicit liber Baruch.

Als in f. — g. — Als: mar more. — Als illud. — als non h3 illud nec illa. — 4. re. 24 d.

¶ Incipit plogus in Ezechielē pphetā.

Ezechiel pphēta cū ioachī3 rege iuda captiu9 duct9 ē in babylonē: ibiq̄ his q cū eo captiui fuerāt pphetauit peni-tētibus q ad hieremie vaticiniū se vltro aduersarijs tradidissent: ⁊ viderēt adhuc vrbē hierosolymā stare quā ille casurā es predixerat. Tricesimo aūt etatis sue āno ⁊ captiuitatis quinto: exorsus est ad capti-nos loq. Et eodē tpe l3 posterior hic i chal-dea: hieremias i iudea pphetauerūt. Ser-mo ei9 nec satis desertus nec admodum rustic9 est: s3 ex vtroq̄ medie tēpat9. Sa-cerdos ⁊ ipse fuit sic hieremias: pncipia vo-luminis ⁊ finē magnis hñs obscuritati-bus inuoluta. S3 ⁊ vulgata ei9 editio non multū distat ab hebraico. Unī satis miror qd cause extiterit: vt si eosdē in vniuersis libris habemus interptes: in alijs eadē: i alijs diuersa transtulerint. Legite igit ⁊ hūc iuxta trāslationē nr̄a3 qm̄ p cola scri-ptus ⁊ commata māifestior ē legētibus sen-sum tribuit. Si aūt amici mei ⁊ hūc sub-sannauerit: dicite eis q nemo eos cōpellat vt scribāt. S3 vereor ne illud eis eueniat qd grece significantius di: vt vocent fagol̄-dori: qd est manducantes senecias.

¶ Explicit prologus.



¶ Incipit

¶ Incipit Ezechiel propheta.

¶ Cap. Sum. ¶ Visione describit q̄ttuor animaliū et visio rotarū throni dei et imaginis super thronum. Cap. i.

Et factum est in tricesimo ãno: in quarto in quinta mēsis: cum essem in medio captiuorū iuxta fluuium chobar: aperti sunt celi et vidi visiões dei. In quinta mensis: ipse est annus quintus transmigrationis regis ioachin: factum est verbū dñi ad ezechielē filiū buzi sacerdotē in terra chaldeorū sec⁹ flumē chobar. Et facta est sup eum ibi man⁹ dñi. Et vidi et ecce ventus turbinis veniebat ab aquilone: et nubes magna et ignis inuoluēs. Et splēdor in circuitu ei⁹: et de medio eius q̄si spēs electri: idest de medio ignis. Et in medio eius similitudo quattuor animaliū: et hic aspectus eorū. Similitudo hominis in eis. Et quattuor facies vni: et q̄ttuor pēne vni. Et pedes eorū pedes recti: et plāta pedis eorū quasi plāta pedis vituli: et scintille quasi aspect⁹ eris cādentis. Et manus hominis sub pēnis eorū in quattuor partib⁹: et facies et pennas per quattuor partes habebāt: iuncteq̄ erāt pēne eorum alteri⁹ ad alterū. Nō reuertebant cum incederēt: sed vnūquodq̄ ante faciē suā gradiebatur. Similitudo aūt vult⁹ eorū: facies hominis et facies leonis a dextris ipsorum q̄ttuor: facies aūt bouis a sinistris ipsorū quattuor: et facies aqle desup ipsorū q̄ttuor: et facies eorū et pēne eorū extēte desup. Due pēne singulorū iungebant: et due tegebāt corpora eorū. Et vnūquodq̄ eorū coram facie sua ambulabat. Ubi erat impetus spūs: illuc gradiebant: nec reuertebant cū ambularēt. Et silitudo animaliū et aspect⁹ eorū quasi carbonū ignis ardentiū: et quasi aspectus lampadarū. Hec erat visio discurrens in medio animaliū: splēdor ignis et de igne fulgur egrediens. Et animalia ibāt et reuertebant in silitudinē fulguris coruscātis. Cūq̄ aspicerē animalia: apparuit rota vna sup terram iuxta aialia: hñs q̄ttuor facies. Et aspect⁹ rotarū et op⁹ earum quasi visio maris: et vna silitudo ipsarum q̄ttuor: et aspect⁹ earū et opera quasi sit rota in medio rote. Per q̄ttuor ptes earū euntes ibāt: et nō reuertebant cū ambularēt. Statura quoq̄ erat rotis et altitudo et horribilis aspect⁹: et totū corp⁹ oculis plenū in circuitu ipsarū q̄ttuor. Cūq̄ ambularent aialia ambulabant pariter et rote iuxta ea: et cū eleuarent aialia de terra eleuabant simul et rote. Quocūq̄ ibat spūs: illuc eūte spū et rote pariter eleuabāt sequētes eū. Spūs enim vite erat in rotis. Cū euntib⁹ ibāt et cū stātib⁹ stabāt: et cū eleuatis a terra pariter eleuabant et rote sequētes ea: q: spūs vite erat in rotis. Et silitudo sup caput aialiū firmamēti q̄si aspect⁹ crystalli horribilis: et extēti sup capita eorū desup. Sub firmamēto aūt pēne eorū recte alteri⁹ ad alterū. Unūquodq̄ duab⁹ alis velabat corpus suū: et alterū silr velabat. Et audiebā sonum alarū quasi sonū aquarū multarum quasi sonum sublimis dei. Cum ambularent: q̄si son⁹ erat multitudinis vt son⁹ castrorum. Cūq̄ starēt dimittebant pēne eorū. Nā cū fieret vox sup firmamētū qd̄ erat super caput eorū: stabāt et submittebant alas suas. Et sup firmamētū qd̄ erat iminēs capiti eorū q̄si aspect⁹ lapidis saphiri silitudo throni et sup similitudinē throni silitudo quasi aspectus hoīs desup. Et vidi q̄si spēm electri velut aspectū ignis intrinsecus p circuitū eius: a lumbis ei⁹ et desup et a lumbis ei⁹ vsq̄ deorsum vidi q̄si spēm ignis splēdētis in circuitu velut aspectū arcus cum fuerit in nube in die pluuie. Hic erat aspectus splendoris per gyrum.

¶ Ca. Sū. ¶ Mittitur propheta reuocare populum ab erroribus suis. Cap. ij.

In anno decimo et duodecimo mense: vna die mensis: factum est verbum domini ad me dicens. Fili hominis pone faciem tuam contra pharaonem regem egypti et prophetabis de eo: et de egypto vniuersa loquere et dices. Hec dicit dominus deus. Ecce ego ad te pharao rex egypti draco magne: qui cubas in medio fluminum tuorum et dicis: meus est fluuius: et ego feci memetipsum. Et ponam frenum in maxillis tuis: et agglutinabo pisces fluminum tuorum squamis tuis. Et extraham te de medio fluminum tuorum: et vniuersi pisces tui squamis tuis adherebunt. Et proiciam te in desertum: et omnes pisces fluminis tui. Super faciem terre cades. Non colligeris neque congregaberis. Bestiis terre et volatilibus celi dedi te ad deuorandum: et scient omnes habitatores egypti: quia ego dominus. Pro eo quod fuisti baculus arundineus domui israel quando apprehenderunt te manu: et confractus es et lacerasti omnem humerum eorum: et innitentibus eis super te comminutus es et dissoluisti omnes renes eorum. Propterea hec dicit dominus deus. Ecce ego adducam super te gladium + meum: et interficiam de te homines et iumentum. Et erit terra egypti in desertum et in solitudinem: et scient quia ego dominus. Pro eo quod dixeris: fluuius meus est: et ego feci eum: idcirco ecce ego ad te et ad flumina tua. Daboque terram egypti in solitudinem gladio dissipatam a turre syenes vsque ad terminos ethiopie. Non pertransibit eam pes hominis neque pes iumenti gradietur in ea: et non habitabitur quadraginta annis. Daboque terram egypti desertam in medio terrarum desertarum et ciuitates eius in medio vrbium subuersarum: et erunt desolate quadraginta annis. Et dispergam egyptios in nationes: et ventilabo eos in terras. Quia hec dicit dominus deus. Post finem quadraginta annorum congregabo egyptum de populis in quibus dispersi fuerant: et reducam captiuitatem egypti et collocabo eos in terra phatures in terram natiuitatis sue in terra de qua sumpti sunt. Et erunt ibi in regnum humile: et inter cetera regna erit humillima. Et non eleuabitur vltra super nationes: et imminuam eos ne imperent gentibus: neque erunt vltra domui israel confidentia: docentes iniquitatem vt fugiant et sequantur eos: et scient quia ego dominus deus. Et factum est in vicesimo et septimo anno in primo in + vno mensis factum est verbum domini ad me dicens. Fili hominis: nabuchodonosor rex babylonis seruire fecit exercitum suum seruitute magna aduersus tyrum. Omne caput decaluatum et omnis humerus depilatus est. Et merces non est reddita ei: neque exercitui eius de tyro pro seruitute qua ser-

Margin: A; al. + i anno decimo mense in duodecimo mense; B; als + cadent; 23. q. 3. c.; al. non h3 + meum; als + dixerit; C; D; al. + vno; al. + vicesima

uiuit mihi aduersus eam. Propterea hec dicit dominus deus. Ecce ego dabo nabuchodonosor regem babylonis in terra egypti: et accipiet multitudinem eius: et depredabitur manubias eius: et diripiet spolia eius: et erit merces exercitui illius: et operi + quo seruiuit aduersus eam. Dedi ei terram egypti pro eo quod + laborauerit mihi: ait dominus deus. In die illa pullulabit cornu + domui israel: et tibi dabo apertum os in medio eorum: et scient + quia ego dominus.

Ez. q. 5. 6. finali.
al. + pro
al. + laborauerunt
also + dominus

¶ Cap. xxx. ¶ Plangitur destructio egypti et urbium eius cum qua corruerunt: prouincie ipsi confederate. Cap. xxx.

A Et factum est verbum domini ad me dicens. Fili hominis propheta et dic. Hec dicit dominus deus. Ululate ve ve diei: quia iuxta est dies: et appropinquat dies domini: dies nubis: tempus gentium erit. Et veniet gladius in egyptum: et erit pauor in ethiopia cum ceciderint vulnerati in egypto: et ablata fuerit multitudo illius et destructa fundamenta eius. Ethiopia et libia et lidii et omne reliquum vulgus: et chub et filii terre federis cum eis gladio cadent.

B Hec dicit dominus deus. Et corruent fulcientes egyptum: et destruetur superbia imperii eius. A turre syenes gladio cadent in ea: ait dominus exercituum. Et dissipabuntur in medio terrarum desolatarum: et urbes eius in medio ciuitatum desertarum erunt: et scient quod ego dominus deus: cum dedero ignem in egypto: et attriti fuerint omnes auxiliatores eius.

C In die illa egredientur nuncii a facie mea in trieribus ad conterendam ethiopie confidentiam: et erit pauor in eis in die egypti: quia absque dubio veniet. Hec dicit dominus deus. Et cessare faciam multitudinem egypti in manu nabuchodonosor regis babylonis. Ipse et populus eius cum eo fortissimi gentium adducentur ad disperdendam terram: et euaginabunt gladios suos super egyptum: et implebunt terram interfectis: et faciam alueos fluminum aridos: et tradam terram in manus pessimorum: et dissipabo terram et plenitudinem

D eius in manus alienorum. Ego dominus locutus sum. Hec dicit dominus deus. Et disperdam simulacra: et cessare faciam idola de memphis: et dux de terra egypti non

Zach. 13. a

erit amplius. Et dabo terrorem in terra egypti: et disperdam terram phatures: et dabo ignem in + taphnis: et faciam iudicia mea in alexandria. Et effundam indignationem meam super pelusium robur egypti: et interficiam multitudinem alexandrie: et dabo ignem in egypto.

Also + thamnis

E Quasi parturiens dolebit pelusium: et alexandria erit dissipata: et in memphis angustie quotidiane. Iuuenes heliopoleos et bubasti gladio cadent: et ipse captiue ducentur. Et in + taphnis nigrescet dies cum contriuero ibi sceptra egypti: et defecerit in ea superbia potentie eius. Ipsam nubes operiet: filie autem eius in captiuitatem ducentur. Et iudicia faciam in egypto et scient quia ego dominus.

Also + thamnis

F Et factum est in vndecimo anno: in primo + mense in septima mensis factum est verbum domini ad me dicens. Fili hominis: brachium + pharaonis regis egypti confregi: et ecce non est obuolutum vt restitueretur ei sanitas: vt ligaretur pannis et + fasciretur linteolis: et recepto robore posset tenere gladium. Propterea hec dicit dominus deus. Ecce ego ad + pharaonem regem egypti: et comminuam eius brachium forte sed confractum: et deiiciam gladium de manu eius.

al. non habet + mense
al. + pharao
al. + farciretur
al. + pharao

G Et dispergam egyptum in gentibus: et ventilabo eos in + terris. Et confortabo brachia regis babylonis: daboque gladium meum in manu eius. Et confringam brachium pharaonis: et gement gemitibus interfecti coram facie eius. Et confortabo brachia regis babylonis: et brachia pharaonis + concident: et scient quia ego dominus: cum dedero gladium meum in manu regis babylonis: et extenderit eum super terram egypti: et dispergam egyptum in nationes: et ventilabo eos in + terras: et scient quia ego dominus.

Al. + terras
also + cadent
also + terris

¶ Ca. xxxi. ¶ Sermo domini contra pharaonem quod tradetur in manus nabuchodonosor: et de assyria sub nomine arboris iam eidem tradite. Cap. xxxi.

A Et factum est in anno vndecimo tertio + mense vna mensis: factum est verbum domini ad me dicens. Fili hominis: dic pharaoni regi egypti et populo eius. Cui similis factus es in magnitudine tua? Ecce assur quasi cedrus in libano pulcher ramis et frondibus nemorosus excelsusque altitudine: et inter condensas frondes eleuatum est cacumen eius. Aque

al. non habet + mense

nutrierũt illũ: abyssus exaltauit illũ. Flumina ei⁹ manabãt in circuitu radicũ ei⁹: ⁊ riuos + suos emisit ad vniuersa ligna regionis. Propterea eleuata ẽ altitudo ei⁹ sup oĩa ligna regionis: ⁊ multiplicata sũt arbusta ei⁹: ⁊ eleuati sunt rami ei⁹ pre aqs multis. Cũqꝫ extẽdisset vmbrã suã: in ramis eius fecerũt nidos oĩa volatilia celi: ⁊ sub frondib⁹ ei⁹ genuerunt oẽs bestie saltuũ: ⁊ sub vmbraculo illi⁹ habitabat cet⁹ gentiũ plurimaꝝ. Eratqꝫ pulcherrim⁹ in magnitudine sua: ⁊ in dilatatiõe arbustorũ suoꝝ. Erat.n. radix illi⁹ iuxta aq̃s multas. Cedri nõ fuerũt altiores illo in paradiso dei. Abietes nõ adequerũt sũmitatẽ ei⁹: ⁊ platani nõ fuerũt eque frõdib⁹ illi⁹. Oẽ lignũ paradisi dei nõ est assimilatũ illi ⁊ pulchritudini ei⁹: qm̃ + speciosũ3 feci eũ: ⁊ multis ꝯdẽsisqꝫ frõdib⁹. Et emulata sunt + eũ oĩa ligna voluptatis q̃ erãt in paradiso dei: propterea hec dicit dñs deus. Pro eo ꝙ + sublimat⁹ est in altitudine ⁊ dedit sũmitatẽ suã virẽtẽ atqꝫ ꝯdensam ⁊ eleuatũ est cor ei⁹ in altitudine sua: tradidi + eũ in man⁹ fortissimi gentiũ. Faciẽs faciet ei. Iuxta impietatẽ eius eieci + eu3: ⁊ succidẽt + eum alieni ⁊ crudelissimi nationum. Et proijcient + eum super montes ⁊ in cunctis conuallibus corruẽt rami eius: ⁊ confringentur arbusta eius in vniuersis rupibus terre: ⁊ recedẽt de vmbraculo eius omnes populi terre: ⁊ relinquent + eũ. In ruina eius habitauerunt omnia volatilia celi: ⁊ in ramis eius fuerunt vniuerse bestie regionis. Quãobre3 nõ eleuabunt in altitudine sua omnia ligna aquarũ: nec ponent sublimitatẽ sua3 inter nemorosa atqꝫ frondosa: nec stabũt in sublimitate + sua omnia que irrigantur aquis: q2 oẽs traditi sunt + in mortẽ ad terram vltima3 in medio filiorum hominu3 ad eos qui descendunt in lacum. Hec dicit dñs deus. In die quãdo descendit ad inferos + induxi luctu3: operui eũ abysso ⁊ ꝓhibui flumina eius ⁊ coercui aquas multas. Cõtristatus est super + eu3 libanus ⁊ omnia ligna agri cõcussa sunt. A sonitu ruine eius cõmoui gentes: cu3 deducerem eum ad infernu3 cum his q + descendebant in lacum. Et cõsolata sunt in terra infima omnia ligna voluptatis egregia atqꝫ preclara in libano: vniuersa que irrigabantur aquis. Nam ⁊ ipsi cu3 + eo descendent ad infernum ad interfectos gladio: ⁊ brachium vniuscuiusqꝫ sedebit super + vmbracula ei⁹ in medio nationum eius. Cui assimulatus es o inclyte atqꝫ sublimis inter ligna voluptatis? Ecce deductus es cum lignis voluptatis ad terram vltima3 In medio incircũcisorum dormies: cũ eis qui interfecti sunt gladio. + Ipse est + pharao ⁊ omnis multitudo eius: dicit dominus deus.

B
al. nõ hꝫ + suos
C
sup. c. 19. de pr. dis. 2. c. principium
al. + speciosa3 feci eã.
als + eã
al. + sublimata
als + ea3
als + eã
als + eã
als + eã
E
als + eã
al + eoꝝ
als + ad
F
als + indixi
als + contritus
als + eu3
al. + descẽdũt
G
als + ea
al. + sub vmbraculo
al. nõ hꝫ + ipse est
al. + Sic pharao

¶ Cap. Sũ. ¶ Planctus super pharaones ꝙ tradetur occidẽdus nabuchodonosor: describunt gygãtes per mures cum qbus ad infernũ descẽdunt. Cap. xxxij.

ET factũ est duodecimo anno in mẽse duodecimo in vna mensis: factũ est verbum domini ad me dicens. Fili hominis: assume lamentum super pharaonem regem egypti ⁊ dices ad eum. Leoni gentium assimilatus es ⁊ draconi q est in mari. Et ventilabas cornu in fluminibus tuis ⁊ conturbabas aquas pedib⁹ tuis: ⁊ conculcabas flumina eorum. Propterea hec dicit dominus deus. Expanda3 super te rhete meum in + multitudine populorũ multoꝝ: + extraham te in sagena mea: ⁊ ꝓijciam te in terram. Super faciem agri abijciam te: ⁊ habitare faciam super te omnia volatilia celi ⁊ saturabo super te bestias vniuerse terre. Et dabo carnes tuas super montes: ⁊ implebo colles tuos sanie tua. Et irrigabo terram fetore sanguinis tui + super montes ⁊ valles implebũtur ex te. Et operiam cum extinctus fueris celos: ⁊ nigrescere faciam stellas eius. Solem nube tegam: ⁊ luna non dabit lumen suum. Omnia luminaria celi merere faciam super te: ⁊ dabo tenebras super terram tua3 dicit dñs deus cũ ceciderint vulnerati in medio terre: ait domin⁹ de⁹. Et irritabo cor populoꝝ multoꝝ: cu3 induxero contritionẽ tuam in gentib⁹ super terras quas nescis: ⁊ stupescere faciam super te populos multos. Et reges eorum horrore nimio formidabũt super te, ꝓpter vniuersas iniquitates quas operatus es: cum volare ceperit gladius meus super facies eoru3: ⁊ obstupescent repente singuli pro anima sua in die ruine + sue: q2 hec dicit dominus deus. Gladius regis babylonis veniet tibi: in gladijs fortiu3 deij-

A
al. + multitudinẽ
als + extrahẽt
B
als + insup
Esa. 13. b.
Johel. 3. c
mat. 24. c
C
als + tue

clam multitudinem tuam. Inexpugna-
biles omnes gentes hę. Et vastabunt sup-
biam egypti: ⁊ dissipabitur multitudo
eius. Et perdā oīa iumenta eius que erāt
super aquas plurimas: ⁊ non coturbabit
eas pes omnis vltra: neqꝫ ungula iumē-
torū turbabit eas. Tunc purissimas red
dam aquas eorum: ⁊ flumina eorum q̄si
oleū adducā: ait dn̄s deus: cū dedero ter
ram egypti desolatam. Deseretur autē ter
ra a plenitudine sua quādo percussero om
nes habitatores eius: ⁊ scient q: ego dn̄s.
Planctus est ⁊ plangent eū filie gentiū
super ✝ egyptum ⁊ super multitudinem
eius plangēt eum: ait dn̄s deus. Et factuꝫ
est in duodecimo anno in quīadecima
mensis: factum est verbum dn̄i ad me di
cens. Fili hoīs: cane ✝ carmē lugubre sup
multitudinem egypti: ⁊ detrahe eam: ✝
ipsam ⁊ filias gentium robustarum: ad
terraꝫ vltimā cū his q descendūt in lacū.
Quo pulchrior es: descēde: ⁊ dormi cuꝫ in
circūcisis. In medio interfectorū gladio
cadēt. Gladius datus est. Et attraxerūt eā
⁊ omnes populos eius. Loquentur ei po
tentissimi robustorum de medio infer-
ni: qui cum auxiliatoribus eius descen-
derūt ⁊ dormierūt incircūcisi īterfectiqꝫ
gladio. Ibi assur ⁊ omnis multitudo ei⁹
in circuitu illius ✝ sepulchra eoruꝫ: om
nes interfecti ⁊ q ceciderunt gladio quo-
rum data sunt sepulchra in nouissimis
laci. Et facta est multitudo eius per gyrū
sepulchri eius vniuersi interfecti: caden-
tesqꝫ gladio: qui dederant quondam for-
midinē suam in terra viuentiū. Ibi elaꝫ
⁊ omnis multitudo eius per gyrum se-
pulchri sui. Omnes hi interfecti ruentes-
qꝫ gladio: q: descēderūt incircūcisi ad ter
ram vltimam. Qui posuerunt terrorem
suum in terra viuentium: ⁊ portauerūt
ignominiam suam cum his qui ✝ descē
derunt in lacum. In medio interfectorū
posuerunt cubile eius in vniuersis popu
lis eius: in circuitu eius sepulchrum il-
lius. Omnes hi incircūcisi īterfectiqꝫ gla
dio. Dederūt eniꝫ terrorē suū in terra vi
uentiū: ⁊ portauerunt ignominiā suam
cum his qui ✝ descendūt in lacū. In me-
dio interfectorū positi sunt. Ibi mosoch
⁊ tubal ⁊ omnis multitudo eius: in cir-
cuitu eius sepulchra illius. Oēs hi incir

Al's ✝ egypto

D

Al's non h3 ✝ carmen.

Al's ✝ ipsas.

al's ✝ sepulchri eius

E

al's ✝ descendūt.

F

al's ✝ dederūt

cūcisi interfectiqꝫ ⁊ cadentes gladio ✝: q:
dederūt formidinē suam in terra viuen-
tiū: ⁊ non ✝ dormient cuꝫ fortibus cadē
tibusqꝫ ⁊ incircūcisis qui descēderunt ad
infernū cū armis suis. Et posuerunt gla-
dios suos sub capitib⁹ suis: ⁊ fuerūt ini-
quitates eorū in ossibus eorum: q: terror
fortium facti sunt in terra viuentiuꝫ. Et
tu ergo in medio incircūcisorū contere-
ris: ⁊ dormies cū interfectis gladio. ✝ Ibi
idumea ⁊ reges eius ⁊ oēs duces eius: q
dati sunt cū exercitu suo cum interfectis
gladio: ⁊ qui cuꝫ incircūcisis dormierūt:
⁊ cum his qui descenderunt in lacū. Ibi
principes aquilonis oēs ⁊ vniuersi ✝ ve-
natores qui deducti sunt cuꝫ interfectis:
pauētes ⁊ in sua fortitudine confusi ✝: q:
dormierunt incircūcisi cum interfectis
gladio: ⁊ portauerūt confusionē cū his q
✝ descendūt in lacū. Uidit eos pharao ⁊
cōsolatus est sup vniuersa multitudine
suā q̄ interfecta est gladio: ✝ pharao ⁊ oīs
exercitus eius ait dn̄s deus: q: dedit terro
rem suum in terra viuentiū: ⁊ dormiuit
in medio incircūcisorum cuꝫ interfectis
gladio: pharao ⁊ omnis multitudo ei⁹:
ait dominus deus.

¶ Ca. xxxiii. ¶ De speculatore qui buccina
cantat vt peccatores redeant ad penitētiā:
⁊ vnusqsqꝫ iudicabit̄ vbi inuenietur: sermo
domini cōtra eos qui in multitudine nō
in sanctitate volūt hereditateꝫ possidere: ⁊
cōtra eos qui verba ꝓphetie vertūt in can-
ticum. Cap. xxxiii.

Et factū est verbū dn̄i ad me dicens.
Fili hoīs loquere ad filios ppl̄i tui ⁊
dices ad eos. Terra cū induxero sup eam
gladium: ⁊ tulerit ppl̄s terre virū vnum
de nouissimis suis ⁊ constituerit eum
super se speculatoreꝫ: ⁊ ille viderit gladiū
venientem super terram ⁊ cecinerit buc-
cina ⁊ annunciauerit populo. Audiens
autem si quis ille est ✝ sonitum buccine
✝ ⁊ nō obseruauerit: veneritqꝫ gladius ⁊
tulerit eū: sanguis ipsius sup caput eius
erit. Sonū buccine audiuit ⁊ nō se obser
uauit: sanguis eius in ipso erit. Si autē
se custodierit: aīam suā saluabit. Qđ si spe
culator viderit gladium venientem: ⁊ nō
insonuerit buccina: ⁊ populus se non cu
stodierit: veneritqꝫ gladi⁹ ⁊ tulerit de eis
aīam: ille quidem in iniqtate sua captus

al's ✝ qui
al's ✝ dormierūt.

G

al's ✝ ⁊ q cū incircūcisis ⁊ dormierunt

al's ✝ sidonij
al's ✝ q

al's ✝ descēderūt
al's non h3 ✝ sua
al's ✝ ⁊ portauerūt confusiones suā cum his q descēdunt in lacū.

A

al's ✝ sonum
al's non h3 ✝ ⁊

B

est:sanguiné aūt eius de manu speculato
ris regrā. ✠ Et tu fili hoīs speculatoré de-
di te domui isrl'. Audiēs ergo ex ore meo
sermoné: annunciabis eis ex me. Si me
dicēte ad impiū: impie morte morieris
nō fueris locutus vt se custodiat ipius a
via sua: ipse impius in iniqtate sua mo-
riet: sanguiné aūt eius de manu tua req-
rā. Si aūt ānūciāte te ad impiū vt a vijs
suis ɔuertat: nō fuerit cōuersus a via sua:
ipse in iniqtate sua morietur. Porro tu
aīam tuā liberasti. Tu ergo fili hoīs dic ad
domū israel. Sic locuti estis dicētes. Ini
qtates nr̄e ⁊ pctā nostra sup nos sūt: ⁊ i ip
sis nos tabescimus. Quō ergo viuere pote
rimus? Dic ad eos. Uiuo ego dicit dn̄s
deus. Nolo mortē impij sed vt cōuertat' i
pi⁹ a via sua ⁊ viuat. Cōuertimini a vijs
vr̄is pessimis. Et quare moriemini dom⁹
israel? Tu itaqȝ fili hoīs dic ad filios ppl'i
tui. Iustitia iusti nō liberabit eū in qua-
cūqȝ die peccauerit: ⁊ ipietas ipij nō noce
bit ei in quacūqȝ die cōuersus fuerit ab i-
pietate sua. Et iustus nō poterit viuere de
iniustitia sua in quacūqȝ die peccauerit.
Etiam si dixero iusto q̄ vita viuat: ⁊ con
fisus in iustitia sua fecerit iniqtatē: oēs iu
stitie eius obliuioni tradent': ⁊ in iniqtate
sua quā opatus est in ipsa moriet'. Si aūt
dixero ipio: morte morieris: ⁊ egerit pe-
nitentiā a pctō suo feceritqȝ iudiciū ⁊ iu
stitiā: ⁊ pignus restituerit ille ipius: rapi
nāqȝ reddiderit: in mādatis vite ambu-
lauerit: nec fecerit quicq̄ȝ iniustū: vita vi-
uet ⁊ nō moriet'. Oia pctā eius q̄ peccauit:
nō iputabunt' ei. Judiciū ⁊ iustitiā fecit:
vita viuet. Et dixerūt filij ppl'i tui. Nō est
equi ponderis via dn̄i: ⁊ ipoꝝ via iniusta
est. Cū. n. recesserit iustus a iustitia sua fe-
ceritqȝ iniquitates: moriet' in eis. Et cuȝ
recesserit impius ab impietate sua: fece-
ritqȝ iudicium ⁊ iustitiam: viuet in eis.
Et dicitis. Non est recta via domini. Unū
queqȝ iuxta vias suas iudicabo de vobis
domus israel. Et factum est in ✠ duodeci
mo anno in decimo mēse: in qnta mēsis
trāsmigrationis nostre venit ad me q fu-
gerat de hierl'm dicēs. Uastata ē ciuitas.
Man⁹ aūt dn̄i facta fuerat ad me vespere
ānteqȝ veniret q fugerat: apuitqȝ os meū
donec veniret ad me mā̄e: ⁊ apto ore meo
non silui amplius. Et factum est verbuȝ

als ✠ nō
ppls ter-
re sȝ ego
sup. 3. d.
C
23. q. 4. c.
his
sup. 18. g
26. q. 6. c.
agnoui-
mus.
sup. 18. f
26. q. 6. c.
his q. ⁊
c. cognou-
imus.
q. c. ii. p:e
bytere.
27. q. 1. c.
fin. ⁊. c. q
xpo ē pe.
di. 1. c. hec
eodē ⁊. c.
verbum
D
sup. 18. g
E
alse ✠ vn
decimo
anno i de
cimo in
quinta
mensis.

domini ad me dicens. Fili hoīs: qui habi
tant in ruinosis his: sup humū isrl' lo-
quētes aiūt. Unus erat habraam: ⁊ heredi
tate possidebit terrā. Nos autē multi ✠ su
mus: nobis data est terra in possessionē.
Idcirco dices ad eos. Hec dicit dn̄s deus.
Qui in sanguine comeditis ⁊ oculos ve-
stros leuatis ad imūdicias vestras ⁊ san-
guinem funditis: nunqd terram heredi-
tate possidebitis? Stetistis in gladijs ve-
stris: fecistis abominationes: ⁊ vnusqsqȝ
vxorem pximi sui polluit: ⁊ terram here-
ditate possidebitis? Hec dices ad eos. Sic
dicit dominus deus. Uiuo ego: q: qui in
ruinosis habitant gladio cadēt: ⁊ qui in
agro est: bestijs tradetur ad deuorandum
qui aūt in p̄sidijs ⁊ speluncis sunt: peste
morient'. Et dabo terram in solitudinem
⁊ in desertū: ⁊ deficiet ✠ superba fortitudo
eius: ⁊ desolabuntur montes israel: eo q̄
nullus sit q p eos transeat. Et sciēt q: ego
dominus: cū dedero terram eoꝝ desolatā
⁊ desertā ꝓpter vniuersas abominatiōes
suas q̄s opati sunt. Et tu fili hoīs: filij ppl'i
tui qui loquunt' de te iuxta muros ⁊ in
ostijs domoꝝ: ⁊ dicūt vnus ad alteꝝ: vir
ad pximū suū loq̄ntes: venite ⁊ audiam⁹
quis sit sermo egrediēs a dn̄o. Et veniūt
ad te q̄si si ingrediat' ppl's: ⁊ sedēt corā te
ppl's meus: ⁊ audiunt sermones tuos ⁊
nō faciunt eos: q: in canticū oris sui ver-
tunt illos: ⁊ auariciā suā sequt' cor eoꝝ
⁊ es ✠ eis quasi carmen musicū qḋ suaui
dulciqȝ sono canit'. Et audiūt verba tua
⁊ nō ✠ faciunt ea: ⁊ cum venerit qḋ predi
ctum est: ecce enim venit: tūc scient ✠ q:
prophetes fuerit inter eos.

¶ Ca. Sū. ¶ Sermo domini contra pa-
stores negligentes: ⁊ opprimentes gre-
gem querentes que sua sunt: ⁊ promissio
de pastore nouo ⁊ pluribus benedictio-
nibus. Cap. xxxiiij.

Et factū est verbū dn̄i ad me dicēs.
Fili hoīs: propheta de pastoribus is-
rael: ꝓpheta ⁊ dices pastoribus. Hec dicit
dn̄s deus. Ue pastoribus israel: q pascebāt
semetipsos. Nōne greges a pastoribus pa
scuntur? Lac comedebatis ⁊ lanis opie
bamini: ⁊ quod crassuȝ erat occidebatis:
gregem autem meum nō pascebatis. Qḋ
infirmum fuit non cōsolidastis: ⁊ quod
egrotum non sanastis. Quod confractuȝ

also nos
hȝ ✠ su
mus
F
al. ✠ sup
bia ⁊ for
titudo
G
alse ✠ est
als ✠ fa-
cient.
als ✠ q:
A
hic. 23. a.
23. q. 4. c.
displicet
⁊. q. 6. c.
qḋ erra-
uerat.
46. di. c. si

est nō alligastis:& qđ abiectū est nō reduxistis:& qđ perierat non quesistis:sed cum austeritate imperabatis eis & cū potētia. Et dispersę sunt oues mee eo q nō eēt pastor & facte sunt in deuorationē oium bestiaꝝ agri & disperse sūt. Errauerūt greges mei in cūctis montibus & in vniuerso colle excelso:& sup oēm faciem terre dispsi sunt greges mei:& nō erat q requireret. Non erat inquā qui requireret. Propterea pastores audite verbū dñi. Uiuo ego dicit dñs deus:q pro eo q facti sunt greges mei in rapinā:& oues mee in deuorationē oium bestiarū agri:eo q nō esset pastor:neq enim quesierūt pastores gregē meū:sed pascebāt pastores semetipsos & greges meos nō pascebant:propterea pastores audite verbum dñi. hec dicit dñs deus. Ecce egoipse super pastores:requiram gregem meū de manu eoꝝ:& cessare faciā vt vltrā nō pascant gregem meū:nec pascant amplius pastores semetipsos. Et liberabo gregem meum de ore eoꝝ:& non erit vltra eis in escam: q hec dicit dñs deus. Ecce ego ipse requiram oues meas & visitabo eas. Sicut visitat pastor gregem suū:in die qū fuerit in medio ouiū suarū dissipatarum: sic visitabo oues meas:& liberabo eas de oībus locis i quibus disperse fuerāt in die nubis & caliginis. Et educā + eas de populis:& cōgregabo eas de terris:& inducā eas in terram suā:& pascam eas in montibus israel in riuis,& in cūctis sedibus terre. In pascuis vberrimis pascam eas:& in montibus excelsis israel erunt pascue earū. Ibi requiescent in herbis virentibus: & in pascuis pinguibus pascentur sup montes israel. Ego pascam oues meas:& ego eas accubare faciam dicit dñs deus. Qđ pierat requiram:& qđ abiectum erat reducam:& quod confractum fuerat alligabo & quod infirmum fuerat consolidabo:& quod pingue & forte custodiam:& pascam illas in iudicio. Uos aūt greges mei:hec dicit dominus deus. Ecce ego iudico inter pecus & pecus:+ arietum & hyrcorum. Nonne satis vobis erat pascua bona depasci? In super & reliquias pascuarum vestrarum cōculcastis pedibus vestris:& cum purissimam aquā biberetis:reliquam pedibus vestris turbastis. Et oues mee his que conculcata pedibus vestris fuerāt pascebant: & que pedes vestri turbauerant hec bibebāt. Propterea hec dicit dominus deus ad + eos. Ecce ego ipse iudico inter pecus pingue & macilentum. Pro eo q lateribus & humeris impingebatis & cornibus vestris ventilabatis oīa infirma pecora donec dispergerentur foras:saluabo gregem meum & nō erit vltra in rapinam:& iudicabo inter pecus & pecus. Et suscitabo super + ea pastorem vnū qui pascat ea:seruū meū dauid: ipse pascet ea:& ipse erit eis in pastorē. Ego autem dominus ero eis in deū:& seruus meus dauid pnceps i medio eoꝝ. Ego dominus locutus sum. Et faciam cum eis pactū pacis:& cessare faciā bestias pessimas de terra:& qui habitant in deserto: securi dormient in saltibus. Et ponam eos in circuitu collis mei benedictionē:& deducam imbrem in tēpore suo:& pluuie benedictionis erunt. Et dabit lignum agri fructum suum:& terra dabit germē suum:& erunt in terra sua absq timore. Et scient q ego domin⁹ cū cōtriuero cathenas iugi eoꝝ: & eruero eos de manu imperantium sibi. Et nō erit vltra in rapinam in gētib⁹: neq bestie terre deuorabunt eos:sed habitabūt cōfidenter absq vllo terrore. Et suscitabo eis germen + nominatū:& nō erūt vltra imminuti fame in terra:neq portabunt vltra opprobrium gentium. Et scient q ego dñs deus eorum cū eis:& ipsi populus meus domus israel ait dominus de⁹. Uos aūt greges mei greges pascue mee homines estis:& ego dominus deus vester:dicit dominus deus.

¶ Ca. Sū. ¶ Sermo super montem seyr: de conditione eius pro eo q affllixit populum domini. Cap. xxxv.

Et factus ē sermo dñi ad me dicēs. Fili hois:pone faciē tuam aduersum montē seyr:& pphetabis + de eo & dices illi. hec dicit domin⁹. Ecce ego ad te mōs seyr:& extendam manum meam super te:& dabo te desolatum atq desertum. Urbes tuas demoliar: & tu desertus eris: & scies quia ego dominus: eo q fueris inimicus sempiternus: & concluseris filios israel in manus gladij in tempore afflictionis eorum in tempore iniquitatis extreme. Propterea viuo ego dicit domin⁹ deus:quoniā sanguini tradā te: & sanguis te psequet. Et cum sanguinem

Marginalia: B; C; D; aliās + eos; E; aliās + arietes & hyrcum; aliās + eos; F; aliās + eos vel eas; G; aliās + iustum; A; aliās + ad eum; B

oderis: sanguis pseque℞ te. Et dabo montem seyr desolatum ⁊ desertum: ⁊ auferam de eo euntem ⁊ redeuntem: ⁊ implebo montes + eius occisorum suorum. In collib⁹ + tuis ⁊ in vallibus tuis atq; in torrētib⁹ interfecti gladio cadent. In solitudines sempiternas tradam te: ⁊ ciuitates tue non habitabun℞. Et + scientis q2 ego dñs de⁹: eo q dixeris: due gentes ⁊ due terre mee erunt: ⁊ hereditate possidebo eas: cum dñs eēt ibi. Propterea viuo ego dicit dñs de⁹ q2 faciā iuxta irā tuā ⁊ sm zelum tuū quē fecisti: odio hñs eos: ⁊ notus efficiar p eos cū te iudicauero: ⁊ scies q2 ego dñs. Audiui vniuersa opprobria tua que locutus es de montibus israel dicens. Deserti nobis ad deuorandum dati sunt. Et insurrexistis super me ore vr̃o: ⁊ + derogastis aduersum me. Uerba vestra ego audiui. Hec dicit dñs deus. Letante vniuersa terra in solitudinem te redigam: sicuti gauisus es super hereditatem domus israel: eo q fuerit dissipata: sic faciam tibi. Dissipat⁹ eris mons seyr ⁊ idumea omnis. Et scient q2 ego dominus deus.

al' + tuos

C

al' + suis

al' + scies

D

Al' + rogastis.

¶ Ca. Sū. ¶ Q2 dñs iudicabit isrł de inimicis suis: ⁊ restituet ⁊ multiplicabit in terram suam: ⁊ q afflixit israel pro peccato idolatrie. De gratia ⁊ virtute baptismi vocatur populus ad penitentiam: etiā promittitur integra restitutio ⁊ multiplicatio. Cap. xxxvi.

Tu autē fili hoīs propheta super montes isrł ⁊ dices. Montes israel audite verbum dñi. Hec dicit dñs deus. Eo q dixerit inimicus de vobis euge altitudines sempiterne in + hereditatē date sunt nobis: ppterea vaticinare ⁊ dic. Hec dicit dñs deus. Pro eo q desolati estis ⁊ conculcati p circuitum: ⁊ facti in hereditatem reliquis gentibus: ⁊ ascendistis sup labium lingue ⁊ opprobrium ppli: ppterea mōtes israel audite verbū dñi dei. Hec dicit dñs deus montibus ⁊ collibus torrētib⁹: vallibus q; ⁊ desertis: parietinis: ⁊ vrbib⁹ derelictis: que depopulate sunt ⁊ subsannate a reliquis gentibus per circuitum: ppterea hec dicit domin⁹ deus. Qm̄ in igne zeli mei locutus sum de reliquis gentib⁹ ⁊ de idumea vniuersa que dederūt terram meā sibi in hereditatem cū gaudio ⁊ toto corde ⁊ ex aīo: ⁊ eiecerunt eam vt vasta-

A

Sup. 6. a.

al's + possessionē.

B

rent: idcirco vaticinare sup humū israel ⁊ dices mōtib⁹ ⁊ collib⁹ iugis ⁊ vallib⁹. Hec dicit dñs deus. Ecce ego in zelo meo ⁊ in furore meo locut⁹ sum: eo q cōfusionem gentiū sustinueritis. Idcirco hec dicit dñs deus. Ego leuaui manū meā + vt gentes q̄ in circuitu vestro sunt ipse cōfusionē suā portent. Uos autē montes isrł ramos vr̃os germinetis: ⁊ fructū vestrum afferatis pplo meo israel. Prope enim est vt veniat +. Q2 ecce ego ad vos: ⁊ conuertar ad vos: ⁊ arabimini ⁊ accipietis semētem: ⁊ multiplicabo in vobis hoīes oēmq; domū israel: ⁊ habitabuntur ciuitates ⁊ ruinosa instaurabun℞: ⁊ replebo vos hoībus ⁊ iumentis ⁊ multiplicabun℞ ⁊ crescent. Et habitare vos faciā sicut a pncipio: bonisq; + donabo maiorib⁹ q̄ habuistis ab initio: ⁊ scietis q2 ego dominus. Et adducā sup vos hoīes pplm meū isrł: ⁊ hereditate possidebūt te. Et + eris eis in hereditatem: ⁊ non addes vltra: vt absq; eis sis. Hec dicit dñs deus. Pro eo q dicūt de vobis: deuoratrix hoīum es ⁊ suffocans gētem tuam: ppterea hoīes nō comedes amplius: ⁊ gentē tuā nō necabis vltra: ait dominus deus. Nec auditam faciā in te amplius cōfusionē gentiū: ⁊ opprobriū populorum nequaq; portabis: ⁊ gētē tuā nō amittes amplius: ait dñs deus. Et factum ē verbū dñi ad me dicens. Fili hoīs: domus israel habitauerunt in humo sua: ⁊ polluerunt eam in vijs suis ⁊ in studijs suis. Iuxta immunditiā menstruate facta est via eorum coram me: ⁊ effudi indignationem meā sup eos pro sanguine quē fuderūt super terram. Et in idolis suis polluerunt eam: ⁊ dispersi + eos + in gentes: ⁊ vētilati sunt in terras. Iuxta vias eorū ⁊ adinuētiones eorum iudicaui eos. Et ingressi sunt ad gētes ad quas introierūt ⁊ polluerūt nomen sctm̄ meū: cū diceret de eis: ppls dñi iste est: ⁊ de terra eius egressi sunt. Et peperci noīe sancto meo qđ polluerat domus israel in gentibus ad quas ingressi sunt. Idcirco dices domui israel: hec dicit dñs deus. Nō ppter vos ego faciā domus isrł: sed ppter nomē sanctū meum qđ polluistis in gentibus ad quas intrastis. Et sanctificabo nomen meū magnū qđ pollutū est inter gentes qđ polluistis in medio earum vt sciāt gētes q2 ego dñs: ait dñs

al's non hz' + vt

C

al's + qm

al' + dabo

al's + vos eritis

D

al's + filii

al's non hz + eos

Ro. 2. e.

E

exercitum cum sanctificatus fuero in vobis coram eis. Tollam quippe vos de gentibus et congregabo vos de vniuersis terris et adducam vos in terram vestram: et effundam super vos aquam mundam: et mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris: et ab vniuersis idolis vestris mundabo vos: et dabo vobis cor nouum et spiritum nouum ponam in medio vestri. Et auferam cor lapideum de carne vestra: et dabo vobis cor carneum: et spiritum meum ponam in medio vestri: et faciam vt in preceptis meis ambuletis: et iudicia mea custodiatis et operemini: et habitabitis in terra quam dedi patribus vestris et eritis mihi in populum et ego ero vobis in deum: et saluabo vos ex vniuersis inquinamentis vestris: et vocabo frumentum et multiplicabo illud et non imponam vobis famem et multiplicabo fructum ligni et genimina agri: vt non portetis vltra opprobrium famis in gentibus: et recordabimini viarum vestrarum pessimarum: studiorumque non bonorum: et displicebunt vobis iniquitates vestre et scelera vestra. Non propter vos ego faciam: ait dominus deus notum sit vobis: Confundimini et erubescite super vijs vestris domus israel: hec dicit dominus deus. In die qua mundauero vos ex omnibus + iniquitatibus vestris: et inhabitare fecero vrbes: et instaurauero ruinosa: et terra deserta fuerit exculta que quondam erat desolata in oculis omnis viatoris dicentium. Terra illa inculta: facta est vt hortus voluptatis: et ciuitates deserte et destructe atque suffosse munite sederunt: et scient gentes + quecumque derelicte fuerint in circuitu vestro quia ego dominus edificaui dissipata: plantauique inculta: ego dominus locutus sum et fecerim: hec dicit dominus deus. Adhuc in hoc inuenient me domus israel vt faciam eis. Multiplicabo eos sicut gregem hominum vt gregem sanctum vt gregem hierusalem in solennitatibus eius. Sic erunt ciuitates deserte plene gregibus hominum et scient quia ego dominus.

Isa. 39. f. de spe. di. 4. ca. nec quecumque.

F

Sup. 11. d.

B

Ro. 6. d.

alias + ing namentis

al. + que

¶ Ca. xxxvij. ¶ De generali resurrectione: et de christo et quod in nouissimis diebus recipiet eum iuda et hierusalem: et erit vnus populus. Ca. xxxvij.

A

alias + Et

Facta est super me manus domini: et eduxit me in spiritu domini: et dimisit me in medio campi qui erat plenus ossibus: et circumduxit me per ea in gyro. Erant autem multa valde super faciem campi: siccaque vehementer. Et dixit ad me. Fili hominis: putas ne viuent ossa ista? Et dixi. Domine deus tu nosti. Et dixit ad me. Vaticinare de ossibus istis. Et dices eis. Ossa arida audite verbum domini. Hec dicit dominus deus ossibus his. Ecce ego intromitto in vos spiritum et viuetis: et dabo super vos neruos: et succrescere faciam super vos carnes: et superextendam in vobis cutem: et dabo vobis spiritum et viuetis: et scietis quia ego dominus. Et prophetaui sicut preceperat mihi. Factus est autem sonitus prophetante me: et ecce commotio. Et accesserunt ossa ad ossa: vnumquodque ad iuncturam suam. Et vidi: et ecce super ea nerui et carnes ascenderunt: et extenta est in eis cutis desuper: et spiritum non habebant. Et dixit ad me. Vaticinare ad spiritum vaticinare fili hominis: et dices ad spiritum. Hec dicit dominus deus. A quatuor ventis veni spiritus: et insuffla super interfectos istos et reuiuiscant. Et prophetaui sicut preceperat mihi. Et ingressus est in ea spiritus: et reuixerunt: steteruntque super pedes suos exercitus grandis nimis valde. Et dixit ad me: fili hominis: ossa hec vniuersa domus israel est. Ipsi dicunt. Aruerunt ossa nostra: et perijt spes nostra: et abscissi sumus. Propterea vaticinare et dices ad eos. Hec dicit dominus deus. Ecce ego aperiam tumulos vestros: et educam vos de sepulchris vestris populus meus et inducam vos in terram israel: et scietis quia ego dominus cum aperuero sepulchra vestra et eduxero vos de tumulis vestris popule meus: et dedero spiritum meum in vobis: et vixeritis et requiescere vos faciam super humum vestram: et scietis quia ego dominus locutus sum et feci: ait dominus deus. Et factus est sermo domini ad me dicens. Et tu fili hominis sume tibi lignum vnum: et scribe super illud iude et filiorum israel + socijs eius. Et tolle lignum alterum et scribe super illud: ioseph lignum effraim: et cuncte domus israel sociorumque eius. Et adiunge illa vnum ad alterum tibi in lignum vnum: et erunt in vnionem in manu tua. Cum autem dixerint ad te filii populi tui loquentes nonne indicas nobis quid in his tibi velis loqueris ad eos. Hec dicit dominus deus. Ecce ego assumam lignum ioseph quod est in manu effraim et tribus israel que sunt ei adiuncte: et dabo eas pariter cum ligno iuda: et faciam + eas in lignum vnum: et erunt vnum in manu eius. Erunt autem li-

B

C

D

alias + sociorum.

E

alias + m

gna sup q scripseris in manu tua in oculis eoz: & dices ad eos. hec dicit dns de⁹. Ecce ego assumam filios israel de medio nationum ad quas abierunt: & congregabo eos vndiq3 & adducam eos ad humum suam. Et faciam eos in gete vna in terra in montibus israel. Et rex vnus erit omnib⁹ imperas: & no erut vltra due getes: nec diuidentur ampli⁹ in duo regna. Neq3 pollueutur vltra in idolis suis & abominationib⁹ suis: & cunctis iniqtatibus suis: & saluos eos facia de vniuersis sedib⁹ suis in quibus peccauerunt & emudabo eos. Et erut mihi ppls & ego ero eis de⁹: & seruus meus dauid rex super eos: & pastor vnus erit oium eoz. In iudicijs meis ambulabut: & madata mea custodient: & facient ea. Et habitabut super terram qua dedi seruo meo iacob i qua habitauerut pres + vri: & habitabunt sup + ea ipsi & filij eorum: & filij filioru eoz vsq3 in sempiternu: & dauid seruus meus princeps eoru imperptuu. Et percutia illis fedus pacis: pactu sempiternu erit eis. Et fundabo eos & multiplicabo: & dabo sanctificationem meam in medio eoru imppetuu: & erit tabernaculu meum in eis. Et ero eis deus: & ipsi erut mihi populus. Et scient gentes quia ego dns sanctificator israel: cum fuerit sanctificatio mea in medio eorum in perpetuum.

F — Infra eo. G — al. + eoz / als + ea — Sup eo.

C Ca. Su. C Sermo domini contra gog & magog de interitu eorum: & peccato populi. Cap. xxxviij.

ET factus e sermo dni ad me dices. Fili hois: pone faciem tua otra gog & terra magog principe capitis mosoch & thubal: & vaticinare de eo: & dices ad eu. Hec dicit dns deus. Ecce ego ad te gog pncipem capitis mosoch & thubal. Et circumagam te & ponam frenum in maxillis tuis: & educa te in oem exercitu3 tuum: equos & equites vestitos loricis vniuersos: multitudine magna hastaz & clypeu arripientiu & gladium. Perse: ethyopes: & lybies cu eis: oes scutati & galeati. Gomer & vniuersa agmina eius: domus thogorma latera aquilonis & totum robur eius: populiq3 multi tecum. Prepara & instrue te: & omnem multitudinem tua que coaceruata est ad te: & esto eis in preceptum. Post dies multos visitaberis. In nouissimo annoz venies ad terra3 que reuersa est a gladio & congregata est de populis multis ad montes israel qui fuerunt deserti iugiter. hec d pplis educta e: & + habitabut in ea confidenter vniuersi. Ascendens aut quasi tepestas venies: & qsi nubes vt operias terram tu & oia agmina tua: & ppli multi tecu. hec dicit dns deus. In illa die ascedent sermones super cor tuu: & cogitabis cogitatione pessimam: & dices. Ascedam ad terram absq3 muro: veniam ad quiescetes habitatesq3 secure. hi oes habitat sine muro: vectes & porte no sunt eis. Ut diripias spolia: & inuadas predam: vt inferas manu tua super eos q deserti fuerat & postea restituti & sup pplz q est ogregatus ex gentibus q possidere cepit & ee habitator vmbilici terre. Saba & dedan & negociatores tharsis & oes leoes eius dicent tibi. Nuquid ad sumenda spolia tu venis? Ecce ad diripiendam preda3 cogregasti multitudine tua: vt tollas argetu & auru & auferas suppellectile atq3 substatia: & diripias manubias infinitas. Propterea vaticinare fili hois: & dices ad gog. Hec dicit dns deus. Nuqd no in die illo cu habitauerit populus meus israel confidenter scies & venies de loco tuo a lateribus aquilonis tu & populi multi tecum: ascensores equoz vniuersi: cetus magnus & exercitus vehemes & ascedens super populum meum isrl quasi nubes vt operias terra3. In nouissimis diebus eris: & adducam te super terram mea: vt sciant gentes + mee cu sanctificatus fuero in te in oculis eoz o gog. hec dicit dominus deus. Tu ergo ille es de quo locutus su3 in diebus antiquis in manu seruorum meoru prophetaru3 israel q prophetauerunt in diebus illoru temporu3 vt adducere te sup eos. Et erit in die illa: i die aduentus gog super terra3 israel: ait dns deus: ascedit indignatio mea in furore meo & in zelo meo. In igne ire mee locutus sum: q: in die illa erit comotio magna super terram israel: & comouebutur a facie mea pisces maris & volucres celi & bestie agri: & omne reptile quod mouetur super humum: cunctiq3 homines q sut super faciem terre. Et subuertentur motes & cadent sepes & omnis murus corruet in terram: & conuocabo aduersus eu

A — B — C al + habitauerut. — D E — als non hs + &. F — als + me — G — H

In cunctis montibus meis gladium: ait dominus deus. Gladi⁹ vniuscuiusque in fratrem suum dirigetur: et iudicabo eum peste et sanguine et imbre vehementi: et lapidibus immensis. Ignem et sulphur pluam super eum et super exercitum eius: et super populos multos qui sunt cum eo. Et magnificabor et sanctificabor: et not⁹ ero in oculis multarum gentium: et scient quia ego dominus.

¶ Ca. Sū. ¶ In nouissimis diebus insurget gog et magog: et congregatione auium et bestiarum ad edenda cadauera eorum. Cap. xxxix.

A Tu autem fili hominis vaticinare aduersum gog et dices. Hec dicit dñs deus. Ecce ego super te gog principem capitis mosoch et thubal et circumagam te et + educam te et ascendere + te faciam de lateribus aquilonis: et adducam te super montes israel: et percutiam arcum tuum in manu sinistra tua: et sagittas tuas de manu dextera tua deiiciam. Deiiciam te super montes israel: cades tu et omnia agmina tua et populi tui qui sunt tecum. Feris: auibus: omnique volatili celi et bestiis terre dedi te ad deuorandum. Super faciem agri cades:

B quia ego locutus sum: ait dominus deus. Et immittam ignem in magog et in his qui habitant in insulis confidenter: et scient quia ego dominus: + et nomen sanctum meum notum faciam in medio populi mei israel: et non polluam nomen sanctum meum amplius: et scient gentes: quia ego dominus sanctus israel. Ecce venit et factum est: ait dominus deus. Hec est dies de qua locutus sum. Et egredientur habitatores + de ciuitatibus israel: et succendent et comburent arma: clypeum + et hastas arcum et sagittas et baculos manuum et contos: et succendent ea igni septem annis. Et non portabunt ligna de regionibus: neque + succendent de saltibus: quoniam arma succendent igni et depredabuntur eos quib⁹ prede fuerant: et diripient vastatores suos: ait dominus deus. Et erit in die illa: dabo gog locum nominatum sepulchrum in israel: vallem viatorum ad orientem maris: que obstupescere faciet pretereuntes. Et sepelient ibi gog: et omnem multitudinem eius: et vocabitur vallis multitudinis gog: et sepelient eos domus israel: vt mundent terram septem mensibus. Sepeliet autem + eum omnis populus terre: et erit eis nominata dies in qua glorificatus sum: ait dñs deus. Et viros iugiter constituent lustrantes terram qui sepeliant et requirant eos qui remanserant super faciem terre vt emundent eam. Post menses autem septem querere incipient et circuibunt peragrantes terram. Cumque viderint os hominis: statuent iuxta illud titulum donec sepeliant illud pollinctores in valle multitudinis gog. Nomen autem ciuitatis amona et mundabunt terram. Tu autem fili hominis: hec dicit dominus deus: dic omni volucri et vniuersis auibus cunctisque bestiis agri. Conuenite: properate: concurrite vndique ad victimam meam quam ego immolo vobis: victimam grandem super montes israel: et comedatis + carnem et bibatis sanguinem. Carnes fortium comedetis et sanguinem principum terre bibetis: arietum et agnorum et hyrcorum thaurorumque et altilium et pinguium omnium. Et comedetis adipem in saturitatem: et bibetis sanguinem in ebrietatem: de victima quam ego + immolaui vobis: et saturabimini super mensam meam de equo et equite forti: et de vniuersis viris bellatorib⁹: ait dñs de⁹. Et ponam gloriam meam in gentibus: et videbunt omnes gentes iudicium meum quod fecerim: et manum meam quam posuerim super eos. Et scient dom⁹ israel quia ego dñs deus eorum: a die illa et deinceps. Et scient + gentes quoniam + in iniquitate sua capta sit domus israel: et quod dereliquerit me: et absconderim faciem meam ab eis: et tradiderim eos in man⁹ hostium: et ceciderint in gladio vniuersi. Iuxta + immundiciam eorum et + scelus feci eis: et abscondi faciem meam ab illis. Propterea hec dicit dñs deus. Nunc reducam captiuitatem iacob et miserebor omnis domus israel. Et assumam zelum pro nomine sancto meo: et portabunt confusionem suam et omnem preuaricationem quam preuaricati sunt in me cum habitauerint in terra sua confidenter neminem formidantes: et reduxero eos de populis et congregauero de terris inimicorum suorum et sanctificatus fuero in eis in oculis gentium plurimarum. Et scient quia ego dñs deus eorum: eo quod transtulerim eos in nationes: et congregauerim eos super terram suam: et non dereliquerim quemquam ex eis ibi. Et non abscondam vltra faciem meam ab eis: eo quod effuderim spiritum meum super omnem domum israel: ait dñs deus.

Marginalia (left): Al's + seducere eis non hz + te — Al's + hz. deus — Al's + vibium — Al's + hastam. — C — Al's + succēdēt

Marginalia (right): al's non est + eum vel eo — D — E — Al's + carnes. — Al's + immolabo — F — al. + oēs — Al's + pp iniquitates. vl. 70. c. ieiunius. ij. — Al's + immundicias. — Al's + sceleras — G — S. 36. ca.

¶ Ca. Sū. ¶ De edificatiōe ciuitatis ⁊ viro qui stabat in porta: ⁊ mēsurabat murū exteriorē cū calamis suis: ⁊ ī vestib⁹ ⁊ gazophilatijs diuersis q̄ erāt in vestibulis: ⁊ de locis deputatis ad custodiā tēpli ⁊ altaris: de mēsa atrij ⁊ altaris holocaustorū: de mēsura vestibuli templi. Cap. xl.

A In vicesimoquinto anno trāsmigratiōis nr̄e in exordio āni decima mēsis quartodecimo anno postq̄ꝫ pcussa ē ciuitas in ipsa hac die facta est sup me manus domini: ⁊ adduxit me illuc in visionibus dei. Adduxit me in terram israel: ⁊ dimisit me super montem excelsum nimis: super quem erat quasi edificium ciuitatis vergentis ad austrum: ⁊ introduxit me illuc. Et ecce vir cuius erat ✝ species quasi species eris: ⁊ funiculus lineus in manu eius ⁊ calamus mēsure in manu eius. Stabat autē in porta: ⁊ locutus est ad me idē vir. Fili hominis: vide oculis tuis: ⁊ auribus tuis audi: ⁊ pone cor tuum in ✝ omnia que ego ostendā tibi: q: vt ostēdatur tibi adductus es huc. Annuncia oia que tu vides domui isrl̄. Et ecce murus forinsecus in circuitu domus vndiq̄ꝫ: ⁊ in manu viri calamus mensure sex cubitorum ⁊ palmo. B Et mensus est latitudinem edificij calamo vno: altitudinem quoq̄ꝫ calamo vno. Et venit ad portam que respiciebat viam orientalem: ⁊ ascendit per gradus eius. Et mensus est limē porte calamo vno: latitudinē .i. limē vnum calamo vno in latitudine ⁊ thalamum vno calamo in longum: ⁊ vno calamo in latum: ⁊ inter thalamos quinq̄ꝫ cubitos: ⁊ limen porte iuxta vestibulum porte intrinsecus calamo vno. Et mēsus est vestibulum porte octo cubitorū: ⁊ frontem eius duobus cubitis. Vestibulum autem porte erat intrinsecus. Porro thalami porte ad viam orientalem tres hinc ⁊ tres inde mensura vna trium: ⁊ mensura vna frontium ex vtraq̄ꝫ parte. Et mensus est latitudinem liminis porte decem cubitorum: ⁊ longitudinem porte tredecim cubitorum: ⁊ marginem ante thalamos cubiti vnius: ⁊ cubitus vnus finis vtrinq̄ꝫ. Thalami autem sex cubitorum erant hinc ⁊ inde. C Et mensus est portaꝫ a tecto thalami vsq̄ꝫ ad tectū eius: latitudinem viginti quinq̄ꝫ cubitorꝫ: ostiū cōtra ostium. Et fecit frontes per sexaginta cubitos: ⁊ ✝ ad frontem atrium porte vndiq̄ꝫ per circuitum: ⁊ ante faciem porte que pertingebat vsq̄ꝫ ad faciem vestibuli porte interioris quinquaginta cubitos: ⁊ fenestras obliquas in thalamis ⁊ in frontib⁹ eorum: que erant intra portam vndiq̄ꝫ p circuitum. Similiter autēꝫ erant ⁊ in vestibulis fenestre per gyrum intrinsecus ⁊ ante frontes pictura palmarum ✝ celata. Et eduxit me ad atriuꝫ exterius: ⁊ ecce gazophilatia ⁊ pauimentum stratum lapide in atrio p circuitum. Triginta gazophilatia in circuitu pauimēti: ⁊ pauimētum in fronte portarum fm longitudinem portarum erat inferius. Et mensus est latitudinē a facie porte inferioris vsq̄ꝫ ad frontem atrij interioris extrinsecus: centū cubitos ad orientem: ⁊ ✝ aquilonē. D Portā vero que respiciebat viā aquilonis atrij exterioris mensus est: taꝫ in longitudine q̄ꝫ in latitudine: ⁊ thalamos ei⁹ tres hinc: ⁊ tres inde: ⁊ frontem eius ⁊ vestibulum eius fm mensuraꝫ porte prioris: quinquaginta cubitorum longitudineꝫ eius: ⁊ latitudinem viginti q̄nq̄ꝫ cubitorū. Fenestre autēꝫ eius ⁊ vestibulū ⁊ sculpture fm mensurā porte que respiciebat ad orientem: ⁊ septem graduū erat ascēsus eius. Et vestibulum ante ✝ eā ⁊ porte atrij interioris contra portam aquilonis ⁊ orientalem. Et mensus est a porta vsq̄ꝫ ad portam centum cubitos. Et eduxit me ad viam australē: ⁊ ecce porta que respiciebat ad austrum. Et mensus est frontē ei⁹ ⁊ vestibulū eius iuxta mensuras superiores: ⁊ fenestras eius ⁊ vestibula i circuitu sicut fenestras ceteras q̄nquaginta cubitorum longitudine: ⁊ latitudine viginti quinq̄ꝫ cubitorum

Marginalia:
als ✝ aspectus
hr ✝ om⁹
ue pe. vi. 2. c. dum stāti
als ✝ a fronte
als ne... hz ✝ ... lata
als ✝ ... aquilone
als hab... ✝ ea
als no... hz ✝ ... vel ...

cubitoꝝ: ⁊ in gradibus septē ascēdebatur ad eam. Et vestibulū ante fores eius: ⁊ celate palme erāt vna hinc ⁊ altera inde in fronte eius: ⁊ porta atrij interioris in via australi. Et mēsus est a porta vsq; ad portam in via australi centū cubitos. Et

E

introduxit me in atrium interius ad portam australē: ⁊ mēsus est ad portaȝ iuxta mēsuras superiores: thalamū eius ⁊ frōtem eius ⁊ vestibulū eius hisdem mēsuris: ⁊ fenestras eius ⁊ + vestibuli in circuitu quinquaginta cubitos lōgitudinis ⁊ latitudinis vigintiquinq; cubitos ⁊ vestibulū per gyruȝ lōgitudine vigintiquinq; cubitoꝝ: ⁊ latitudine quinq; cubitoꝝ. Et vestibulū eius ad atriuȝ exteri⁹: ⁊ + palmas eius in frōte: ⁊ octo gradus erāt qb⁹ ascēdebat per eā. Et introduxit me in atriuȝ interius per viā orientalem: ⁊ mensus est portam s̄ȝ mēsuras superiores: thalamū eius ⁊ frōtem eius ⁊ vestibulū eius sicut supra: ⁊ fenestras ei⁹ ⁊ vestibula in circuitu: lōgitudine quinquaginta cubitoꝝ: latitudine vigintiquinq; cubitoꝝ: ⁊ vestibulū ei⁹. i. atrij exterioris ⁊ palme celate in frōte eius hinc ⁊ inde: ⁊ octo gradib⁹ ascēsus eius.

[margin: al. + vestibuloꝝ] [margin: alias + palme]

F

Et introduxit me ad portā que respiciebat ad aquilonē: ⁊ mensus est s̄m mēsuras superiores thalamū eius ⁊ frōtē eius ⁊ vestibulū ei⁹ ⁊ fenestras ei⁹ per circuitū lōgitudine quinquaginta cubitoꝝ: ⁊ latitudine vigintiquinq; cubitoꝝ ⁊ vestibulū ei⁹ respiciebat ad atriū exteri⁹: ⁊ celatura palmarū in frōte ei⁹ hinc ⁊ inde, Et in octo gradib⁹ ascēsus ei⁹: ⁊ per singula gazophilatia ostiū in frōtib⁹ portaꝝ: ibi lauabant holocaustū. Et in vestibulo porte due mēse hic ⁊ due mēse ide: vt imolet̄ sup eas holocaustū: ⁊ p̄ pctō ⁊ p̄ delicto. Et ad lat⁹ exterius qd ascēdit ad ostiū porte que pergit ad aquilonē due mēse. Et ad lat⁹ alteruȝ ante vestibulū porte due mēse. Quattuor mense hinc ⁊ quattuor mēse inde. Per latera porte octo mēse erāt sup quas imolabant. Quattuor aūt mense ad holocaustū de lapidib⁹ quadris extructe: longitudine cubiti vni⁹ ⁊ dimidij: ⁊ latitudine cubiti vni⁹ ⁊ dimidij: ⁊ altitudine cubiti vni⁹: super quas ponent vasa in quibus imolatur holocaustū ⁊ + victima. Et labia earū palmi vni⁹: reflexa intrinsec⁹ p̄ circuitū.

[margin: alias + victime]

G

fistule cythare: sambuce & psalterii: symphonie & omnis generis musicorum: cadentes omnes populi: tribus & lingue adorauerunt statuam auream quam constituerat nabuchodonosor rex. Statimque in ipso tempore accedentes viri chaldei accusauerunt iudeos: dixeruntque nabuchodonosor B regi. Rex in eternum viue. Tu rex posuisti decretum vt omnis homo qui audierit sonitum tube fistule & cythare: & sambuce & psalterii & symphonie: & vniuersi generis musicorum prosternat se & adoret statuam auream. Si quis autem non procidens adorauerit: mittatur in fornacem ignis ardentis. Sunt ergo viri iudei quos constituisti super opera regionis babylonie + sidrac misac & abdenago: viri isti contempserunt rex decretum tuum. Deos tuos non colunt: & statuam auream quam erexisti non adorant. Tunc nabuchodonosor in furore & ira precepit vt adducerentur sidrac misac & abdenago. Qui confestim adducti sunt in conspectu regis. Pronuncians que nabuchodonosor rex ait eis. Vere ne sidrac misac & abdenago deos meos non colitis & statuam auream quam constitui non adoratis? Nunc ergo si estis parati: quacunque hora audieritis sonitum tube fistule cythare sambuce & psalterii & symphonie: omnisque generis musicorum prosternite vos & adorate statuam quam feci. Quod si non adoraueritis: eadem hora mittemini in fornacem ignis ardentis. Et quis est deus qui eripiat vos de manu mea. Respondentes sidrac misac & abdenago: dixerunt regi nabuchodonosor. Non oportet nos de hac re respondere tibi. Ecce enim deus noster quem colimus potest eripere nos de camino ignis ardentis: & de manibus tuis o rex liberare. Quod si noluerit: notum sit tibi rex quia deos tuos non colimus: & statuam auream quam erexisti non adoramus. Tunc nabu C chodonosor repletus est furore: & aspectus faciei illius immutatus est super sidrac misac & abdenago. Et precepit vt succenderetur fornax septuplum quam succendi consueuerat & viris fortissimis de exercitu suo iussit vt ligatis pedibus sidrac misac & abdenago mitterent eos in fornacem ignis ardentis. Et confestim viri illi vincti cum brachiis suis & thiaris & calciamentis & vestibus: missi sunt in medium fornacis ignis ardentis. Nam iussio regis vrgebat. Fornax autem succensa erat nimis. Porro viros illos qui miserant sidrac misac & abdenago interfecit flamma ignis. Viri autem hi tres idest sidrac misac & abdenago ceciderunt in medio camini ignis ardentis colligati. ¶ Que sequuntur in hebreis voluminibus non reperi. Et ambulabant in medio flamme laudantes deum: & benedicentes domino. Stans autem azarias orauit sic. Aperiensque os suum in medio ignis ait. Benedictus es domine deus patrum nostrorum: & laudabile & gloriosum nomen tuum in secula: quia iustus es in omnibus que fecisti nobis: & vniuersa opera tua vera: & vie tue recte: & omnia iudicia tua vera. Iudicia enim vera fecisti iuxta omnia que induxisti super nos & super ciuitatem sanctam patrum nostrorum hierusalem: quia in veritate & in iudicio induxisti omnia hec propter peccata nostra. Peccauimus enim & inique egimus recedentes a te: & deliquimus in omnibus: & precepta tua non audiuimus: nec obseruauimus nec fecimus sicut preceperas nobis: vt bene nobis esset. Omnia ergo que induxisti super nos: & vniuersa que fecisti nobis in vero iudicio fecisti: & tradidisti nos in manibus inimicorum nostrorum iniquorum & pessimorum preuaricatorumque & regi iniusto & pessimo vltra omnem terram. Et nunc non possumus aperire os. Confusio & opprobrium facti sumus seruis tuis: & his qui colebant te. Ne D quesumus tradas nos in + perpetuum propter nomen tuum: & ne dissipes testamentum tuum: neque auferas misericordiam tuam a nobis propter habraam dilectum tuum & isaac seruum tuum: & israel sanctum tuum: quibus locutus es pollicens quod multiplicares semen eorum sicut stellas celi: & sicut arenam que est in littore maris: quia domine imminuti sumus plusquam omnes gentes: sumusque humiles in vniuersa terra hodie propter peccata nostra. Et non est in tempore hoc princeps & dux & propheta: neque holocaustum neque sacrificium neque oblatio neque incensum neque locus primitiarum coram te: vt possimus inuenire misericordiam tuam: sed in animo contrito & spiritu humilitatis suscipiamur. Sicut in holocausto arietum & taurorum: & sicut in millibus agnorum pinguium: sic fiat sacrificium nostrum

Marginalia: Sup. 2. a. / Sup. 3. c. / Infra 6. b. / Al. + sidrach. / Infra 10. / 3. re. 8. e. / Al. + opprobrium.

ne seruirent et ne adorarent omnem deum excepto deo suo. A me ergo positum est hoc decretum: vt omnis populus: tribus: et lingua quecunque locuta fuerit blasphemiam contra deum sidrac misac et abdenago disperea: et domus eius vastetur. Neque enim est alius deus: qui possit ita saluare. Tunc rex promouit sidrac misac et abdenago in prouincia babylonis. Nabuchodonosor rex omnibus populis gentibus et linguis qui habitant in vniuersa terra: pax vobis multiplicetur. Signa et mirabilia fecit apud me deus excelsus. Placuit ergo mihi predicare eius signa quia magna sunt: et mirabilia eius quia fortia: et regnum eius quia regnum sempiternum et potestas eius in generatione et generationem.

Ca. Sum. Aliud somnium regis et de interpretatione danielis: de amissione regni et habitatione eius cum bestijs: comeditque fenum vt bos: et restitutione propter penitentiam regis: et de arbore. Cap. iiij.

A Ego nabuchodonosor quietus eram in domo mea: et florens in palatio meo. Somnium vidi quod perterruit me: et cogitationes mee in strato meo: et + visiones capitis + mei conturbauerunt me. Et per me propositum est decretum vt introducerentur in conspectu meo cuncti sapientes babylonis: et vt solutionem somnij indicarent mihi. Tunc ingrediebantur arioli magi chaldei et aruspices: et somnium narraui in conspectu eorum: et solutionem eius non indicauerunt mihi: donec collega ingressus est in conspectu meo daniel: cui nomen baltasar secundum nomen dei mei qui habet spiritum deorum sanctorum in semetipso: et somnium coram ipso locutus sum. Balthasar princeps ariolorum: quoniam ego scio quod spiritum sanctorum deorum habeas in te: et omne sacramentum non est impossibile tibi: visiones somniorum meorum quas vidi: et solutionem earum narra. Uisio

B capitis mei in cubiculo meo. Uidebam: et ecce arbor in medio terre: et altitudo eius nimia. Magna arbor et fortis: et proceritas eius contingens celum. Aspectus illius erat vsque ad terminos vniuerse terre. Folia eius pulcherrima: et fructus eius nimius: et esca vniuersorum in ea. Subter eam habitabant animalia et bestie: et in ramis eius conuersabantur volucres celi: et ex ea vescebatur omnis caro. + Uidebam in visione capitis mei super stratum meum: et ecce vigil et sanctus de celo descendit: clamauit fortiter et sic ait. Succidite arborem et precidite ramos eius: excutite folia eius et dispergite fructus eius: fugiant bestie que subter eam sunt: et volucres de ramis

C eius. Uerum tamen germen radicum eius in terra sinite: et alligetur vinculo ferreo et ereo in herbis que foris sunt: et rore celi tingatur: et cum feris pars eius in herba terre. Cor eius ab humano commutetur: et cor fere detur ei: et septem tempora mutentur super eum. In sententia vigilum decretum est: et sermo sanctorum et petitio donec cognoscant viuentes: quoniam dominatur excelsus in regno hominum: et cuicunque voluerit dabit illud: et humillimum hominem + constituerit super eum. Hoc somnium vidi ego nabuchodonosor rex. Tu ergo balthasar interpretationem narra festinus: quia omnes sapientes regni mei non queunt solutionem edicere mihi. Tu autem potes: quia spiritus deorum sanctorum in te est. Tunc daniel + cuius nomen balthasar cepit intra semetipsum tacitus cogitare quasi vna hora: et cogitationes eius

D conturbabant eum. Respondens autem rex ait. Balthasar: somnium et interpretatio eius non conturbent te. Respondit balthasar: et dixit. Domine mi somnium his qui te oderunt: et + interpretatio eius hostibus tuis sit. Arborem quam vidisti sublimem atque robustam: cuius altitudo pertingit ad celum: et aspectus illius in omnem terram: et rami eius pulcherrimi: et fructus eius nimius: et esca omnium in ea: subter eam habitantes bestie agri: et in ramis eius commorantes aues celi: tu es rex + qui magnificatus es et inualuisti: et magnitudo tua creuit et peruenit vsque ad celum: et potestas tua et terminos vniuerse terre. Quod autem vidit rex vigilem et sanctum descendere de celo et dicere: succidite arborem et dissipate illam: attamen germen radicum eius in terra dimittite et vinciatur ferro et ere in herbis foris: et rore celi conspergatur et cum feris sit pabulum eius

E donec septem tempora mutentur super eum. Hec est interpretatio sententie altissimi: que peruenit super dominum meum regem. Eijcient te ab hominibus: et cum bestijs ferisque erit habi-

Margin notes: ...di.ix.c.i. / ...i.q.3.ca. / ...pro eo: / ...i.q.4.c. / ...qui vult. / ...no iue... / ...uif.c. na... / ...uchodo... / ...nosor. / ...ira.7.b. / Al. + Sic videbas. / Alias + constituet super eo. / Alias + cui / Alias + visio. / ...es non / ...+ mei / Alias + interpretationes / Alias + quia

Iob. 40. b.
Infra. 5. f.
infra eo.

tatio tua: et fenū vt bos comedes: et rore celi infunderis. Septē quoqʒ tēpora mutabūtur super te: donec sciās q dominet excelsus super regnū hominū: et cuicūqʒ voluerit det illud. Qʒ autē precepit vt relinqueretur germē radicū eius id est arboris: regnū tuum tibi manebit postqʒ cognoueris potestatē esse celestē. Quāobrez rex cōsilium meum placeat tibi: et peccata tua elemosynis redime: et iniquitates tuas misericordijs pauperū: forsitan ignoscet deus delictis tuis. Omnia + hec venerūt super nabuchodonosor regem. Post finem mēsium duodecim in aula babylonis deambulabat. Respōditqʒ rex et ait. Nōne hec est babylon ciuitas magna quā ego edificaui in domū regni in robore fortitudinis mee: et in gloria decoris mei? Cūqʒ sermo adhuc esset in ore regis: vox de celo ruit. Tibi dr nabuchodonosor rex. Regnū tuū trāsibit a te: et ab hominibus eijciēt te: et cū bestijs et feris erit habitatio tua: fenū quasi bos comedes et septem tēpora mutabūtur super te: donec sciās q dominet excelsus in regno hominū: et cuicūqʒ voluerit det illud. Eadē hora sermo cōpletus est super nabuchodonosor: et ex hominibus abiectus est: et fenū vt bos comedit: et rore celi corpus eius infectū est donec capilli eius in similitudinē aquilarū crescerēt: et vngues eius quasi vngues auium. Igitur post finē dierū ego nabuchodonosor oculos meos ad celum leuaui et sensus meus redditus est mihi: et altissimo benedixi: et viuētez in sempiternū laudaui et glorificaui: qr potestas eius potestas sempiterna: et regnū eius in generatiōe et generatione: et oēs habitatores terre apud eū in nihilū reputati sunt. Iuxta voluntatem enī suam + facit tā in virtutibus celi qʒ in habitatoribus terre: et nō est qui resistat manui eius et dicat ei: quare fecisti. In ipso tempore sensus meus reuersus ē ad me: et ad honorē regni mei decorēqʒ perueni: et figura mea reuersa ē ad me: et optimates mei et magistratus mei requierūt me: et in regno meo restitutus sum: et magnificētia amplior addita est mihi. Nūc igit ego nabuchodonosor laudo et magnifico et glorifico regē celi: qr oīa opera eius vera: et omnes vie eius iudicia: et gradiētes in superbia potest humiliare.

Alias non hʒ + hec
f
Sup eod.
B
Infra. 7. b.
Alias + fecit. 17. q. 4. c. infer.
23. q. 5. c. si. 25. q. 5. c. i.
De pe. di. j. c. peni. qʒ et i cʒ obrē. 24. q. 4. c. nabuchodonosor.

¶ Ca. Vū. ¶ Balthasar bibēs in vasis templi: vidit manum scribētem in pariete: mane thetel phares: et iuxta interpretatiōnem danielis perdidit regnū: et successit ei darius. Cap. v.

Balthasar rex fecit grāde cōuiuium optimatibus suis mille: et vnusquisqʒ sm suā bibebat etatē. Precepit ergo iā temulētus: vt afferrent vasa aurea et argētea: q asportauerat nabuchodonosor pater eius de templo qd fuit in hierusalē: vt biberēt in eis rex et optimates eius: vxoresqʒ eius et cōcubine. Tūc allata sunt vasa aurea que asportauerat de templo qd fuerat in hierusalem: + et biberunt in eis rex et optimates eius vxores et cōcubine illius. Bibebāt vinū et laudabāt deos suos aureos et argēteos et ereos ferreos ligneosqʒ et lapideos. In eadem hora apparuerūt digiti quasi manus hominis scribētis contra cādelabrum in superficie parietis aule regie. Et rex aspiciebat articulos manus scribentis. Tūc facies regis commutata est: et cogitatiōes eius cōturbabāt eū: et compages renum eius soluebātur: et genua eius ad seinuicem collidebantur. Exclamauit itaqʒ rex fortiter vt introducerēt magos chaldeos et aruspices. Et proloquēs rex ait sapiētibus babylonis. Quicūqʒ legerit scripturā hāc: et interpretationē eius manifestā mihi fecerit: purpura vestiet et torquē auream habebit in collo: et tertius in regno meo erit. Tūc ingressi oēs sapiētes regis nō potuerūt nec scripturā legere: nec interpretationem eius indicare regi. Unde rex balthasar satis cōturbatus est: et vultus illius immutatus est. Sz et optimates eius turbabantur. Regina aūt pro re que acciderat regi et optimatibus eius domū cōuiuij ingressa est: et ploquēs ait. Rex in eternū viue. Nō te conturbēt cogitatiōes tue: neqʒ facies tua immutetur. Est vir in regno quo spiritum deorū sanctorū habet in se: et in diebus patris tui scia et sapiētia inuēte sunt in eo. Nam et rex nabuchodonosor pr tuus principes magorū incātatorū chaldeorū et aruspicū cōstituit eū. Pater inqʒ tuus o rex qr spūs amplior et prudētia itelligētiaqʒ et iterpretatio + somniorū et ostēsio secretorū ac solutio ligatorū inuēte sūt in eo: hoc est in daniele: cui rex posuit nomen balthasar.

B
Alias + vt bibere[illegible]
B
C
S. 2. e. et S. 3. b. et infra. 6. b.
Alias + sermonū
Alias n[illegible] hʒ + e[illegible]

thasar. Nūc itaq daniel vocet̃ ⁊ interpꝛetationē narrabit. Igitur introduct⁹ est daniel corā rege. Ad quē p̄fatus rex ait. Tu es daniel de filijs captiuitatis iude: quē adduxerat pater me⁹ rex de iudea. Audiui de te qm̄ spūm deoꝝ habeas: ⁊ sciētia intelligētiaq ac sapiētia amplioꝛes inuente sunt in te. Et nūc introgressi sunt in cōspectu meo sapiētes magi vt scripturā hāc legerent: ⁊ interpꝛetationē eius indicarēt mihi ⁊ nequiuerūt sensum hui⁹ sermonis edicere. Porro ego audiui de te ꝙ possis obscura interpꝛtari: ⁊ ligata dissoluere. Si ergo vales scripturā legere ⁊ interpꝛetationē ei⁹ indicare mihi: purpura vestieris: ⁊ torquē aureā circa collū tuū habebis: ⁊ tertius in regno meo pꝛinceps eris. Ad ꝗ

E rn̄dens daniel: ait corā rege. Munera tua sint tibi: ⁊ dona domus tue alteri da: scripturā aūt legam tibi rex: ⁊ interpꝛetationem eius ostēdā tibi. O rex: de⁹ altissim⁹ regnū ⁊ magnificētiā gloriā ⁊ honorē dedit nabuchodonosoꝛ patri tuo: ⁊ ꝓp magnificētiā quā dederat ei vniuersi populi trib⁹ ⁊ lingue tremebāt ⁊ metuebāt eū. Quos volebat interficiebat: quos volebat ꝑcutiebat: quos volebat exaltabat: ⁊ quos volebat humiliabat. Quādo aūt eleuatū est coꝛ eius: ⁊ spūs illi⁹ obfirmat⁹ est ad supbiam: depositus est de solio regni sui: ⁊ gloria ei⁹ ablata est: ⁊ a filijs hominū eiectus

F est. Sed ⁊ coꝛ ei⁹ cū bestijs positū est: ⁊ cum onagris erat habitatio ei⁹. Fenum quoq vt bos comedebat: ⁊ roꝛe celi coꝛp⁹ ei⁹ infectū est: donec cognosceret ꝙ potestatē haberet altissim⁹ in regno hominū: ⁊ quēcūq voluerit suscitabit sup illud. Tu quoq filius ei⁹ balthasar nō humiliasti coꝛ tuū cū scires hec omnia: sed aduersum dominatoꝛē celi eleuat⁹ es. Et vasa dom⁹ ei⁹ allata sunt corā te: ⁊ tu ⁊ optimates tui ⁊ vxores tue ⁊ ꝯcubine tue vinum bibistis in eis. Deos quoq ⁊ argēteos ⁊ aureos ⁊ ereos ferreos ligneosq ⁊ lapideos qui nō vident neq audiūt neq sentiunt laudasti.

(sup. 4. c.)

G Porro deū qui hꝫ flatū tuū in manu sua ⁊ oēs vias tuas: nō gloꝛificasti. Idcirco ab eo missus est articulus man⁹ que scripsit hoc qḋ exaratū est. Hec est aūt scriptura ꝗ digesta est. Mane thecel phares. Et hec interpꝛetatio sermonis. Mane numerauit deus regnum tuum ⁊ compleuit illud.

(12. q. 2. ca. aurū. de cō. sig. c. iiij de ꝯse. di. j c. vl. Numēta.)

Thecel: appēsus es in statera: ⁊ inuentus es min⁹ hn̄s. Phares: diuisū est regnū tuū: ⁊ datū est medis ⁊ persis. Tūc iubēte rege: indutus est daniel purpura: ⁊ circūdata est toꝛques aurea collo ei⁹: ⁊ predicatū est de eo ꝙ haberet potestatē terti⁹ in regno. Eadē nocte interfect⁹ est balthasar rex chalde⁹: ⁊ darius medus successit in regnū annos natus sexagintaduos.

¶ Cap. Sū. ¶ Satrape accusant regi dario danielē: missus est in lacū leonū: ⁊ a domino liberatus. Cap. vi.

A Placuit dario ⁊ constituit super ✠ regnum satrapas centum viginti vt essent in toto regno suo: ⁊ super eos pꝛincipes tres ex quibus daniel vnus erat vt satrape illis redderent rationem: ⁊ rex nō sustineret molestiam. Igitur daniel superabat omnes pꝛincipes ⁊ satrapas: qꝛ spiritus dei amplioꝛ erat in illo. Porro rex cogitabat constituere eum super omne regnū. Unde pꝛincipes ⁊ satrape querebāt occasionem vt inuenirent danieli ex latere regis: nullamq causam ⁊ suspitionē reperire potuerunt: eo ꝙ fidelis esset: ⁊ oīs culpa ⁊ suspitio non inueniretur in eo. Dixerunt ergo viri illi. Non inuenimus

(al. ✠ regū)

B danieli huic aliquā occasionem: nisi foꝛte in lege dei sui. Tūc pꝛincipes ⁊ satrape surripuerūt regi: ⁊ sic locuti sunt ei. Dari rex in eternum viue. Consilium inierūt omnes pꝛincipes regni tui: magistratus ⁊ satrape senatoꝛes ⁊ iudices vt decretum ✠ imperatoꝛiū exeat ⁊ edictū: vt omnis qui petierit aliquam petitionem a quocūq deo ⁊ homine vsq ad triginta dies nisi a te rex: mittatur in lacum leonum. Nūc itaq rex confirma sententiam: ⁊ scribe decretū vt non immutetur quod statutum est a medis ⁊ persis: nec preuaricari cui ꝗ liceat. Porro rex darius pꝛoposuit edictum ⁊ statuit.

(sup. 2. a. sup. 3. b. su p. 5. c. infra op. als ✠ imperatoꝛis.)

C Quod cum daniel cōperisset id est constitutam legē: ingressus est domum suam: ⁊ fenestris apertis in cenaculo suo contra hierusalem tribus tēpoꝛibus in die flectebat genua sua ⁊ adorabat: confitebaturq coꝛam deo suo sicut ⁊ ante facere consueuerat. Uiri ergo illi curiosius inquirētes inuenerūt danielem oꝛantem ⁊ obsecrantem deū suū. Et accedentes locuti sunt regi super edicto. Rex nūquid non constituisti vt omnis

homo qui rogaret quicq̃ de diis ⁊ homi-
nib⁹ vsq̃ ad dies triginta nisi te rex: mit
teretur in lacum leonu3? Ad quos respõ
dens rex ait. Uerus est sermo iuxta decre
tum medorum atq̃ persarum: qđ preua
ricari nõ licet. Tũc respõdẽtes dixerũt
coram rege. Daniel de filiis captiuitatis iu
de non curauit de lege tua ⁊ de edicto qđ
constituisti: sed tribus temporib⁹ per diẽ
orat obsecratione sua. Quod verbum cũ
audisset rex: satis contristatus est: ⁊ pro da
niele posuit cor vt liberaret eum: ⁊ vsq̃ ad
occasum solis laborabat vt erueret illum.
Uiri autẽ illi intelligẽtes regem: dixerũt
ei. Scito rex q2 lex medorum atq̃ persarum
est: vt omne decretum quod constituerit
rex nõ liceat immutari. Tũc rex precepit
⁊ adduxerunt danielem ⁊ miserunt eum
in lacum leonũ. Dixitq̃ rex danieli. De⁹
tuus quem colis semper: ipse liberabit te.
Allatusq̃ est lapis vnus ⁊ positus est sup
os laci: quem obsignauit rex annulo suo
⁊ annulo optimatum suorũ: ne quid fie-
ret contra danielem. Et abiit rex in domũ
suam ⁊ dormiuit incenatus: cibiq̃ non
sunt allati coram eo: insuper ⁊ somnus re
cessit ab eo. Tũc rex primo diluculo con
surgens festinus ad lacum leonum perre
xit. Appropinquãsq̃ lacui: danielem vo-
ce lachrymabili inclamauit: ⁊ affatus est
eum. Daniel serue dei viuẽtis: deus tuus
cui tu seruis semper: putasne valuit te li
berare a leonibus? Et daniel regi respon
dens ait. Rex in eternum viue. Deus me⁹
misit angelum suũ ⁊ conclusit ora leonũ
⁊ nõ nocuerunt mihi: q2 coram eo iusti-
tia inuenta est in me. Sed ⁊ coram te rex
delictum nõ feci. Tũc vehementer rex ga-
uisus est super eo: ⁊ danielẽ precepit edu
ci de lacu. Eductusq̃ ẽ daniel đ lacu: ⁊ nul
la lesio inuẽta est in eo: quia credidit deo
suo. Jubẽte autem rege adducti sunt viri
illi q accusauerũt danielem ⁊ in lacũ leo-
num missi sunt: ipsi filii ⁊ vxores eorum:
⁊ nõ peruenerũt vsq̃ ad pauimentum la
ci donec arriperẽt eos leões: ⁊ omnia ossa
eorũ comminuerũt. Tunc darius rex scri-
psit vniuersis populis: tribub⁹ ⁊ linguis
habitãtibus in vniuersa terra. Pax vobis
multiplicetur. A me constitutũ est decre-
tum: vt in vniuerso imperio ⁊ regno meo
tremiscant ⁊ paueant deum danielis. Ipse
est enim deus viuens ⁊ eternus in secula
⁊ regnum eius nõ dissipabitur: ⁊ potestas
eius vsq̃ in eternum. Ipse liberator atq̃
saluator: faciens signa ⁊ mirabilia in celo
⁊ in terra: qui liberauit danielem de lacu
leonum. Porro daniel perseuerauit vsq̃
ad regnum darii regnumq̃ cyri perse.

D E F G — Hebr.11.e. — mat.2.f. — Supra.2.a.⁊ 3.d.⁊.5.c. — Supra eo.

¶ Capituli. Sũmarium. ¶ Uisio quat-
tuor animaliu3 in figura, q̃ttuor regno-
rum: de antiquo dierum: de auditu filii ho
minis: ⁊ de antixpo: ⁊ de iudicio. Ca. vii.

Anno primo balthasar regis babylõis
daniel somnium vidit. Uisio autẽ ca
pitis eius in cubili suo. Et somnium scri-
bens breui sermone comprehẽdit: sũma-
timq̃ perstringens ait. Uidebam in visio-
ne mea nocte: ⁊ ecce quattuor vẽti celi pu
gnabãt in mari magno: ⁊ quattuor bestie
grandes ascendebant de mari diuerse in-
ter se. Prime quasi leena: ⁊ alas habebat
aquile. Aspiciebam donec euulse sunt ale
eius: ⁊ sublata est de terra: ⁊ super pedes q̃-
si homo stetit: ⁊ cor eius datum est ei. Et ec
ce bestia alia similis urso: in parte stetit: ⁊
tres ordines erant in ore eius ⁊ in dẽti-
bus eius: ⁊ sic dicebãt ei. Surge comede
carnes plurimas. Post hec aspiciebam ⁊
ecce alia quasi pardus: ⁊ alas habebat qua
si auis quattuor super se. Et quattuor ca-
pita erant in bestia: ⁊ potestas data est ei.
Post hec aspiciebam in visione noctis: ⁊
ecce bestia quarta terribilis atq̃ mirabi-
lis: ⁊ fortis nimis. Dentes ferreos habe-
bat magnos: comedens atq̃ cõminuẽs:
⁊ reliqua pedibus suis conculcans. Dissi
milis autem erat ceteris bestiis quas vi-
deram ante eam: ⁊ habebat cornua decem.
Considerabam cornua: ⁊ ecce cornu aliud
paruulum ortum est de medio eorum: ⁊

A B — ac.⁊ infra nu. — Infra eo.

tria de cornibus primis euulsa sunt a fa-
cie ei⁹. Et ecce oculi quasi oculi hominis
erant in cornu isto: et os loquēs ingētia.
Aspiciebam donec throni positi sunt: et an
tiquus dierū sedit. Vestimentū eius can
didum quasi nix: et capilli capitis ei⁹ qua
si lana munda. Thronus eius + flamme
ignis: + rote eius ignis accensus: fluui⁹
igneus rapidusque egrediebatur a facie ei⁹.
Milia milium ministrabant ei: et decies
+ centena milia assistebant ei. Iudicium
sedit: et libri aperti sunt. Aspiciebam pro-
pter vocem sermonum grandium quos
cornu illud loquebatur. Et vidi quoniā
interfecta esset bestia: et perisset corpus ei⁹:
et traditū esset ad cōburēdum igni: aliarū
quoque bestiarū ablata esset potestas: et tem
pora vite cōstituta essent eis usque ad tem-
pus et tēpus. Aspiciebam ergo in visione
noctis et ecce cū nubibus celi quasi filius
hominis veniebat: et usque ad antiquū die
rum peruenit: et in cōspectu eius obtule
runt eū. Et dedit ei potestatem et honorem
et regnum: et oēs populi tribus et lingue
ipsi seruient. Potestas eius potestas eter
na que nō auferetur: et regnū eius qd̄ nō
corrūpetur. Horruit spiritus meus. Ego
daniel territus sum in his: et visiones ca
pitis mei conturbauerūt me. Accessi ad
vnū de assistētib⁹: et veritatem querebam
ab eo de omnib⁹ his. Qui dixit mihi in-
terpretationem sermonum: et docuit me.
Hee quattuor bestie magne quattuor sunt
regna que consurgent de terra. Suscipi-
ent autem regnum sancti dei altissimi: et
obtinebunt regnum usque in seculum et
in seculum seculorum. Post hoc volui li-
benter discere de bestia q̄rta: que erat dissi
milis valde ab oībus et terribilis nimis.
Dētes et vngues ei⁹ ferrei comedebat et cō
minuebat: et reliqua pedib⁹ suis cōculca-
bat. Et de cornib⁹ decem que habebat in ca
pite: et de illo qd̄ ortū fuerat: ante qd̄ cecide
rant tria cornua: et de cornu illo qd̄ habe-
bat oculos: et os loquēs grādia: et maius
erat ceteris. Aspiciebam et ecce cornu illd̄
faciebat bellū aduersus sanctos: et preualebat
eis: donec venit antiqu⁹ dierū: et iudiciū
dedit sanctis excelsi: et tēpus aduenit: et re-
gnū obtinuerunt sancti. Et sic ait. Bestia
q̄rta: regnū quartū erit in terra qd̄ mai⁹
erit omnib⁹ regnis: et deuorabit vniuer-

C | al's + flāma | al's + currus | D | apoc. 5. c. al's + milies | Sup̄ eo. Mat. 24. | Iosu 4. 8. | E | F

sam terrā: et cōculcabit et cōminuet eā. Por
ro cornua decem ipsi⁹ regni decem reges
erūt: et ali⁹ cōsurget post eos: et ipse poten-
tior erit priorib⁹ et tres reges humiliabit.
Et sermones cōtra excelsum loquetur: et san-
ctos altissimi conteret. Et putabit qd̄ pos-
sit mutare tēpora et leges: et tradent in ma
nu eius usque ad temp⁹ et tempora et dimi
diū tēporis. Et iudiciū sedebit ut auferā-
tur potētia: et conteratur et dispereat usque in
finem. Regnū aūt et potestas et magnitu-
do regni que est + subter omne celum detur
populo sanctorū altissimi: cui⁹ regnum: re
gnum sempiternū est: et omnes reges ser
uient ei et obedient. Hucusque finis verbi.
Ego daniel multū cogitationib⁹ meis cō
turbabar: et facies mea mutata est in me:
verba aūt in corde meo cōseruaui.

¶ Cap. 8. ¶ De ariete et hyrco: et inter-
pretationib⁹ arietis et hyrci. Ca. viij.

Anno tertio regni balthasar regis vi
sio apparuit mihi. Ego Daniel post
id quod videram in principio vidi in vi
sione mea cū essem in susis castro quod
est in elam + regione. Vidi aūt in visio-
ne esse me super portam vlai: et leuaui ocu
los meos et vidi. Et ecce aries vnus stabat
ante paludem habens cornua excelsa: et
vnū excelsius altero atque succrescens. Po
stea vidi arietem cornibus ventilantem
contra occidentem et contra aquilonem
et contra meridiem et omnes bestie non
poterāt resistere ei neque liberari de manu
eius. Fecitque s̄m volūtatem suā: et magni
ficatus est. Et ego intelligebā. Ecce autem
hyrcus caprarū veniebat ab occidente su-
per faciem totius terre: et nō tangebat ter
ram. Porro hyrcus habebat cornu insigne
inter oculos suos: et venit usque ad arietem

B | al's + super locei A | A | al's + ciuitate | B

arietum cornutum quem videram stantem ante portam: et cucurrit ad eum in impetu fortitudinis sue. Cumque appropinquasset prope arietem efferatus est in eum: et percussit arietem et comminuit duo cornua eius: et non poterat aries resistere ei. Cumque misisset eum in terram conculcauit: et nemo quibat liberare arietem de manu eius. Hyrcus autem caprarum magnus C factus est nimis. Cumque creuisset fractum est cornu magnum: et orta sunt quattuor cornua subter illud per quattuor ventos celi. De vno autem ex eis egressum est cornu vnum modicum: et factum est grande contra meridiem et contra orientem et contra fortitudinem. Et magnificatum est vsque ad fortitudinem celi: et deiecit de fortitudine et de stellis: et conculcauit eas. Et vsque ad principem fortitudinis magnificatum est: et ab eo tulit iuge sacrificium: D et deiecit locum sanctificationis eius. Robur autem datum est + ei contra iuge sacrificium propter peccata: et prosternetur veritas in terra: et prosperabitur et faciet. Et audiui vnum de sanctis loquentem: et dixit vnus sanctus alteri nescio cui loquenti. Usquequo visio et iuge sacrificium et peccatum desolationis que facta est: et sanctuarium et fortitudo conculcabitur? Et dixit ei. Usque ad vesperam et mane + dies duo milia trecenti: et mundabitur sanctuarium. Factum est autem cum viderem ego daniel visionem et quererem intelligentiam: ecce stetit in conspectu meo quasi species viri. Et audiui vocem E viri inter vlai: et clamauit et ait. Gabriel fac intelligere istam visionem. Et venit: et stetit iuxta vbi ego stabam. Cumque venisset: pauens corrui in faciem meam: et ait ad me. Intellige fili hominis: quoniam in tempore finis complebitur visio. Cumque loqueretur ad me: collapsus sum pronus in terram. Et tetigit me: et statuit me F in gradu meo: dixitque mihi. Ego ostendam tibi que futura sunt in nouissimo maledictionis: quoniam habet tempus finem suum. Aries quem vidisti habere cornua: rex medorum est atque persarum. Porro hyrcus caprarum: rex grecorum est: et cornu grande quod erat inter oculos eius: ipse est rex primus. Quod autem fracto illo surrexerunt quattuor pro eo: quattuor reges de gente eius consurgent: sed non in fortitudine eius. Et post regnum eorum cum creuerint iniquitates: consurget rex impudens facie: et intelligens propositiones: et roborabitur fortitudo eius: sed non in viribus suis: et supra quam credi potest vniuersa vastabit: et prosperabitur et faciet. Et interficiet robustos et populum sanctorum secundum voluntatem suam: et dirigetur dolus in manu eius: et cor suum magnificabit: et in copia rerum omnium occidet plurimos. Et contra principem principum consurget: et G sine manu conteretur. Et visio vespere et mane que dicta est: vera est. Tu ergo visionem signa: quia post multos dies erit. Et ego daniel langui et egrotaui per dies. Cumque surrexissem faciebam opera regis: et stupebam ad visionem: et non erat qui interpretaretur.

¶ Capituli. Summarium. ¶ De oratione danielis: de verbo angeli: et de septuaginta hebdomadibus. Cap. ix.

In anno primo darij filij assueri de semine medorum qui imperauit super regnum chaldeorum: anno vno regni eius: ego daniel intellexi in libris numerum annorum de quo est sermo domini ad hieremiam prophetam vt complerentur desolationis hierusalem septuaginta anni. Et posui faciem meam ad dominum deum meum rogare et deprecari in ieiunijs sacco et cinere: et oraui ad dominum deum: et confessus sum: et dixi. Obsecro domine deus magne et terribilis custodiens pactum et misericordiam diligentibus te et custodientibus mandata tua. Peccauimus: iniquitatem fecimus: impie egimus: et recessimus et declinauimus a mandatis tuis ac iudicijs. Non obediuimus seruis tuis prophetis qui locuti sunt in nomine tuo regibus nostris: principibus nostris: patribus nostris: omnique populo terre. Tibi domine iustitia: nobis autem confusio faciei sicut est hodie viro iuda et habitatoribus hierusalem et omni israel his qui prope sunt: et his qui procul in vniuersis terris ad quas eiecisti eos propter iniquitates eorum: in quibus peccauerunt in te domine. Nobis confusio faciei regibus nostris: principibus nostris et patribus nostris qui peccauerunt. Tibi autem domino deo nostro misericordia et propitiatio: quia recessimus a te: et non audiuimus vocem domini dei nostri: vt ambularemus in lege eius quam posuit nobis per seruos suos prophetas: et omnis israel preuaricati sunt legem tuam: et declinauerunt ne audirent vocem tuam: et stillauit super nos maledictio et detestatio que scripta est in libro C moysi serui dei: quia peccauimus ei. Et statuit sermones suos quos locutus est super nos et super principes nostros qui iudica-

[Margin notes: Alias non habet + ei. — Alias non habet + dies. — Infra. 9. f. — De pe. di. j. c. perdiderat. — 2. Esdr. j. b. — infra eo. — A — B]

uerunt nos: vt ✝ superinduceret in nos magnum malũ quale nũq̃ fuit ab omni celo: ſm q̃ factũ eſt in hieruſalem: ſicut ſcriptũ eſt in lege moyſi. Omne malũ hoc venit ſuper nos. Et nõ rogauim⁹ faciem tuã dñe deus noſter vt reuerteremur ab iniquitatib⁹ noſtris: ⁊ cogitarem⁹ veritatem tuã. Et vigilauit dñs ſup malitiã: ⁊ adduxit eã ſuper nos. Juſtus dñs de⁹ noſter in omnib⁹ operib⁹ ſuis que fecit. Nõ. n. audiuimus vocẽ eius. Et nũc dñe deus noſter qui eduxiſti pplm tuũ de terra egypti in manu forti: ⁊ feciſti tibi nomẽ ſm diem hãc: peccauim⁹: iniq̃tatem fecim⁹ dñe in oẽm iuſtitiã tuã. Auertatur obſecro ira tua: ⁊ furor tuus a ciuitate tua hieruſalẽ ⁊ ✝ a monte ſancto tuo. Propter peccata eni͛ nr̃a ⁊ iniq̃tates patrũ noſtrorũ: hieruſalẽ ⁊ ppl̃s tuus in opprobrium ſunt omnib⁹ per circuitũ noſtrũ. Nunc ✝ ergo exaudi de⁹ noſter orõnẽ ſerui tui: ⁊ preces ei⁹: ⁊ oſtẽde faciẽ tuã ſup ſanctuariũ tuũ qđ deſertu͛ eſt. Propter temetipſum inclina deus me⁹ aurẽ tuã ⁊ audi: aperi oculos tuos ⁊ vide deſolationẽ noſtrã ⁊ ciuitatẽ: ſup quã inuocatũ eſt nomẽ tuũ. Neq̃ eni͛ in iuſtificationib⁹ noſtris pſternimus preces ante faciẽ tuã: ſed in miſerationib⁹ tuis multis. Exaudi dñe: placare dñe: attende ⁊ fac. Ne moreris ppter temetipſm deus me⁹: q: nomẽ tuũ inuocatũ eſt ſup ciuitatẽ ⁊ ſup populũ tuũ. Cũq̃ adhuc loquerer ⁊ orarẽ ⁊ cõfiterer peccata mea ⁊ peccata populi mei iſrael vt pſternerẽ preces meas in cõſpectu dei mei: p mõte ſancto dei mei: adhuc me loquente in orõne mea ecce vir gabriel quẽ videram in viſione a pncipio cito volãs tetigit me in tẽpore ſacrificij veſpertini ⁊ docuit me ⁊ locutus eſt mihi: dixitq̃ Daniel nũc egreſſus ſum vt docerẽ te ⁊ intelligeres. Ab exordio precũ tuarũ egreſſus eſt ſermo. Ego aũt veni vt indicarẽ tibi: q: vir deſideriorum es. Tu aũt animaduerte ſermonẽ: ⁊ intellige viſionem. Septuaginta hebdomades abbreuiate ſunt ſup populũ tuu͛: ⁊ ſuper vrbem ſanctã tuam vt conſumet preuaricatio: ⁊ finem accipiat peccatum: ⁊ deleatur iniquitas: ⁊ adducatur iuſtitia ſempiterna: ⁊ impleatur viſio ⁊ pphetia ⁊ vngatur ſanctuſſanctorũ. Scito ergo ⁊ animaduerte ab exitu ſermonis vt iterũ edificetur hieruſalẽ vſq̃ ad chriſtũ ducẽ: hebdomades ſepte͛: ⁊ hebdomades ſexagintadue erunt. Et rurſum edificabit platea: ⁊ muri in anguſtia tẽporũ. Et poſt hebdomades ſexagintaduas, occidet chriſt⁹: ⁊ nõ erit eius ppl̃s qui eũ negaturus eſt. Et ciuitatẽ ⁊ ſanctuariũ diſſipabit ppl̃us cũ duce venturo: ⁊ finis ei⁹ vaſtitas: ⁊ poſt finem belli ſtatuta deſolatio. Confirmabit aũt pactũ multis hebdõas vna: ⁊ in dimidio hebdomadis deficiet hoſtia ⁊ ſacrificiũ ⁊ erit in templo abominatio deſolatiõis: ⁊ vſq̃ ad conſumationem ⁊ finem perſeuerabit deſolatio.

Ca. X. De apparitione viri, veſtiti lineis: de michaele ⁊ principibus, grecorũ ⁊ perſarum. Cap. X.

Anno tertio regni cyri regis perſarũ verbũ reuelatũ eſt danieli cognomẽto balthaſar ⁊ verbũ verũ ⁊ fortitudo magna: intellexitq̃ ſermonem. Intelligẽtia eni͛ eſt opus in viſione. In diebus illis ego daniel lugebã triũ hebdomadarum dieb⁹: panẽ deſiderabilẽ nõ comedi: ⁊ caro ⁊ vinũ nõ introierũt in os meũ. S͛ neq̃ vnguẽto vnct⁹ ſum: donec cõplerentur triũ hebdomadarũ dies. Die aũt viceſima ⁊ quarta mẽſis primi erã iuxta fluuium magnũ q eſt tygris: ⁊ leuaui oculos meos ⁊ vidi. Et ecce vir vn⁹ veſtit⁹ lineis: ⁊ renes ei⁹ accincti auro obrizo: ⁊ corp⁹ eius quaſi chryſolit⁹: ⁊ facies ei⁹ velut ſpẽs fulguris: ⁊ oculi ei⁹ vt lampas ardẽs ⁊ brachia ei⁹ ⁊ que deorſum ſunt vſq̃ ad pedes quaſi ſpẽs eris candẽtis: ⁊ vox ſermonu͛ ei⁹ vt vox multitudinis. Uidi aũt ego daniel ſolus viſionẽ. Porro viri q erãt mecu͛ non viderũt: ſed terror nimi⁹ irruit ſup eos: ⁊ fugerũt in abſcõditũ. Ego aute͛ relict⁹ ſolus vidi viſionẽ grãde͛ hãc: ⁊ nõ remãſit in medio fortitudo: ſ͛ ⁊ ſpecies mea immutata eſt in me: ⁊ emarcui: nec habui q̃cq̃ viriũ. Et audiui vocẽ ſmonũ eius: ⁊ audiens iacebam conſternatus ſup faciem meam: ⁊ vultus meus herebat terre. Et ecce man⁹ tetigit me: ⁊ erexit me ſuper genua mea ⁊ ſup articulos manuũ mearũ. Et dixit ad me: Daniel vir deſideriorum: intellige verba que ego loquor ad te: ⁊ ſta in gradu tuo. Nunc enim ſum miſſus ad te. Cũq̃ dixiſſet mihi ſermonem iſtum ſteti tremens: ⁊ ait ad me. No

Marginalia: al. ✝ ſup. induceret. | D | Baſ. 2. c. ſup eo. | Als non h͛ ✝ a | al. nõ h͛ ✝ ergo | E | vl. xi. c. ecclĩaſtica rũ in gl. de pe. di. j. c. pdixit. | F | ſup. 8. c. | infra. 10. b. | G | Math. 24. b. | A | B | infra eo. | ſup. 9. f. ⁊ infra eo. | C

Noli metuere Daniel: quia ex die primo quo posuisti cor tuum ad intelligendum vt te affligeres in conspectu dei tui: exaudita sunt verba tua: et ego veni propter sermones tuos. Princeps autem regni persarum restitit mihi viginti et vno diebus: et ecce Michael vnus de principibus primis venit in adiutorium meum: et ego remansi ibi iuxta regem Persarum. Ueni autem vt docerem te que ventura sunt populo tuo in nouissimis diebus: quoniam adhuc visio in dies. Cumque loqueretur mihi huiuscemodi verbis: deieci vultum meum ad terram: et tacui. Et ecce quasi similitudo filij hominis tetigit labia mea: et aperiens os meum locutus sum: et dixi ad eum qui stabat contra me. Domine mi in visione tua dissolute sunt compages mee et nihil in me remansit virium. Et quomodo poterit seruus domini mei loqui cum domino meo? nihil enim in me remansit virium: sed et halitus meus intercluditur. Rursum ergo tetigit me quasi visio hominis: et confortauit me et dixit. Noli timere vir desideriorum: pax tibi: confortare et esto robustus. Cumque loqueretur mecum conualui: et dixi. Loquere domine mi: quia confortasti me. Et ait. Nunquid scis quare venerim ad te. Et nunc reuertar vt prelier aduersum principem persarum. Cum enim ingrederer apparuit princeps grecorum veniens. Ueruntamen annunciabo tibi quod expressum est in scriptura veritatis: et nemo est adiutor meus in omnibus his: nisi Michael princeps vester.

D — supra eo. — L.o.f.c. s.eodem

¶ Ca. xi. ¶ Predicit angelus danieli de regibus persarum: et de rege qui est antichristus qui extollit se contra dominum. Cap. xj.



Ego autem + a primo anno darij medij stabam vt confortaretur et roboraretur. Et nunc veritatem annunciabo tibi. Ecce adhuc tres reges stabunt in persida: et quartus ditabitur opibus nimijs super omnes. Et cum inualuerit diuitijs suis concitabit omnes aduersum regnum grecie. Surget vero rex fortis et dominabitur potestate multa: et faciet quod placuerit ei. Et cum steterit conteretur regnum eius et diuidetur in quattuor ventos celi: sed non in posteros eius neque secundum potentiam illius qua dominatus est. Lacerabitur enim regnum eius etiam in + externos exceptis his. Et confortabitur rex austri et de principibus eius preualebit super eum. Et dominabitur ditione. Multa enim dominatio eius. Et post finem annorum federabuntur. Filiaque regis austri veniet ad regem aquilonis facere amicitiam: et non obtinebit fortitudinem brachij: nec stabit semen eius. Et tradetur ipsa: et qui adduxerunt eam adolescentes eius: et qui confortabant eam in temporibus. Et stabit de germine radicum eius plantatio: et veniet cum exercitu: et ingredietur prouinciam regis aquilonis: et abutetur eis et obtinebit. Insuper et deos eorum et sculptilia: vasa quoque preciosa auri et argenti captiua ducet in egyptum. Ipse preualebit aduersus regem aquilonis. Et intrabit in regnum rex austri: et reuertetur ad terram suam. Filij autem eius prouocabuntur et congregabunt multitudinem exercituum plurimorum. Et veniet properans et inundans: et reuertetur et concitabitur et congredietur cum robore eius. Et prouocatus rex austri egredietur et pugnabit aduersus reges aquilonis: et preparabit multitudinem nimiam et dabitur multitudo in manus eius: et capiet multitudinem et exaltabitur + cor eius: et deijciet multa milia sed non preualebit. Conuertetur enim rex aquilonis et preparabit multitudinem multo maiorem quam prius. Et in fine temporum annorumque veniet properans cum exercitu magno et opibus nimijs. In temporibus illis multi consurgent aduersus regem austri. Filij quoque preuaricatorum populi tui extollentur vt impleant visionem: et corruent. Et veniet rex aquilonis et comportabit aggerem et capiet vrbes munitissimas et

A — alo + ab anno primo — alo + exteros — B — alo + cornu — C

brachia austri nõ sustinebũt. Et cõsurgẽt ele cti eius ad resistẽdũ: ⁊ nõ erit fortitudo. Et faciet veniẽs super eũ iuxta placitũ suum: ⁊ nõ erit q̃ stet contra faciem eiꝰ: ⁊ stabit in terra inclyta ⁊ cõsumet̃ i manu eiꝰ: ⁊ ponet faciem suam: ⁊ veniet ad tenendũ vniuersum regnũ eiꝰ: ⁊ recta faciet cũ eo. Et filiã feminarũ dabit ei vt euertat † illũ ⁊ nõ stabit nec illiꝰ erit. Et cõuertet faciem suã ad insulas ⁊ capiet multas: ⁊ cessare faciet principẽ opprobrij sui: ⁊ opprobriũ eius cõuertet̃ i eũ. Et cõuertet faciẽ suã ad imperiũ terre sue: ⁊ impinget ⁊ corruet ⁊ nõ inuenietur. Et stabit in loco eiꝰ vilissimus ⁊ indignꝰ decore regio: ⁊ in paucis diebꝰ cõteret̃ nõ in furore nec i prelio. Et stabit in loco eiꝰ despectus: ⁊ nõ tribuet̃ ei honor regius. Et veniet clam ⁊ obtinebit regnũ in fraudulẽtia. Et brachia pugnãtis expugnabũtur a facie eiꝰ ⁊ cõterent̃. Insup ⁊ dux federis. Et post amicitias cũ eo faciet dolũ: ⁊ ascendet ⁊ superabit in modico pplo: ⁊ abũdantes ⁊ vberes vrbes ingredietur. Et faciet que nõ fecerũt patres eius ⁊ patres patrũ eiꝰ. Rapinas ⁊ predam ⁊ diuitias eorũ dissipabit: ⁊ cõtra firmissimas cogitatiões † inibit: ⁊ hoc vsq̃ ad tempus. Et cõcitabit̃ fortitudo eius: ⁊ cor eiꝰ aduersum regẽ austri in exercitu magno. Et rex austri puocabit̃ ad bellũ multis auxilijs ⁊ fortibꝰ nimis: ⁊ nõ stabũt: quia inibũt aduersus eũ cõsilia. Et comedẽtes panem cũ eo cõterent illũ: exercitusq̃ eius opprimet̃: ⁊ cadẽt interfecti plurimi. Duorũ quoq̃ regũ cor erit vt male faciant: ⁊ ad mẽsam vnam mẽdaciũ loquent̃ ⁊ non proficiẽt: quia adhuc finis in aliud tẽpus. Et reuertet̃ in terram suã cũ opibꝰ multis: ⁊ cor eius aduersũ testamentũ sanctũ: ⁊ faciet ⁊ reuertetur in terram suam. Statuto tempore reuertet̃ ⁊ veniet ad austrũ: ⁊ nõ erit priori similе nouissimũ. Et veniẽt sup eũ trieres ⁊ romani: ⁊ percutiet̃ ⁊ reuertet̃. Et indignabitur cõtra testamẽtũ sanctuarij ⁊ faciet reuerteturq̃: ⁊ cogitabit aduersũ eos q̃ dereliquerũt testamẽtum sanctuarij. Et brachia ex eo stabũt ⁊ polluẽt sanctuariũ fortitudinis: ⁊ auferẽt iuge sacrificium: ⁊ dabũt abominationẽ in desolationẽ. Et impij in testamentũ simulabũt fraudulenter. Populus autem sciẽs deum suũ obtinebit ⁊ faciet. Et docti in pplo docebũt plurimos: ⁊ ruẽt in gladio ⁊ in flãma: ⁊ in † captiuitate ⁊ in † rapina dierũ. Cũq̃ corruerint subleuabunt̃ auxilio paruulo: ⁊ applicabũt̃ eis plurimi fraudulẽter. Et de eruditis ruent vt cõflent̃ ⁊ eligant̃ ⁊ dealbentur: vsq̃ ad tempus prefinitũ: q2 adhuc aliud tẽpus erit. Et faciet iuxta voluntatẽ suam rex. Et leuabit̃ ⁊ magnificabitur aduersus omnem deũ: ⁊ aduersus deũ deorum loquetur magnifica: ⁊ diriget̃ donec compleatur iracundia. Perpetrata q̃ppe est diffinitio. Et deum patrum suorũ non reputabit: ⁊ erit in cõcupiscentijs feminarũ: nec quẽq̃ deorũ curabit: q2 aduersum vniuersa cõsurget. Deũ aũt maozim in loco suo venerabitur ⁊ deum quẽ ignorauerũt patres eiꝰ colet auro ⁊ argẽto ⁊ lapide p̃cioso rebusq̃ preciosis. Et faciet vt muniat maozim cũ deo alieno quẽ nõ cognouit: ⁊ multiplicabit gloriã: ⁊ dabit eis potestatẽ in multis: ⁊ terras diuidet gratuito. Et in tẽpore prefinito preliabitur aduersus eũ rex austri: ⁊ q̃si tẽpestas veniet cõtra illũ rex aquilonis in curribꝰ: ⁊ in equitibus ⁊ in classe magna: ⁊ ingredietur terras: ⁊ cõteret ⁊ pertrãsiet. Et introibit in terram gloriosam: ⁊ multi corruẽt. Hec aũt sole saluabunt̃ de manu eiꝰ edom ⁊ moab ⁊ † principes filiorũ ammon. Et mittet manũ suam in terras: ⁊ terra egypti nõ effugiet. Et dominabitur thesaurorũ auri ⁊ argẽti, ⁊ in omnibꝰ preciosis egypti. Per lybiã quoq̃ ⁊ ethyopiã transibit: ⁊ fama turbabit eũ ab oriẽte ⁊ ab aquilone: ⁊ veniet in multitudine magna vt cõterat ⁊ interficiat plurimos. Et figet tabnaculũ suũ † apedno inter duo maria sup montẽ inclytũ ⁊ sanctum: ⁊ veniet vsq̃ ad summitatem eius ⁊ nemo auxiliabitur ei.

¶ Ca. Sũ. ¶ De resurrectione bonorũ ⁊ malorũ: de eminentia ⁊ claritate doctorũ: de iudicij dñi: de libro clauso: de signatis sermonibus. Cap. xij.

In tpe aũt illo cõsurget michael princeps magnus q̃ stat pro filijs populi tui: ⁊ veniet tps quale nõ fuit ab eo ex quo gẽtes esse ceperunt vsq̃ ad tempus illud. Et in tpe illo saluabit̃ pplꝰ tuus: oĩs qui inuẽtus fuerit scriptus in libro. Et multi de his q̃ dormiũt i terre puluere euigilabũt: alij in vitã eternã: alij in opprobriũ: vt videãt semp. Qui aũt docti fuerint, fulgebũt quasi splendor firmamenti: ⁊ qui ad iusti

[Marginalia: al' † illud (D); al' † iniet (E); al' † captiuitatem, al' † rapinam (F); infra. 12. c.; G; al' † principium.; al' † apedno; A; B]

stiam erudiunt multos: quasi stelle in perpetuas eternitates. Tu autem Daniel claude sermones: et signa librum usque ad tempus statutum. Plurimi pertransibunt: et multiplex erit scientia. Et vidi ego Daniel: et ecce quasi duo alij stabant: unus hinc super ripa fluminis: et alius inde ex altera ripa fluminis. Et dixi viro qui erat indutus lineis: qui stabat super aquas fluminis. Usquequo finis horum mirabilium? Et audiui virum qui indutus erat lineis qui stabat super aquas fluminis: cum eleuasset dexteram et sinistram suam in celum: et iurasset per viuentem in eternum: quia in tempus et tempora dimidium temporis. Et cum completa fuerit dispersio manus populi sancti: complebuntur vniuersa hec. Et ego audiui et non intellexi. Et dixi. Domine mi quid erit post hec? Et ait. Vade Daniel: quia clausi sunt signatique sermones: usque ad prefinitum tempus. Eligentur et dealbabuntur et quasi ignis probabuntur multi. Et impie agent impij: neque intelligent omnes impij. Porro docti intelligent: et a tempore cum ablatum fuerit iuge + sacrificium et posita fuerit abhominatio in desolationem: dies mille ducenti nonaginta. Beatus qui expectat: et peruenit usque ad dies mille trecentos trigintaquinque. Tu autem Daniel vade ad prefinitum: et requiesces et stabis in sorte tua in fine dierum. ¶ Hucusque danielem in hebraico volumine legimus: cetera que sequuntur usque ad finem libri: de theodotionis editione translata sunt.

de magistris. c. si. — C — Sup. 11. f. D — al. nō hz + sacrificium

¶ Cap. Sum. ¶ De duobus presbyteris qui concupierunt susannam: et iudicati sunt a daniele. Cap. xiij.

A — xi. q. 3. ca. q̄ deo.

ET erat vir habitans in babylone: et nomen eius Joachim. Et // accepit vxorem nomine Susannam filiam helchie pulchram nimis et timentem deum. Parentes enim illius cum essent iusti: erudierunt filiam suam secundum legem Moysi. Erat autem Joachim diues valde: et erat ei pomerium vicinum + domui sue: et ad ipsum confluebant iudei: eo quod esset honorabilior omnium. Et constituti sunt duo + senes iudices in illo anno de quibus locutus est dominus: quia egressa est iniquitas de babylone a + senioribus iudicibus qui videbantur regere populum. Isti frequentabant domum Joachim: et veniebant ad eum omnes qui habebant iudicia. Cum autem populus reuertisset + per meridiem ingrediebatur susanna: et deambulabat in pomerio viri sui. Et videbant eam senes quotidie ingredientem et deambulantem: et exarserunt in concupiscentiam eius. Et + euerterunt sensum suum: et declinauerunt oculos suos ut non viderent celum: neque recordarentur iudiciorum iustorum. Erant ergo ambo vulnerati amore eius: nec indicauerunt sibi vicissim dolorem suum. Erubescebant enim indicare sibi concupiscentiam suam: volentes concumbere cum ea. Et obseruabant quotidie sollicitius videre eam. Dixitque alter ad alterum. Eamus domum: quia hora prandij est. Et egressi recesserunt a se. Cumque reuertissent: venerunt in vnum. Et sciscitantes abinuicem causam: confessi sunt concupiscentiam suam. Et tunc in commune statuerunt tempus: quando eam possent inuenire solam. Factum est autem cum obseruarent diem aptum: ingressa est aliquando sicut heri et nudiustertius cum duabus solis puellis voluitque lauari in pomerio. Estus quippe erat: et non erat ibi quisquam preter duos senes absconditos et contemplantes eam. Dixit ergo puellis. Afferte mihi oleum et smigmata: et ostia pomerij claudite ut + lauer. Et fecerunt sicut preceperat. Clauseruntque ostia pomerij: et egresse sunt per posticum ut afferent que iusserat. Nesciebatque senes intus esse absconditos. Cum autem egresse essent puelle: surrexerunt duo senes et accurrerunt ad eam: et dixerunt. Ecce ostia pomerij clausa sunt: et nemo nos videt: et in concupiscentia tui sumus. Quamobrem assentire nobis: et commiscere nobiscum. Quod si nolueris: dicemus contra te testimonium: quod fuerit tecum iuuenis et ob hanc causam emiseris puellas a te. Ingemuit su

al's + domus — al's + seniores — al's + senibus — al's + ad — al's + auerterūt — B — al's + lauem — C

sanna ⁊ ait. Angustie + sunt mihi vndiq;.
Si enim hoc egero: mors mihi est: si autē
non egero non effugiam manus vestras.
Sed melius est mihi absq; opere incide-
re in manus hominum: q̄ peccare in con
spectu domini. Et exclamauit voce magna
susanna: exclamauerunt autem ⁊ senes ad
uersus eam. Et cucurrit vnus ad ostia po-
merij ⁊ aperuit. Cum ergo audissent cla-
mores famuli domus in pomerio: irrue
rūt per + posticum vt viderent q̄dnā esset.
Postq; autem senes locuti sunt erubue-
rūt serui vehementer: q: nunq; dictus fue
rat sermo huiuscemodi de Susanna. Et fa
cta est dies crastina. Cūq; venisset populus
ad ioachim virum eius: venerunt ⁊ duo p̄
sbyteri pleni iniq̄ cogitatione aduersus
susannam vt interficerent eam. Et dixerūt
coram populo. Mittite ad susannā filiam
helchie vxorem ioachim. Et statim miserūt.
Et venit cum parentibus ⁊ filijs ⁊ vniuer
sis cognatis suis. Porro Susanna erat de
licata nimis: ⁊ pulchra facie. At iniqui illi
iusserunt vt discooperiretur: (erat enim coop
ta) vt vel sic satiarentur decore eius. Flebāt
igitur sui: ⁊ omnes qui nouerant eā. Cō-
surgentes autem duo presbyteri in medio
populi: posuerunt manus suas sup caput
eius. Que flens suspexit ad celum. Erat enim
cor eius fiduciam habens in domino. Et
dixerunt presbyteri. Cum deambularem⁹
in pomerio soli: ingressa est hec cū duab⁹
puellis: ⁊ clausit ostia pomerij: ⁊ dimisit a
se puellas. Venitq; ad eam adolescens qui
erat absconditus: ⁊ cōcubuit cū ea. Porro
nos cum essemus in angulo pomerij vidē
tes iniquitatem cucurrimus ad eos: ⁊ vi-
dimus eos pariter cōmisceri. Et illum qui-
dem non quiuimus cōprehendere: q: for
tior nobis erat: ⁊ apto ostio exiliuit. Hāc
autem cum apprehendissemus: interroga
uimus quisnam esset adolescēs: ⁊ noluit i-
dicare nobis. Huius rei testes sum⁹. Cre
didit eis multitudo quasi senibus ⁊ iudi
cibus p̄pli. Et cōdēnauerūt eā ad mortem.
Exclamauit aūt voce magna susanna: ⁊ di-
xit. //Deus eterne q̄ absconditorum es cogni
tor: q nosti oīa anteq; fiant: tu scis q̄m fal-
sum testimoniū tulerūt contra me. Et ecce
morior: cū nihil horum fecerim q̄ isti malicio
se cōposuerūt aduersum me. Exaudiuit au
tem dominus vocem eius//. Cūq; duceret

ad mortem: suscitauit dominus spiritum
pueri iunioris cuius nomen daniel: ⁊ ex
clamauit voce magna. Mundus ego sum a
sanguine huius. Et conuersus omnis po
pulus ad eū dixit. Quis est iste sermo quē
tu locutus es. Qui cū staret in medio eo
rū: ait. Sic fatui filij israel non iudicantes
neq; quod verū est cognoscentes: condem
plurimos. Et figet tabnaculũ suũ a + pethno [al' + apedno]
inter duo maria sup montẽ inclytũ ꝛ san-
ctum: ꝛ veniet vsq̃ ad summitatem eius
ꝛ nemo auxiliabitur ei.

¶ Ca. xij. ¶ De resurrectione bonorũ ꝛ malorũ: de eminentia ꝛ claritate doctorũ: de iudicio domini: de libro clauso: de signatis sermonibus. Cap. xij.

In tpe aũt illo cõsurget michael prin- [A]
ceps magnus q̃ stat p̃ filijs populi tui:
ꝛ veniet tps quale nõ fuit ab eo ex quo gẽ-
tes esse ceperunt vsq̃ ad tempus illud. Et
in tpe illo saluabit̃ pp̃s tuus: oĩs qui in-
uẽtus fuerit scriptus in libro. Et multi de
his q̃ dormiũt i terre puluere euigilabũt:
alij in vitã eternã: alij in opprobriũ: vt vi-
deãt semp. Qui aũt docti fuerint, fulgebũt
quasi splendor firmamenti: ꝛ qui ad iusti- [B]

stiam erudiunt multos: quasi stelle in perpetuas eternitates. Tu autem Daniel claude sermones: et signa librum vsqz ad tempus statutum. Plurimi pertransibunt: et multiplex erit scientia. Et vidi ego Daniel: et ecce quasi duo alij stabant vnus hinc super ripa fluminis: et alius inde ex altera ripa fluminis. Et dixi viro qui erat indutus lineis: qui stabat super aqs fluminis. Usqzquo finis horum mirabilium? Et audiui virum qui indutus erat lineis q stabat super aquas fluminis: cuz eleuasset dexteram et sinistram suā in celū: et iurasset per viuentem in eternuz: q: in tempus et tpa et dimidium tpis. Et cum cōpleta fuerit dispersio manus populi sancti: complebūtur vniuersa hec. Et ego audiui et non intellexi. Et dixi. Domine mi quid erit post hec? Et ait. Uade Daniel: quia clausi sunt signatiqz sermones: vsqz ad prefinitu3 tēpus. Eligentur et dealbabūtur et qsi ignis probabuntur multi. Et impie agent impij: neqz intelligent omnes impij. Porro docti intelligent: et a tempore cum ablatū fuerit iuge + sacrificium et posita fuerit abhominatio in desolationez: dies mille ducenti nonaginta. Beatus qui expectat: et peruenit vsqz ad dies mille trecentos triginta quinqz. Tu autem Daniel vade ad prefinitum: et requiesces et stabis in sorte tua in fine dierum. ¶ Hucusqz danielem in hebraico volumine legimus: et cetera que sequuntur vsqz ad finem libri: de theodotionis editione translata sunt.

¶ Cap. Sum. ¶ De duobus presbyteris qui concupierunt susannam: et iudicati sunt a daniele. Cap. xiij.

Et erat vir habitans in babylone: et nomen eius Joachiz. Et accepit vxorem nomine Susannam filiam helchie pulchram nimis et timentez deum. Parentes enim illius cum essent iusti: erudierunt filiam suam sm legem Moysi. Erat autem Joachim diues valde: et erat ei pomerium vicinum + domui sue: et ad ipsum confluebant iudei eo q esset honorabilior omnium. Et constituti sunt duo + senes iudices in illo anno: de quibus locutus est dominus: q: egressa est iniquitas de babylone a + senioribus iudicibus qui videbantur regere populum. Isti frequentabant domuz Joachim: et veniebāt ad eum omnes qui habebant iudicia. Cū autem populus reuertisset + p meridiem ingrediebatur susanna: et deambulabat in pomerio viri sui. Et videbant eam senes quotidie ingredientem et deambulantez: et exarserūt in concupiscentiā eius. Et + euerterunt sensum suuz: et declinauerūt oculos suos vt non viderent celum: neqz recordarenē iudiciorum iustorum. Erant ergo ambo vulnerati amore eius: nec indicauerunt sibi vicissim dolorem suum. Erubescebant enim indicare sibi concupiscentiā suam: volētes cōcubere cum ea. Et obseruabant quotidie sollicitius videre eam. Dixitqz alter ad alterum. Eamus domuz: q: hora prandij est. Et egressi recesserunt a se. Cumqz reuertissent: venerunt in vnum. Et sciscitantes abinuicē causaz: cōfessi sunt concupiscentiā suam. Et tunc in cōmunē statuerunt tempus: qn eam possent inuenire solaz. Factū est autē cum obseruarēt diez aptum: ingressa est aliqn sicut heri et nudiustertius cuz duabus solis puellis voluitqz lauari in pomerio. Estus quippe erat: et non erat ibi quisqz pter duos senes absconditos et contēplantes eam. Dixit ergo puellis. Afferte mihi oleuz et smigmata: et ostia pomerij claudite vt + lauer. Et fecerunt sicut pceperat. Clauserūtqz ostia pomerij: et egresse sunt p posticū vt afferent q iusserat. Nesciebatqz senes intus esse abscōditos. Cum aūt egresse essent puelle: surrexerunt duo senes et accurrerūt ad eā: et dixerūt. Ecce ostia pomerij clausa sunt: et nemo nos videt: et in cōcupiscētia tui sum⁹. Quāobrē assentire nobis: et cōmiscere nobiscū. Q: si nolueris: dicemus 9 te testimoniuz: q fuerit tecū iuuenis et ob hanc causaz emiseris puellas a te. Ingemuit su

Margin notes: ii magistris. c. h. — C — sup. 11. f. D — h. nō hz + sacrificium — A — su. q. s. ca. q teo. — als + domus — als + seniores — als + senibus — als + ad — al + auerterūt — B — al. + lauē — C

sanna et ait. Angustie + sunt mihi vndique. Si enim hoc egero: mors mihi est: si autem non egero non effugiam manus vestras. Sed melius est mihi absque opere incidere in manus hominum: quam peccare in conspectu domini. Et exclamauit voce magna susanna: exclamauerunt autem et senes aduersus eam. Et cucurrit vnus ad ostia pomerij et aperuit. Cum ergo audissent clamores famuli domus in pomerio: irruerunt per + posticum vt viderent quidnam esset. Postquam autem senes locuti sunt erubuerunt serui vehementer: quia nunquam dictus fuerat sermo huiuscemodi de Susanna. Et facta est dies crastina. Cumque venisset populus ad ioachim virum eius: venerunt et duo presbyteri pleni iniqua cogitatione aduersus susannam vt interficerent eam. Et dixerunt coram populo. Mittite ad susannam filiam helchie vxorem ioachim. Et statim miserunt. Et venit cum parentibus et filijs et vniuersis cognatis suis. Porro Susanna erat delicata nimis: et pulchra facie. At iniqui illi iusserunt vt discooperiretur: (erat enim cooperta) vt vel sic satiarentur decore eius. Flebat igitur sui: et omnes qui nouerant eam. Consurgentes autem duo presbyteri in medio populi: posuerunt manus suas super caput eius. Que flens suspexit ad celum. Erat enim cor eius fiduciam habens in domino. Et dixerunt presbyteri. Cum deambularemus in pomerio soli: ingressa est hec cum duabus puellis: et clausit ostia pomerij: et dimisit a se puellas. Venitque ad eam adolescens qui erat absconditus: et concubuit cum ea. Porro nos cum essemus in angulo pomerij videntes iniquitatem cucurrimus ad eos: et vidimus eos pariter commisceri. Et illum quidem non quiuimus comprehendere: quia fortior nobis erat: et aperto ostio exiliuit. Hanc autem cum apprehendissemus: interrogauimus quisnam esset adolescens: et noluit indicare nobis. Huius rei testes sumus. Credidit eis multitudo quasi senibus et iudicibus populi. Et condemnauerunt eam ad mortem. Exclamauit autem voce magna susanna: et dixit. // Deus eterne qui absconditorum es cognitor: qui nosti omnia antequam fiant: tu scis quoniam falsum testimonium tulerunt contra me. Et ecce morior: cum nihil horum fecerim que isti maliciose composuerunt aduersum me. Exaudiuit autem dominus vocem eius //. Cumque duceretur ad mortem: suscitauit dominus spiritum pueri iunioris cuius nomen daniel: et exclamauit voce magna. Mundus ego sum a sanguine huius. Et conuersus omnis populus ad eum dixit. Quis est iste sermo quem tu locutus es. Qui cum staret in medio eorum: ait. Sic fatui filij israel non iudicantes neque quod verum est cognoscentes: condemnastis filiam israel. Reuertimini ad iudicium: quia falsum testimonium locuti sunt aduersus eam. Reuersus est ergo populus cum festinatione. Et dixerunt ei senes. Veni et sede in medio nostrum: et indica nobis: quia tibi deus dedit honorem senectutis. Et dixit ad eos daniel. Separate illos ab inuicem procul et dijudicabo eos. Cum ergo diuisi essent alter ab altero: vocauit vnum de eis et dixit ad eum. Inueterate dierum malorum nunc venerunt peccata tua que operabaris prius: iudicans iudicia iniusta: innocentes opprimens et dimittens noxios: dicente domino: innocentem et iustum non interficies. Nunc ergo si vidisti eam: dic sub qua arbore videris eos colloquentes sibi. Qui ait. // Sub + scyno. Dixit autem daniel. Recte mentitus es in caput tuum. Ecce enim angelus dei accepta sententia ab eo: scindet te in medium. Et amoto eo iussit venire alium: et dixit ei. Semen chanaan et non iuda species decepit te: et concupiscentia subuertit cor tuum. Sic faciebatis filiabus israel: et ille timentes loquebantur vobis. Sed non filia iuda sustinuit iniquitatem vestram. Nunc ergo dic mihi: sub qua arbore comprehenderis eos loquentes sibi. Qui ait. Sub // + prino. Dixit autem ei daniel. Recte mentitus es et tu in caput tuum. Manet enim angelus dei gladium habens, vt secet te medium: et interficiat vos. Exclamauit itaque omnis cetus voce magna: et benedixerunt deum qui saluat sperantes in se. Et consurrexerunt aduersus duos presbyteros. Conuicerat enim eos daniel: ex ore suo falsum dixisse testimonium. Feceruntque eis sicut male egerant aduersus proximum: vt facerent secundum legem moysi et interfecerunt eos. Et saluatus est sanguis innoxius in die illa. Helchias autem et vxor eius laudauerunt deum pro filia sua susanna cum ioachim marito eius et cognatis omnibus: quia non est inuenta in ea res turpis. Daniel autem factus est magnus in conspectu populi a die illa et deinceps. Et rex astyages appositus est ad patres suos: et suscepit cyrus perses regnum eius.

Marginalia: al. non habet + sit; 4. Regum. 24.c.; al. + posticum; D; E; 12.q.i.ca. de.q.5.c. epis. et. ca. consuluisti de pe. di. 2.c.i. et di. 3.c. inter hec hyr.; cum.j.36. q.i.c. congruum. 12.q.7. item cum balaam 2. Re. 3. f. ac. 20. f.; F; Exo. 23. a.; 12.q.i.ca. in primis al. + schyia. Ilice.; G; al. + lentisco 12.q.i. capi. in primis

¶ Capituli Summarium. ¶ Daniel bel destruxit: draconem interfecit: et mittitur in lacum leonum: vbi Abacuc sibi prandium fecit. Cap. xiiij.

A

Erat autem daniel conuiua regis: et honoratus super omnes amicos eius. Erat quoque idolum apud babylonios nomine bel: et impendebantur in eo per dies singulos simile artabe duodecim: et oues quadraginta: vinique amphore sex. Rex quoque colebat eum: et ibat per singulos dies adorare eum. Porro daniel adorabat deum suum. Dixitque ei rex. Quare non adoras bel? Qui respondens ait ei. Quia non colo idola manufacta: sed viuentem deum qui creauit celum et terram: et habet potestatem omnis carnis. Et dixit rex ad eum. Non videtur tibi esse bel viuens deus: An non vides quanta comedat et bibat quotidie? Et ait daniel arridens. Ne erres rex. Iste est enim intrinsecus luteus: forinsecus ereus: neque comedit aliquando. Et iratus rex vocauit sacerdotes eius: et ait eis. Nisi dixeritis mihi: quis est iste qui comedat impensas has: moriemini. Si autem ostenderitis quoniam Bel comedat hec: morietur Daniel: quia blasphemauit in Bel. Et dixit Daniel regi. Fiat iuxta verbum tuum. Erant autem sacerdotes Bel septuaginta: exceptis vxoribus et paruulis et filiis. Et venit rex cum daniele in templum Belis. Et dixerunt sacerdotes belis. Ecce nos egredimur foras: et tu rex pone escas et vinum misce: et claude ostium et signa anulo tuo. Et cum ingressus fueris mane: nisi inueneris omnia comesta a Bel: + morte moriemur: vel Daniel qui mentitus est aduersum nos. + Confidebant autem quia fecerant sub mensa absconditum introitum: et per illum ingrediebantur semper et deuorabant ea. Factum est igitur postquam egressi sunt illi: et rex posuit cibos ante bel. precepit daniel pueris suis et attulerunt cinerem et cribrauit per totum templum coram rege. Et egressi clauserunt ostium: et signantes anulo regis abierunt. Sacerdotes autem ingressi sunt nocte iuxta consuetudinem suam: et vxores et filii eorum: et comederunt omnia et biberunt. Surrexit autem rex primo diluculo: et daniel cum eo. et ait rex. Salua ne sunt signacula daniel. Qui respondit. Salua rex. Statimque cum aperuisset ostium: intuitus rex mensam exclamauit voce magna. Magnus es bel: et non est apud te dolus quisquam. Et risit daniel. Et tenuit regem ne ingrederetur intro: et dixit. Ecce pauimentum: animaduerte cuius vestigia sint hec. Et dixit rex. Uideo vestigia virorum et mulierum et infantium. Et iratus est rex. Tunc apprehendit rex sacerdotes et vxores et filios eorum: et ostenderunt ei abscondita ostiola per que ingrediebantur et consumebant que erant super mensam. Occidit ergo illos rex et tradidit bel in potestatem danielis: qui subuertit eum et templum eius. Et erat draco magnus in loco illo: et colebant eum babylonii. Et dixit rex danieli. Ecce nunc non potes dicere: quia iste non sit deus viuens. Adora ergo eum. Dixitque daniel regi. Dominum deum meum adoro: quia ipse est deus viuens. Iste autem non est deus viuens. Tu autem rex da mihi potestatem et interficiam draconem absque gladio et fuste. Et ait rex. Do tibi. Tulit ergo daniel picem et adipem et pilos: et coxit pariter: fecitque massas et dedit in os draconis. Et diruptus est draco. Et dixit Daniel. Ecce quem colebatis. Quod cum audissent babylonii: indignati sunt vehementer: et congregati aduersum regem dixerunt. Judeus factus est rex. Bel destruxit: draconem interfecit: et sacerdotes occidit. Et dixerunt cum venissent ad regem. Trade nobis danielem: alioquin interficiemus te et domum tuam. Uidit ergo rex quod irruerent in eum vehementer: et necessitate compulsus tradidit eis danielem. Qui miserunt eum in lacum leonum: et erat ibi diebus sex. Porro in lacu erant leones septem: et dabant eis duo corpora quotidie et due oues: et tunc non data sunt eis vt deuorarent danielem. Erat autem abacuch propheta in iudea: et ipse coxerat pulmentum et intriuerat panes in alueolo: et ibat in campum vt ferret messoribus. Dixitque ange

B Eccl. 30. c
xxij. q. ij. c. vtilem. xxiij. q. v c. si ppea.
C al. nõ hz + morti afs + ztenebant
D
E
F sup. 6. e.

fue dñi ad abacuch. Fer prandiū qđ hēs in babylonē danieli: q ē in lacu leonū. Et dixit abacuch. Dñe: babylonē non vidi: & lacuȝ nescio. Et apphēdit eū angelus dñi in vertice eiꝰ: & portauit eū capillo capitis sui: posuitq3 eū in babylonē sup lacū & in impetu spūs sui. Et clamauit abacuch dicēs. Daniel serue dei: tolle prandiū qđ misit tibi deꝰ. Et ait daniel. Recordatus es mei deꝰ: & nō dereliquisti diligētes te. Surgēsq3 daniel comedit. Porro āgelus dñi restituit abacuch cōfestim in loco suo. Uenit ergo rex die septimo vt lugeret danielē: & venit ad lacū & introspexit. Et ecce daniel sedēs in medio leonū. Et exclamauit voce magna rex dicēs. Magnꝰ es dñe deꝰ danielis. Et extraxit eū + de lacu leonū. Porro illos q perditiōis eiꝰ cā fuerāt: intromisit + in lacū: & deuorati sunt in momēto corā eo.

S · al. nō hȝ + de lacu leonū · al. nō hȝ + in lacū

℄ Explicit daniel propheta.

℄ Incipit plogus in librum duodecim prophetarum.

On idē ordo ē duodecim pphetaꝝ apd hebreos: q ē apd nos. Unde sm id qđ ibi legit: hic quoq3 dispositi sunt. Osee commaticus est: & quasi p sniās loqns. Johel planꝰ in pncipijs: & fine obscurior. Et vsq3 ad malachiā habent singuli pprietates suas: quē esdrā scribā legisq3 doctorē hebrei autumāt. Et qz longū est nūc de omnibus dicere: hoc tm̄ vos o paula & eustochiū āmonitas scire volo vnū libꝝ esse duodecim pphetarū & osee synchronon esaie: malachiam vero aggei & zacharie fuisse tēporibꝰ. In qbus aūt tempus nō prefert in titulo: sub illius eos regibus pphetasse sub qbus & hij qui ante eos habent titulos pphetauerūt.

℄ Item alius prologus.

Regule sūt he sub qbus significationibus noium ad quas tribꝰ per pphetas sermo dñi dirigat. Quotiēs ūq3 ad decē tribus tēdit pphetia: sub his noībus designant .i. effraiȝ. samaria. israel. ioseph. iezrahel. bethel. bethauen. & interdū iacob. Quando aūt ad duas legtur tribus: sub his noībus sermo pfert .i. iudā. hierusalem. beniamin. domus dauid: & interdūȝ iacob. Aliquotiēs israel ad totas duodecim tribus refert. Duplex ē apud hebreos snia de his quatuor verbis qui in capite sūt pnotati. Plerique enim dicūt q ab esdra scriba in oībus pphetis sic fuerit titulatū: vt pscripto vniuscuiusq3 noīe pphetia cuius sit sequēs noscatur. Ipse est aūt esdras qui vltimus pphetarum malachie noīe scribitur. Alij vero dicūt q ab ipsis pphetis per spiritumsanctum vt cetera sunt conscripta.

℄ Incipit plogus in libꝝ osee pphete.

Temporibꝰ ozie & ioathe achaz & ezechie regū iuda & hieroboā filij ioas regis. Osee filiꝰ beeri ad pphetiā dicendaȝ spiritusancto repletus ē. De memorato itaq3 numero regū: Achaz rex iuda: & hieroboā rex israel dominū derelinquētes: vt hystorie regum & paralypomenon indicant: etiā israel idolatrie crimē imperio ac ptāte sua admittere coegerūt. Propter qđ deus ad osee hec locutus est dicēs. Accipe tibi vxorē fornicariaȝ siue fornicationū & fac filios fornicationis. Fornicariaȝ itaq3 nō electione corporis meretricē sed gentilē deum ignorantes appellat: que deū creatoris sui amore cōtēpto simulachrorū se subiecit desiderijs. Sed cū dei precepto ppheta in hac reparuisset conceptum ex consilium iezrahel precepit nominare: deo pollicente post breue tēpus sanguinē iezrahel in domo iehu vindicare. Cuius promissionis hec causa est: iehu per eliseū in regem inuncto ad defendendum sanguinem naboth: cuius iezrahel que tūc tpis metropolis erat quem iezabel achab regis israel vxor interemerat sicut regum hystoria exponit. Is cum grauiter iuxta diuinum preceptum vindicādi

Osee.i. · 4.re.9.a. · 3.re.21.b.

sanguinis causa in omnem memorati domum deseuisset hoc pacto dominum dereliquisse inuenitur: cuius pronepote hierobo am qui lectione cóprehensus est: originis sue facta imitante: ac contra dei precepta et religionem cum populo israel agente: sanguis naboth qui in loco certe iesrael fuerat profusus in domo iehu procuratoris memorati hieroboe pro peccato redundaturus significatur. hinc factú est vt ira dei in populo israel per denunciationem prophete processura diceretur. Domui autem iude misericordia lectione comprehensa ob hoc promissa est: quia ezechias rex iuda fili^9 achaz sublatis idolis que tam pater eius q̃ȝ ceteri reges cósecrauerant templum dei purgasse et purificasse monstratur.

4.re.10.f

4.re.18.a

ℭ Explicit prologus.

ℭ Incipit argumentum in eundem.

Osee crebro nominat effraiz samariá: Joseph: iesrahel et vxorez fornicariam et fornicatióis filios et adulteram cubiculo clausam mariti multo tépore sedere viduá: et sub veste lugubri viri ad se reditum prestolari.

ℭ Explicit argumentum.

ℭ Incipit liber Osee prophete.

ℭ Ca. Sú. ℭ Accipit osee vxorem fornicariam: et de ea tres pueros generat scilicet duos filios et vnam filiaz: cucurrit ad ecclesiam iuda et hierusalem: et fiunt vnú ouilem et vnus pastor.

ℭ Capitulum. .j.

Verbuz domini quod factú est ad osee filius beeri in diebus ozie ioathan achaz et ezechie regú iuda: et in dieb^9 hieroboam filij ioas regis israel. Principiú loquédi + domino in osee. Et dixit dñs ad osee. Uade sume tibi vxoré fornicationum: et fac tibi filios + fornicationum: q: fornicás fornicabitur terra a domino. Et abijt et accepit gomer filiam debelaiz: et cócepit et peperit + ei filiú. Et dixit dominus ad eum. Uoca nomen eius iesrael. Quó adhuc modicum: et visitabo sanguinem iesrahel super domum iehu: et quiescere faciam regnum domus israel. Et in illa die conteram arcum israel: in valle iesrahel. Et concepit adhuc et peperit filiá. Et dixit Uoca nomé eius absq3 misericordia: q: nó addam vltra misereri domui israel: sz obliuione obliuiscar eoruz. Et domui iuda miserebor: et saluabo eos in dño deo suo et nó saluabo eos in arcu et gladio et in bello et in equis et in equitib^9. Et ablactauit eam q̃ erat absq3 misericordia. Et cócepit et peperit filium. Et dixit ei. Uoca nomen eius nó populus meus: q: vos non populus meus: et ego nó ero vester + deus. Et erit numerus filioruz israel quasi arena maris que sine mensura est et nó numerabitur. Et erit i loco vbi dicetur eis: nó populus meus vos dicetur eis filij dei viuentis. Et congregabuntur filij iuda: et filij israel pariter: et ponent sibimet caput vnuz: et ascendent de terra: quia magnus dies iesrahel.

ℭ Ca. Sú. ℭ De vocatione israel ad penitétiam et cómunicationé si peniteat: de captiuitate iude: de cessatione festorum ppter idola: de consolatione liberatióis propter baptismum et penitentiam: de federe: et pace credentium: de desponsatione et conuersione iudeorum. Cap. ij.

Dicite fratribus vestris populus meus: et sorori vestre: misericordias + cósecute. Judicate matré vestraz iudicate: qm̃ ipsa nó vxor mea et ego nó vir ei^9. Auferat fornicatióes suas a facie + sua: et adulteria sua de medio vberum suoruz: ne for

a

al. + dñs

als + fornicationis.

23. q. j. c. pe. et c. si.

Esa. 8. a. infra eo.

als non hz + ei.

B supra eo. infra eo.

C sup̃ eod.

D als non hz + de^9. als hz + dñm.

A als + cósecute.

al + in m ea.

de expoliez eā nudā: ⁊ statuā eā sm diē na tiuitatis sue. Et ponā eā quasi solitudinē: ⁊ statuā eā velut terrā inuiā: ⁊ interficiā eā siti: ⁊ filiorum illius nō miserebor: qꝛ filij fornicationū sunt: qꝛ fornicata est mater eoꝝ. Cōfusa ē que cōcepit eos: qꝛ dixit Uadā post amatores meos q dant panes mihi: ⁊ aquas meas ⁊ lanam meā: ⁊ linū meū oleū meū ⁊ potū meū. Propter hoc ecce ego sepiam viā tuā spinis: ⁊ sepiā eā maceria. Et semitas suas nō inueniet: ⁊ sequet amatores suos ⁊ nō apphēdet eos: ⁊ queret eos ⁊ nō inueniet. Et dicet. Uadā ⁊ reuertar ad virū meū priorē: qꝛ bñ mihi erat tūc magis qꝫ nūc. Et hec nesciuit: qꝛ ego dedi ei frumētum ⁊ vinū ⁊ oleū: ⁊ argentū multiplicaui ei ⁊ aurū q̄ fecerunt baal. Idcirco conuertar ⁊ sumā frumētum meum in tp̄e suo: ⁊ vinū meū in tp̄e suo: ⁊ liberabo lanam meam ⁊ linū meū q̄ operiebāt ignominiā eius. Et nūc reuelabo stulticiā ei⁹ ⁊ in oculis amatoꝝ eius: ⁊ vir nō eruet eā de manu mea. Et cessare faciam oē gaudiū eius: solēnitatē eius: neomeniā eius: sabbatū eius: ⁊ oia festa tp̄a eius. Et corrumpam vineā eius: ⁊ ficum eius. De quibus dixit. Mercedes hec mee sūt quas dederūt mihi amatores mei. Et ponam eam ✝ in saltū: ⁊ comedet eam bestia agri. Et visitabo sup eā dies baalim quibus accēdebat incensū: ⁊ ornabat ī aure sua ⁊ monili suo: ⁊ ibat post amatores suos: ⁊ mei obliuiscebatur dicit dominus. Propter hoc ecce ego lactabo eam ⁊ ducam eam in ✝ solitudinē: ⁊ loquar ad cor ei⁹: ⁊ dabo ei vinitores ei⁹ ex eodē loco: ⁊ vallem achor ad aperiēdā spē. Et canet ibi iuxta dies iuuētutis sue: ⁊ iuxta dies ascēsionis sue de terra egypti. Et erit ī die illo ait dñs: vocabit me vir me⁹ ⁊ nō vocabit me vltra ✝ baalim. Et auferā noia baalim de ore eius: ⁊ nō recordabit vltra nois eoꝝ. Et pcutiā ✝ cū eis fedus ī die illa: cum bestia agri ⁊ cū volucre celi: ⁊ cum reptili terre. Et arcū ⁊ gladiū ⁊ bellū cōterā de terra: ⁊ dormire eos faciā fiducialiter. Et sponsabo te mihi in sempiternū: ⁊ sponsabo te mihi in iustitia ⁊ iudicio ⁊ in misericordia ⁊ miseratiōib⁹. Et spōsabo te mihi ī fide: ⁊ scies qꝛ ego dñs. Et erit in die illa exaudiā dicit dñs: ⁊ exaudiā celos: ⁊ illi exaudiēt terrā: ⁊ terra exaudiet triticū ⁊ vinū ⁊ oleū: ⁊ hec exaudiēt iezrahel. Et seminabo eā mihi in terrā: ⁊ miserebor: eius que fuit absqꝫ misericordia. Et dicā nō populo meo populus me⁹ es tu: ⁊ ipse dicet deus meus es tu.

B 23.q.iiij. post.c. de thyrys.

C Als✝ saltu.

als✝ solitudine.

al✝ baali

D als non hz✝ eis

Ro. 9.c. 1.pe.2.b. 33.q.4.c. recurrat 35.q.1.§. hac itaqꝫ

¶ Ca. Sū. ¶ De pplo iudeorū derelicto a dño ⁊ mercede coducto dimisso iudeo: ⁊ expectāte messiā de reuersiōe eius ad xp̄m in nouissimis diebus. Cap. iij.

Et dixit dominus ad me. Adhuc vade ✝ ⁊ dilige mulierem dilectā amico ⁊ adulteram: sicut diligit dominus filios israel: ⁊ ipsi ✝ respiciunt ad deos alienos ⁊ diligunt vinacia vuarum. Et feci eam mihi quindecim argenteis: ⁊ choro ordei ⁊ dimidio choro hordei: ⁊ dixi ad eam. ✝ Dies multos expectabis me. Non fornicaberis: ⁊ non eris viro: sed ⁊ ego expectabo te. Quia dies multos sedebunt filij israel sine rege: ⁊ sine principe: ⁊ sine sacrificio: ⁊ sine altari: ⁊ sine ✝ ephod: ⁊ sine theraphim. Et post hec reuertentur filij israel: ⁊ querent dominum deum suum ⁊ dauid regem suum: ⁊ pauebunt ad dominum ⁊ ad bonum eius in nouissimo dierum.

A als non hz✝ ⁊ ois✝ respiciant. 32.q.1.c. pe.⁊.c.fi. als✝ dies b⁹ mul-tis.

B Als✝ ephot.

¶ Ca. Sū. ¶ Propter peccata populi desolatur terra: repellitur israel increpātur sacerdotes: quia subuerterunt populum: ⁊ populum pro idolis ⁊ iudas ab idolis prohibetur. Cap. iiij.

Audite verbum domini filij israel: quia iudicium domino cum habitatoribus terre. Non est enim veritas ⁊ non est misericordia: ⁊ nō est scientia dei in terra. Maledictum ⁊ mēdacium ⁊ homicidium ⁊ furtum ⁊ adulterium inundauerunt: // ⁊ sanguis sanguinē tetigit. Propter hoc lugebit terra: ⁊ infirmabitur omnis qui habitat in ea. In bestia agri ⁊ in volucre celi: sed ⁊ pisces maris congregabūtur. Uerumtamen vnusquisqꝫ nō iudicet: ⁊ non arguatur vir. | Populus enim tuus sicut hi qui contradicunt sacerdoti: ⁊ corrues hodie ⁊ corruet etiā ppheta tecū. // Nocte tacere feci matrē tuā. Conticuit populus meus: eo qꝫ non habuerit scientiam. // Quia tu scientiam repulisti: repellā te ne sacerdotio fungaris mihi. Et oblita es legis dei tui: obliuiscar filiorum tuorum ⁊ ego. Secundū multitudinem eorū sic peccauerunt mihi: glo

A

//33.q.ij. c admonere. de pe.di.iy. c.iter hec b.ycti.y in glo.

B //Esa.50. 35.q.1.§. hac ita-qꝫ //di.38.c. oēs de renū.c.nisi c.pro defectu.

riam eorũ in ignominiam cõmutabo. Peccata populi mei comedẽt: et ad iniqtatem eorum sublevabũt animas eorum. Et erit sicut populus: sic sacerdos. Et visitabo super eum vias eius: et cogitationes ei⁹ reddam ei. Et comedẽt: et non saturabuntur. Fornicati sunt et nõ cessauerũt: quoniam dominum dereliquerunt in nõ custodiẽdo. Fornicatio et vinũ et ebrietas + auferũt cor. Populus me⁹ in ligno suo interrogauit: et baculus eius + annũciabit ei. Spiritus enim fornicationum decepit eos: et fornicati sunt a deo suo. Super capita montiũ sacrificabant: et sup colles accẽdebant thimiama subtus quercum et populum et therebinthum: qr bona erat vmbra eius. Ideo fornicabuntur filie vestre: et sponse vestre adultere erũt. Nõ visitabo sup filias vestras cũ fuerint fornicate: et super sponsas vras cũ adulterauerĩt: qm̃ ipsi cũ meretricib⁹ cõuersebantur: et cũ effeminatis sacrificabãt. Et popul⁹ nõ intelligẽs vapulabit. Si fornicaris tu israel: nõ + delinquat salutẽ iudã. Et nolite ingredi in galgala: et ne ascẽderitis in bethauẽ: neq₃ iurauerĩtis: viuit domin⁹. Qm̃ sicut vacca lasciuiens declinauit isrł. Nũc pascet eos dominus quasi agnũ in latitudine. Particeps idolorum effraim: dimitte eũ. Separatum est cõuiuium eorum: fornicatiõe fornicati sũt: dilexerũt afferre ignominiam ꝓtectores eius. Ligauit eum spiritus in alis suis: et cõfundentur a sacrificijs suis.

f.q.i.c.ip si.q ij c. pastor. ‖ 2.q.7. §. itẽ cũ balaã. iij q.i.c.nulli. Esa.24. C Als + auferet als + annunciauit 27.q.ij.c. quapp. D al. + derelinquas.

C Ca. Sũ. C Sermo dñi contra sacerdotes seducentes: et pplm̃ seductũ: et q̃ deũ nõ placant hostijs qui eũ factis offendunt et q̃ ppls frustra querit humanũ auxiliũ cui dñs aduersatur. Cap. v.

Audite hoc sacerdotes: et attendite domus israel: et domus regis auscultate: qr vobis iudiciũ. Qm̃ laque⁹ facti estis speculationi: et sicut rhete expãsũ + super thabor: et victimas declinastis: in profundum. Et ego eruditor eorũ. Ego scio effraim: et israel nõ est absconditus a me. Quia nũc fornicatus est effraim: cõtaminatus est israel. Non dabunt cogitatiões suas vt reuertanẽ ad deum suũ: qr spũs fornicationũ in medio eorum: et dominum non cognouerũt. Et rñdebit arrogantia israel in facie eius: et israel et effraim ruent in iniqtate sua. Ruet etiam iudas cum eis. In gregibus suis et in armẽtis suis vadent ad querendũ dñm: et nõ inuenĩet. Ablatus est ab eis. In dño preuaricati sunt: qr filios alienos genuerũt. Nũc deuorabit eos mẽsis cũ ptibus suis. Clangite buccina in gabaa: tuba in rama. Ululate in bethauen: post tergũ tuũ beniamin. Effraim in desolationẽ erit. In die correptionis in tribubus israel ostendi fidez. Facti sunt principes iuda quasi assumentes terminũ: super eos effundam q̃si aquã iram meam. Calũniaz patiens est effraiz fract⁹ iudicio: qm̃ cepit abire post sordes. Et ego quasi tinea effraim: et quasi putredo domui iuda. Et vidit effraim languorẽ suũ: et iudas vinculũ suum. Et abijt effraim ad assur: et misit ad regem vltorez. Et ipse non poterit + sanare vos: nec soluere poterit a vobis vinculũ. Qm̃ ego quasi leena effraim: et quasi catulus leonis domui iuda. Ego ego capiam et vadam: tollam et non est qui eruat. Uadens reuertar ad locum meum donec deficiatis: et queratis faciem meam.

A 2.q.7.c. paulus. Als + super. B

C Ca. Sũ. C De triduo passiõis et natiuitatis christi q̃ a sacerdotibus prodijt iniquitas. Cap. vi.

In tribulatione sua mane consurgent ad me. Uenite et reuertamur ad dñz: qr ipse cepit et + sanabit nos: percutiet et curabit nos. Uiuificabit nos post duos dies: in die tertia suscitabit nos: et viuemus in conspectu eius. Sciemus sequemurq₃ vt cognoscamus dñm. Quasi diluculũ preparatus est egressus eius: et veniet quasi imber nobis temperaneus et serotin⁹ terre. Quid faciam tibi effraim? Quid faciã tibi iuda? Misericordia vestra quasi nubes matutina: et quasi ros mane pertransiens. Propter hoc dolaui in prophetis: et occidi eos in verbis oris mei: et iudicia + tua quasi lux egredienẽ. Quia misericordiam volui et non sacrificium: et scientiaz dei plus q̃ holocaustum. Ipsi autem sicut adam transgressi sunt pactum: ibi preuaricati sunt me. Galaad ciuitas operantiũ idolum supplãtata sanguine: et quasi fauces virorum latronum. Particeps sacerdotum in via interficientiuz pergẽtes de sychem: qr scelus operati sunt. In domo israel vidi horrendum? Ibi + fornicatio

C D Als + saluare B Als + saluabit B al + meum C Mat. 9. b. et 12. a ... põderet in fi. D als + fornicatiõẽ

neo effraim:cōtaminatus est israel. Sȝ ⁊ iuda pone messem tibi:cum conuertero captiuitatem populi mei.

¶ Ca. Sū. ¶ Ob hierlm fauore hierobōā exarsit ad idolatriam:arguit effraim:⁊ q̄ simulet̄ gentib⁹:nec reuertat̄ p̄ pniaȝ:sua detrimenta non videt:⁊ quasi colūba perdit pullos:⁊ cedet̄ p̄ clamore petōꝝ:um:arguitur de apostasia ⁊ idolatria:de ingratitudine:de gula:de dolosa infestatione dei: nec reuertunt̄ ad pniam. Cap. vij.

A Cum sanare vellem israel:reuelata est iniquitas effraim ⁊ malitia samarie: q̄ operati sunt mēdaciū. Et fur ingressus est spolians latrūculus foris. Et ne forte dicant in cordibus suis oēm maliciam eorum me recordatū. Nūc circūdederūt eos adinuētiones sue:corā facie mea facte sunt. In malicia sua letificauerūt regem: ⁊ in mēdacijs suis pricipes. B Omnes adulterātes quasi clibanus succēsus a coquente. Quieuit paululū ciuitas a cōmixtione fermēti:donec fermentaret̄ totū. Dies regis nostri. Ceperunt principes furere a vino. Extēdit manū suam cuȝ illusoribus: q̄ applicauerūt quasi clibanū cor suū cū insidiaret̄ eis. Tota nocte dormiuit coquens eos:mane ipse succensus q̄si ignis flāme. Oēs calefacti sunt q̄si clibanus:⁊ deuorauerūt iudices suos. Oēs reges eoꝝ ceciderūt:nō est qui clamet in eis ad me. C Effraim in pplis ipse cōmiscebat̄. Effraiȝ factus est subcinericius+ panis:q non reuersat̄. Comederūt alieni robur ei⁹:⁊ nesciuit. Sȝ ⁊ cani effusi sūt i eo:⁊ ipse ignorauit. Et humiliabit̄ sup̄bia israel in faciē eius. Nec reuersi sunt ad dn̄m deū suū ⁊ nō quesierūt eū in oīb⁹ his. Et factus est effraiȝ quasi colūba seducta nō habēs cor. Egyptum inuocabāt:ad assyrios abierūt. Et cū profecti fuerint expandam sup eos rete meū ⁊ quasi volucreȝ celi detrahā eos. D Cedā eos s̄m auditionē cetus eorum. Ue eis:q̄m recesserūt a me. Uastabūtur:q̄ preuaricati sunt in me. Ego redemi eos:⁊ ipsi locuti sunt contra me mēdacia. Et nō clamauerūt ad me in corde suo:sed+ vlulabāt in cubilib⁹ suis. Sup triticū ⁊ vinū ruminabāt:⁊ recesserūt a me. Et ego erudiui eos ⁊ confortaui brachia eoꝝ:⁊ in me cogitauerūt maliciam.+ Reuersi sūt +vt essent absq; iugo:facti sunt quasi arcus dolosus. Cadēt in gladio p̄ncipes eorum:a furore lingue sue. Ista subsannatio eorum in terra egypti.

De pr. di. 4. cap. ne forte

Mat. 13. e

alias non habēs+ panis.

de pe. di. 4. § filij

Alias+ vlulabunt.

Alias+ reuersi sunt+ in nihilum.

¶ Ca. Sū. ¶ Predicit samariam cū vitulo suo ⁊ populum destruendam per nabuchodonosor p̄pter causas plurimas ⁊ verba iusta concremandas. Cap. viij.

A In gutture tuo sit tuba quasi aquila super domū domini:pro eo q̄ transgressi sunt fedus meum ⁊ legem meam preuaricati sunt. // Me inuocabunt deus meus:cognouimus te israel. Proiecit israel bonum:inimicus persequetur eū. // Ipsi regnauerunt ⁊ non ex me: principes extiterunt ⁊ non cognoui. Aurum suum ⁊ argentum suū fecerunt sibi idola:vt interirēt. B Proiect⁹ est vitulus tuus samaria. Iratus est furor meus in eis. Usquequo non poterut emundari? Quia ex israel:⁊ ipse est. Artifex fecit illum ⁊ non est deus:q̄m in aranearum telas erit vitulus samarie:q̄ ventum seminabunt: ⁊ turbinem metent. Culmus stans non est in eo germē:non faciet farinam. Q̄ ⁊ si fecerit:alieni comedent eam. C Deuorat⁹ est israel. Nūc factus est in nationib⁹ q̄si vas immūdū:q̄ ipsi ascenderūt ad assur. Onager solitarius sibi effraim. Munera dederūt amatoribus suis:sed ⁊ cū mercede conduxerūt nationes. Nūc congregabo eos:⁊ quiescēt paulisper ab onere regis ⁊ principū. Quia multiplicauit effraim altaria ad peccādū:facte sunt ei are in delictū. // Scribaȝ ei multiplices leges meas: que velut aliene cōputate sūt. // Hostias + offerēt:imolabūt carnes ⁊ comedēt:⁊ dominus nō suscipiet eas. Nūc recordabit̄ iniquitatis eoꝝ:⁊ visitabit peccata eoꝝ. Ipsi in egyptū conuertentur. Et oblitus est isrl̄ factoris sui:⁊ edificauit delubra: ⁊ iudas multiplicauit vrbes mūitas. Et mittā ignē i ciuitates ei⁹:⁊ deuorabit edes illi⁹.

¶ Ca. Summa. ¶ Prophetat famē samarie ⁊ reprobationem sacrificiorum: ⁊ captiuitatem israel prophetas suos deceptos filias dicit a patribus degenerare:⁊ imprecat̄ sterilitatem parentibus eorum pentibus illos. Cap. ix.

A Noli letari israel:noli exultare sicut populi quia fornicat⁹ es a deo tuo. Dilexisti mercedem sup oēs areas tritici. Area ⁊ torcular non pascet eos: ⁊ vinum

// i. q. i. c. prophetauit

// 8. q. i. c. audacter

// de presump. c. scribam malachie. 2.

// Di. 31. c. si q presbyteri sūt. i. q. i. c. maledicā. 2. c. si.

alias+ affer affer.

Alias+ affert affert

mentietur eis. Non habitabunt in terra domini. Reuersus est effraim in egyptuz: et in assyriis pollutum comedit. Non libabunt domino vinuz: et non placebunt ei. Sacrificia eorum quasi panis lugentiuz. Omnes qui comedent eum contaminabuntur: quia panis eoruz anime ipsorum: non intrabunt in domum domini. Quid facietis in die solenni in die festiuitatis domini? Ecce enim profecti sunt a vastitate. Egyptus congregabit eos: memphis sepeliet eos. Desiderabile + argentum eorum vrtica hereditabit: lappa in tabernaculis eorum. Uenerũt dies visitationis: venerũt dies tributationis. Scitote israel stultũ: prophetam insanum: virum spũalem. Propter multitudinem iniqtatis tue: et multitudinem amentie. Speculator effraim cum deo meo propheta: laqueus ruine factus est super omnes vias eius. Insania in domo dei eius. Profunde peccauerũt sicut in diebus gabaa. Recordabitur iniqtatis eorum: et visitabit peccata eorum. Quasi + vuas in deserto inueni israel: quasi prima poma ficulnee in cacumine eius vidi patres eorum. Ipsi autẽ intrauerũt ad beelphegor et abalienati sunt in confusione: et facti sunt abominabiles sicut ea que dilexerũt. Effraim quasi auis auolauit. Gloria eorũ a partu: et ab vtero: et a cõceptu. Quod et si enutrierint filios suos: absque liberis eos faciam in hominibus. Sed et ve eis cum recessero ab eis. Effraim (vt vidi) tyrus erat fundata in pulchritudine. Et effraim educet ad interfectorem filios suos. Da eis domine. Quid dabis eis? Da eis vuluam sine liberis: et vbera arentia. Omnes nequitie eorum in Galgal: quia exosos habui eos. Propter malitiam adinuentionum eorum de domo mea eijciam eos. Non addam: vt diligam eos. Omnes principes eorum recedentes. Percussus est effraiz: radix eorum exiccata est. Fructum nequaquam facient. Quod et si genuerint interficiã amantissima vteri eorum. Eijciet eos dominus deus meus quia non audierunt eum: et erunt vagi in nationibus.

¶ Capituli Summarium. ¶ De vite frõdosa et sperantibus prospera: predicit interitum israel et vastationem terre propter idola: arguitur effraim quod dederat ad domitum: et prouocatur ad veram pniaz

[Margin: I.q.i.ca. si quis inqt in fine. q.ca. diis. in fi. et §. opponit in fi. 34.q.j.c. didicimus. Alis + argenti. — B — Al + vua — C — D]

alioquin affligetur. Cap. X.

Uitis frondosa israel: fructus adequatus est ei. Scdm multitudinẽ fructus sui multiplicauit altaria: iuxta vbertatẽ terre sue: exuberauit simulachris. Diuisum est cor eorum: nunc interibunt. Ipse cõfringet simulachra eorum: depopulabitur aras eorum. Quia + nunc dicent: non est rex nobis. Non enim timemus dominũ. Et rex quid faciet nobis? Loquimini verba visionis inutilis: et ferietis fedus cum mendacio: et germinabit quasi amaritudo iudicium super sulcos agri. Uaccas bethauen coluerunt habitatores samarie. Quia luxit super euz populus eius: et editui eius super eum exultauerũt in gloria eius: quia migrauit ab + eo. Siquidez et ipse in assur delatus est munus regi vltori. Confusio effraim capiet: et confundentur israel in voluntate sua. Transire fecit samaria regem suuz quasi spumam sup faciem aque. Et disperdentur excelsa idoli peccatum israel. Lappa et tribulus ascendet super aras eorum. Et dicent montibus operite nos et collibus cadite super nos. Ex diebus gabaa peccauit israel. Ibi steterũt. Non comprehẽdet eos in gabaa prelium super filios iniquitatis. Iuxta desiderium meum corripiam eos. Cõgregabuntur super eos populi: cum corripientur ppter duas iniqtates suas. Effraiz vitula docta diligere triturã: et ego trãsiui super pulchritudinem colli eius. Ascendã super effraim. Arabit iudas: cõfringet sibi sulcos iacob. Seminate vobis in iustitia: et metite in ore misericordie: innouate vobis nouale. Tempus aũt requirendi dñm: cũ venerit qui docebit vos iustitiã. Arastis impietatẽ: iniqtatẽ messuistis comedistis frugem mendacij. Quia cõfisus es in vijs tuis + et in multitudine fortiũ tuorũ: cõsurget tumultus in populo tuo: et oẽs munitiões tue vastabũtur sicut vastatus ẽ salmana: a domo eius qui vindicauit baal: in die prelij mre sup filios allisa. Sic fecit vobis bethel a facie malitie nequitiarum vestrarum.

¶ Ca. Sũ. ¶ Deus cõmemorat beneficia sua et increpat ingratitudinem israel: et exprimit patris affectum in puniendo israel: vel de aduentu christi: et vocatione ecclesie. Cap. xi.

Sicut

[Margin: B — Als + tũ — B — Als + e — C — Luc.23. Apo.6. — Oseę.4. — Als no hz + et]

Sicut mane transiit: pertransiit rex israel: quia puer israel & dilexi eum & ex egypto vocaui filium meum. Vocauerunt eos sicut abiecerunt a facie eorum baalim immolabant: & simulachris sacrificabant. Et ego quasi nutricius effraim portabam eos in brachijs meis: & nescierunt quod curarem eos. In funiculis adam traham eos: in vinculis charitatis. Et ero eis quasi exaltans iugum super maxillas eorum: & declinaui ad eum vt vesceretur. Non reuertetur in terram egypti: & assur ipse rex eius: quoniam noluerunt conuerti. Cepit gladius in ciuitatibus eius: & consumet electos eius: & comedet capita eorum. Et populus meus pendebit ad reditum meum. Jugum autem imponetur eis simul: quod non auferetur. Quomodo dabo te effraim protegam te israel? Quomodo dabo te? Sicut adama: ponam te vt seboim. Conuersum est in me cor meum pariter: conturbata est plenitudo mea. Non faciam furorem ire mee. Non conuertar vt disperdam effraim: quia deus ego & non homo. In medio tui sanctus: & non ingrediar ciuitatem. Post dominum ambulabunt. Quasi leo rugiet quia ipse rugiet & formidabunt filij maris. Et auolabunt quasi auis ex egypto: & quasi columba de terra assyriorum: & collocabo eos in domibus suis dicit dominus. Circumdedit me effraim in negociatione: & in dolo domus israel. Judas autem testis descendit cum deo & cum sanctis + fidelibus.

A Mat. 2. c. — B — C — Gen. 19. f. De pe. di. j. c. 13 continuo. 32. q. 7. c. Flagitia. — D — al. + fideles

¶ Capituli. Summarium. ¶ De pena israel & iude: de beneficijs factis Jacob: & malitia filiorum eius: scilicet effraim & chanaan: & de reuocatione populi per prophetas: de iuda sequente viam israel: & de beneficijs factis Jacob. Cap. xij.

Effraim pascit ventum: & sequitur estum. Tota die mendacium & vastitatem multiplicat. Et fedus cum assyrijs iniit: & oleum in egyptum ferebat. Judicium ergo domini cum iuda: & visitatio super Jacob. Juxta vias eius & iuxta adinuentiones eius reddet ei. In vtero supplantauit fratrem suum: & in fortitudine sua directus est cum angelo. Et inualuit ad angelum & confortatus est. Fleuit & rogauit eum: in bethel inuenit eum: & ibi locutus est nobiscum. Et dominus deus exercituum: dominus memoriale eius. Et tu ad + dominum deum tuum conuerteris. Misericordiam & iudicium custodi: & spera in deo tuo semper. Chanaan in manu eius statera dolosa calumniam dilexit. Et dixit effraim. Verumtamen diues effectus sum: inueni idolum mihi. Omnes labores mei non inuenient mihi iniquitatem quam peccaui. Et ego dominus deus tuus + ex terra egypti. Adhuc sedere te faciam in tabernaculis: sicut in diebus festiuitatis. Et locutus sum super prophetas & ego visionem multiplicaui: & in manu prophetarum assimilatus sum. Si galaad idolum: ergo frustra + erunt in galgal bobus immolantes. Nam & altaria eorum quasi aceruj super sulcos agri. Fuit iacob in regionem syrie: & seruiuit israel in vxore & in vxorem + seruiuit. In propheta autem eduxit dominus israel de egypto: & in propheta seruatus est. Ad iracundiam me prouocauit effraim in amaritudinibus suis: & sanguis eius super eum veniet: & opprobrium eius restituet ei dominus deus suus.

A — Gen. 25. c. Gen. 32. f — B — al. non bene + dominum — C — al. + eduxit te — De pe. di. j. c. ne forsitan. — al. + erant — D — Gen. 28. a. — al. + seruauit

¶ Capituli Summarium. ¶ De idolatria effraim: & de domino persequente ipsum: quod solus deus est adiutor: & ipse memor peccatorum de passione christi & aduentu eius: & destructione mortis inferni. Cap. xiij.

Loquente effraim horror inuasit israel: & deliquit in baal & mortuus est. Et nunc addiderunt ad peccandum: feceruntque sibi conflatile de argento suo quasi similitudinem idolorum: factura artificum totum est. His ipsi dicunt. Immolate homines vitulos adorantes. Idcirco erunt quasi nubes matutina: & sicut ros matutinus preteriens. Sicut puluis turbine raptus ex area: & sicut fumus de fumario. Ego autem dominus deus tuus ex terra egypti: & deum absque me nescies: & saluator non est preter me. Ego cognoui te in deserto: in terre solitudinis. Juxta pascua sua adimpleti sunt: & saturati sunt. Et eleuauerunt cor suum: & obliti sunt mei. Et ego ero eis quasi leena: sicut pardus in via assyriorum. Occurram eis quasi vrsa raptis catulis: & dirumpam interiora iecoris eorum. Et consumam eos ibi quasi leo: bestia agri scindet eos. Perditio tua israel: tantummodo in me auxilium tuum. Vbi est rex tuus? Maxime nunc saluet te in omnibus vrbibus tuis.

A — B — Esa. 43. b. — C — puer. 13. b. — 1. reg. 8. a.

Et iudices tuos de quib⁹ dixisti da mihi regē ⁊ principes. Dabo tibi regem in furore meo: ⁊ auferam in indignatione mea. Colligata est iniquitas effraim: absconditum peccatum eius. Dolores parturientis venient ei. Ipse filius non sapiens. Nō enim non stabit in contritione filiorum. De manu mortis liberabo eos: de morte redimā eos. Ero mors tua o mors: morsus tuus ero inferne. Consolatio abscondita est ab oculis meis: quia ipse inter fratres diuidet. Adducet vrentem ventum dominus de deserto ascendentem: ⁊ siccabit venas eius ⁊ desolabit fontem eius: et ipse diripiet thesaurum omnis vasis desiderabilis.

D heb.2.d.

¶ Capituli. Sūmarium. ¶ De interitu samarie: mouet conuerti ad dominum ⁊ confiteri: ⁊ conuerti ab assur: ⁊ conuersis promittit bona plurima: si tamen non vltra redeant ad peccatū. Cap. xiiij.

A Pereat samaria: quoniam ad amaritudinem concitauit deum suum. In gladio pereant: paruuli eorum elidantur: ⁊ fete eius scindantur. Conuertere israel ad dominum deum tuum: quoniam corruisti in iniquitate tua. B Tollite vobiscum verba ⁊ conuertimini ad dominum ⁊ dicite ei. Omnem aufer iniquitatem ⁊ accipe bonum: ⁊ reddemus vitulos labiorum nostrorum. Assur nō saluabit nos. Super + equum nō ascendemus: nec dicem⁹ vltra dij nostri opera manuum nostrarum: quia eius qui in te est misereberis + pupilli. Sanabo contritiones eorū diligam eos spontanee: quia auersus est furor meus ab eis. Ero quasi ros: ⁊ israel germinabit sicut lilium ⁊ erumpet radix eius vt libani. Ibunt rami eius. Et erit quasi oliua gloria eius: ⁊ odor eius vt libani. Cōuertentur sedentes in vmbra eius: viuēt tritico. Et germinabūt quasi vinea. Memoriale eius sicut vinum libani. Effraim quid mihi vltra idola? Ego exaudiam et dirigam eū: ego vt abietem virentē: ex me fructus ei⁹ inuent⁹ est. D Quis sapiens ⁊ intelliget ista intelligens ⁊ sciet hec? Quia recte vie domini: ⁊ iusti ambulabūt in eis: preuaricatores vero corruēt in eis.

al's + equo. De pe. di. 2. c. si aga m⁹. c. ne forsitā. al. + ppli. C. hiero. 9.d.

¶ Explicit Osee propheta.

¶ Incipit prologus in Johel prophetam.

Sanctus Johel apud hebreos post osee ponitur. Et sicut ibi sub nomine effraim ad decem tribus ꝯfertur vaticiniū: que vel samaria vel israel sepe memorantur: sic in hūc prophetam omne quod dicit ad tribū iuda ⁊ ad hierusalē pertinere credēdum est: ⁊ nullam omnino israel .i. decem tribuum in hoc fieri mentionem. Tempora quoqꝫ quib⁹ ꝓphetauit eadem debem⁹ accipere que in osee legim⁹: in diebus ozie ioathan: achaz ⁊ ezechie regum iuda: ⁊ in diebus ieroboam filij ioas regis israel. Porro factum esse sermonem domini ad meritū eius refertur cui fit: nō ad conditionem eius qui fieri dicitur vt alibi legimus. Domin⁹ factus est mihi in salutem. Auditus enim in scripturis sanctis nō est iste qui ad aures sonat: sed qui in corde percipit: iuxta illud quod domin⁹ loquitur. Qui habet aures audiēdi audiat. Qui autem dicitur hebraice hiezimi grece enechziasti latine sonat auribus percipite: proprie nō aure sed corde percipitur. Qui senes sunt ⁊ celestes audiunt spiritualiter: qui autem habitant in terra appellanturqꝫ terreni: auribus percipiunt. Ubicūqꝫ autem hec duo verba iuncta ponūtur: nō ad simplicem tātū verborum sonū sed ad reconditam quoqꝫ dictorū intelligentiam pertinere intelligendum est. In genesi lamech loquitur ad vxores suas ada ⁊ sella. Audite verba mea vxores lamech: aurib⁹ percipite sermōes meos. Quia virū occidi in vulnus meū ⁊ iuuenē in liuorem meū. Et esaias. Audite celi ⁊ aurib⁹ percipe terra.

Osee.i.a. Ps. 117. mat.11.b ⁊.13.a. heb.4.b. Esa.1.a.

¶ Item alius plogus in eundem.

In hoc propheta idcirco nec reges nec tempora sunt prenotata: q2 eisdem temporibus ac regibus quib9 osee prophetauerat, et ipse pphetauit. Ex tribus igitur generib9 rhetorum hec sumuntur principia: et tres sunt argumentorum partes ex quibus incipere solet omnis orator. Aut. n. docibiles: aut beniuolos: aut attentos auditores debet efficere. Hic ergo ppheta a magnitudine cladis sumens principiu eosq3 qui audituri erat volens ad penitentiam prouocare reddit attentos admirans futurum malu: vt considerantes venture cladis asperitatem ocius arriperent penitentia. Johel interpretatur incipiens: aut domini descensus. Fatuel vero aut latitudo aut ostiu dei. Tropologice hoc est: q ostiu dei et scientiam habuerit aptam: recte incipit prophetare.

¶ Item alius prologus.

Johel de tribu ruben: natus in agro bethoron: vbi etiaz in pace mortuus est et sepultus.

¶ Item argumentum in eundem.

Johel filius fatuel describit terras duodecim tribuum: eruca: brucho: locusta rubigine vastante consumptam: et post reuersionem prioris populi effusum iri spiritum sanctum super seruos dei et ancillas: idest super centum viginti credentium nomina: et effusum iri in cenaculo syon. Qui centum viginti ab vno vsq3 ad quindecim paulatim et per incrementa surgentes: quindecim graduum numerum efficiunt qui in psalterio mystice continentur.

¶ Explicit argumentum.

¶ Incipit Johel propheta.



¶ Ca. Sm. ¶ Prophetat 3 iudeos qtuor plagas: et excitat dormientes: vt videat futuru sibi malu et sacerdotes vt plagat: et ipse plangit vastitatem terre sue. Cap. I.

Verbuz domini qd factum est ad Johel filium fatuel. Audite hec senes et auribus percipite omnes habitatores terre si factu est illud in dieb9 vestris: aut in dieb9 patrum vestrorum. Super hoc filiis vestris narrate: et filii vestri filiis suis: et filiu eorum generationi altere. Residuu eruce comedit locusta: et residuu locuste comedit bruchus: et residuu bruchi comedit rubigo. Expergiscimini ebrii flete et vlulate omnes qui bibitis vinum in dulcedine: quonia periit ab ore vestro. Gens enim ascendet super terram meam fortis et innumerabilis. Dentes eius vt dentes leonis: et molares ei9 vt catuli leonis. Posuit vinea mea in desertu: et ficu mea decorticauit. Nudas spoliauit ea et proiecit: albi facti sunt rami ei9. Plange quasi virgo accincta sacco super viru pubertatis + sue. Periit sacrificium et libatio de domo domini: luxerunt sacerdotes ministri domini. Depopulata est regio: luxit humus quonia deuastatu est triticuz. Confusum est vinum: et elanguit oleu. Confusi sunt agricole: vlulauerunt vinitores super frumento vino et hordeo: quia periit messis agri. Vinea cofusa est: et ficus elaguit. Malogranatu et palma et malum et omnia ligna agri aruerunt: q2 confusuz est gaudiu a filiis hominu. Accingite vos et plangite sacerdotes: vlulate ministri altaris. Ingredimini: cubate in sacco ministri dei mei: quonia interiit de domo dei + vestri sacrificiu et libatio. Sanctificate ieiuniu: vocate cetum: congregate senes omnes habitatores terre + in domum dei + vestri: et clamate ad dnm. A a a. diei: q2 prope est dies dni: et quasi vastitas a potente veniet. Nunquid no cora oculis vestris alimeta perierut de domo dei + vestri letitia et exultatio? Coputruerut iumeta in stercore suo: demolita sunt horrea: dissipate sunt apothece quonia confusum est triticu. Quid ingemuit animal: mugierunt greges armenti

A

B

dei + tue

C

dei + nri

lra. 2. al. no hz

+ in domum

dei + nri

D

dei nri

ti. Quia nõ est pascua eis. Sed ⁊ greges pecorũ disperierunt. Ad te dñe clamabo: q̄ ignis comedit speciosa deserti: ⁊ flamma succẽdit omnia ligna regionis. Sed ⁊ bestie agri quasi area sitiens imbrem suspexerunt ad te: quoniã exiccati sunt fontes aquarũ: ⁊ ignis deuorauit speciosa deserti.

¶ Capitulũ. Sũmarium. ¶ Jubet dñs sonitu tubarum predicari aduentũ hostiũ: quorũ aduẽtus describitur ⁊ crudelitas: hortatur ad penitẽtiam: bona plurima penitẽtibus promittit: de missione spũssancti: ⁊ tempore passionis. Cap. ij.

A — Infra.eo.

Canite tuba in syon: vlulate in monte sancto meo. Conturbenť omnes habitatores terre: q̄ venit dies domini: quia prope est dies tenebrarum ⁊ caliginis: dies nubis ⁊ turbinis. Quasi mane expansum super montes populus multus ⁊ fortis. Similis ei nõ fuit a p̄ncipio: ⁊ post eũ nõ erit vsq̄ in annos generationis ⁊ generationis. Ante faciẽ eius ignis vorans: ⁊ post eũ exurens flamma. Quasi hortus voluptatis terra coram eo: ⁊ post eũ solitudo deserti neq̄ est qui effugiat eum. Quasi aspectus equorũ aspectus eorum: ⁊ quasi equites sic current.

B

Sicut sonitus quadrigarũ super capita montium exilient: sicut sonitus flãme ignis deuorantis stipulas: velut populus fortis preparatus ad preliũ. A facie eius cruciabũtur populi: omnes vult⁹ redigenť in ollã. Sicut fortes currẽt: quasi viri bellatores ascendent murũ. Uiri in vijs suis gradiẽtur: ⁊ nõ declinabũt a semitis suis. Unusquisq̄ fratrem suũ nõ coartabit: singuli in calle suo ambulabũt. Sed ⁊ p fenestras cadent ⁊ nõ demolienť. Urbem ingredientur: in muro current. Domos cõscendẽt: per fenestras itrabũt quasi fur.

C — Isa. 3.d.

A facie ei⁹ cõtremuit terra: moti sunt celi. Sol ⁊ luna obtenebrati sunt: ⁊ stelle retraxerunt splendorem suum. Et domin⁹ dedit vocem suam ante faciem exercitus sui: q̄ multa sunt nimis castra eius: q̄ fortia ⁊ faciẽtia verbum eius. Magnus enim dies domini ⁊ terribilis valde. Et q̄s sustinebit eum.

De pe. di. j. cap. hoc idem. 26.q.6.c. Ecce. Pñ. S.

Nũc ergo dicit dñs. Conuertimini ad me in toto corde vr̃o: in ieiunio ⁊ in fletu ⁊ in planctu: ⁊ scindite corda vestra ⁊ nõ vestimenta vr̃a. Et ɋuertimini ad dñm deũ vr̃m q̄ benign⁹ ⁊ misericors est: patiẽs ⁊ multe misericordie ⁊ p̄stabilis sup malitia.

Jone.3.d

D

Quis scit si cõuertať ⁊ ignoscat ⁊ relinq̃t post se bñdictionẽ: Sacrificiũ ⁊ libamen dño deo nostro.

Sup.j.c.

Canite tuba in syon sanctificate ieiuniũ: vocate cetũ: cõgregate populum: sanctificate ecclesiã: coadunate senes: congregate paruulos ⁊ sugẽtes vbera. Egrediať sponsus de cubili suo: ⁊ spõsa de thalamo suo. Inter vestibulũ ⁊ altare plorabunt sacerdotes ministri dñi: ⁊ dicent. Parce dñe parce populo tuo: ⁊ ne des hereditatem tuam in opprobrium vt dominentur eis nationes. Quare dicũt in populis vbi est de⁹ eorũ. Zelatus est dñs sup terrã suã: ⁊ pepercit populo suo. Et respondit dominus ⁊ dixit populo suo. Ecce ego mittam vobis frumẽtum ⁊ vinum ⁊ oleũ ⁊ replebimini in + eis: ⁊ nõ dabo vos vltra opprobrium in gentibus.

al. + eo

Et eum qui ab aquilone est procul faciam a vobis: ⁊ expellam eum in terram inuiã ⁊ desertam.

E

Faciem eius contra mare orientale: ⁊ extremum eius vsq̄ ad mare nouissimũ. Et ascendet fetor eius ⁊ ascẽdet putredo ei⁹: quia superbe egit. Noli timere terra: exulta ⁊ letare: quoniã magnificauit domin⁹ vt faceret. Nolite timere animalia regionis: q̄ germinauerunt speciosa deserti: q̄ lignũ attulit fructum suum: ficus ⁊ vinea dederunt virtutẽ suam.

F

Et filie syon exultate ⁊ letamini in dño deo vestro: q̄ dedit vobis doctorem iustitie: ⁊ descendere faciet ad vos imbrem matutinum ⁊ serotinum + sicut in principio.

al. nõ vt + sicut

Et implebũtur aree frumẽto: ⁊ redũdabunt torcularia vino ⁊ oleo. Et reddam vobis annos quos comedit locusta: bruchus: ⁊ rubigo: ⁊ eruca. Fortitudo mea magna quam misi in vos. Et comedetis vescẽtes ⁊ saturabimini: ⁊ laudabitis nomen domini dei vestri qui fecit mirabilia vobiscum. Et non confundetur populus meus in sempiternũ: ⁊ scietis quia in medio israel ego sum.

G — Act.2.g. — al. de + spũ meo

Et ego dominus deus vester: ⁊ nõ est ampli⁹: ⁊ non cõfundetur populus meus in eternum. Et erit post hec effundam + spiritũ meũ super omnem carnem: ⁊ prophetabunt filij vestri ⁊ filie vestre. Senes vestri somnia somniabũt: ⁊ iuuenes vestri visiones videbũt. Sed ⁊ super seruos meos ⁊ ancillas in diebus illis effundam spiritum meũ: ⁊ dabo prodigia in celo: ⁊ in

terre: sanguinem et ignem et vaporem fumi. Sol + convertetur in tenebras: et luna in sanguinem: antequam veniat dies domini magnus et horribilis. Et erit. Omnis + qui invocaverit nomen domini salvus erit: quia in monte syon et in hierusalem erit salvatio sicut dixit dominus: et in residuis quos dominus vocaverit.

al. + vertetur

al. + gentes

ℭ Cap. iii. ℭ De iudicio post conversionem iudeorum sub nomine et synodus contra romanos qui vasa templi hierusalem posuerunt in templo pacis: et de liberatione populi tempore cyri: vocans vivi et mortui ad iudicium: de sepulchris: de felicitate sanctorum: de predicatione apostolorum et fonte baptismi: et de ultione sanctorum. Cap. iii.

Quia ecce in diebus illis in tempore illo cum convertero captivitatem iuda et hierusalem congregabo omnes gentes: et educam + eas in vallem iosaphat: et disceptabo cum eis ibi super populo meo et hereditate mea israel: quos disperserunt in nationibus: et terram meam diviserunt: et super populum meum miserunt sortem. Et posuerunt puerum in prostibulo: et puellam vendiderunt pro vino ut biberent. Verum quid mihi et vobis tyrus et sydon et omnis terminus palestinorum? Numquid ultionem vos reddetis mihi? Et si ulciscimini vos contra me: cito velociter reddam vicissitudinem vobis super caput vestrum. Argentum enim meum et aurum tulistis et desiderabilia mea et pulcherrima intulistis in delubra vestra. Et filios iuda et filios hierusalem vendidistis filiis grecorum: ut longe faceretis eos de finibus suis. Ecce ego suscitabo eos de loco, in quo vendidistis eos: et convertam retributionem vestram in caput vestrum. Et vendam filios vestros et filias vestras in manibus filiorum iuda: et venundabunt eos sabeis genti longinque quia dominus locutus est. Clamate hec in gentibus sanctificate bellum: suscitate robustos. Accedant: ascendant omnes viri bellatores. Concidite aratra vestra in gladios: et ligones vestros in lanceas. Infirmus dicat: quia ego fortis sum. Erumpite et venite omnes gentes de circuitu: et congregamini. Ibi occumbere faciet dominus robustos tuos. Consurgant et ascendant gentes in vallem iosaphat: quia ibi sedebo ut iudicem omnes gentes in circuitu. Mittite falces: quia maturavit messis. Venite et descendite quia plenum est torcular. Exuberant torcularia: quia multiplicata est malitia eorum. Populi populi in valle concisionis: quia iuxta est dies domini in valle concisionis. Sol et luna obtenebrati sunt: et stelle retraxerunt splendorem suum. Et dominus de syon rugiet: et de hierusalem dabit vocem suam. Et movebuntur celi et terra: et dominus spes populi sui et fortitudo filiorum israel. Et scietis quia ego dominus deus vester habitans in syon: in monte sancto meo. Et erit hierusalem sancta: et alieni non transibunt per eam amplius. Et erit. In die illa stillabunt montes dulcedinem: et colles fluent lacte. Et + per omnes rivos iuda ibunt aque: et fons de domo domini egredietur: et irrigabit torrentem spinarum. Egyptus in desolatione erit: et idumea in desertum perditionis pro eo quod inique egerint in filios iuda: et effuderint sanguinem innocentem in terra sua. Et iudea in eternum habitabitur: et hierusalem in generationem et generationem. Et mundabo sanguinem eorum quos non mundaveram et dominus commorabitur in syon.

al. + illas

apo. 14. d

sup. 2. c. Esa. 13. b. hier. 25. f Amos i. a.

al. + fluent

ℭ Explicit Iohel propheta.

ℭ Incipit prologus in Amos prophetam.

Ozias rex cum religionem sollicite emularetur: nimio religionis amore provocatus circa preceptum legis moysi arrepto thuribulo: ut in hystoria libri secundi paralipomenon ostenditur: sacerdotale officium presumere conatus est. Ob eam rem terremotum in templo dei exortum constat: cuius etiam zacharias propheta meminit. Ante hunc itaque terremotum amos propheta temporibus ozie regis et temporibus hieroboam filii ioas regis israel: in eas gentes que lectione comprehense sunt iram dei ob eas causas quas memoravit affuturam denunciat. Et quia idem propheta in sequentibus ait: super tribus impietatibus et super quattuor non convertam eum: tertio peccatori indulgentiam deum dare posse significat: quarto eadem peccata admittentibus nec penitentiam nec indulgentiam daturum annunciat. Nam pro signis similitudinem quem in predictas gentes imminentem predixit: grave atque irrevoca-

zach. 14 b.

Amos i. b. i. 2. a.

bilem dei iram ad euersione earundem ci- uitatum processur in voluit demõstrare.

ℭ Item alius prologus.

Amos propheta pastor ꝛ rusticus ꝛ ru borum mora distringens: paucis ver bis explicari non potest. Quis enim digne exprimat tria ꝛ quattuor scelera damasci: gaze tyri: idumee filiorum ammon ꝛ mo- ab: ꝛ septimo octauoqꝫ gradu iude ꝛ isra el. Hic loquitur ad vaccas pingues q̄ sunt in mõte samarie: etiam ruituram domũ maiorem minoremqꝫ testatur. Ipse cer- nit fictorem locuste: ꝛ stantem dñm super murum litum: vel adamantinum: ꝛ vn- cinum pomorum attrahentem supplicia peccatoribus ꝛ famem in terra: non famẽ panis neqꝫ sitim aque sed audiẽdi verbũ dñi: non dixit verba sed verbum. Amos ve ro interpretatur onustus. Hic amos spiri tuali gratia plenus prophetauit inter cete ros prophetas. Non enim solus ipse erat prophetes: sed etiam alij. Et quippe nõ po- terat prophetes esse: nisi pastor ante fuisset. Qui etiam tuba sua clangit per singulos di es erudiens ꝛ docens in ecclesia. In verita te enim vox oium prophetarum tanq̄ tu ba spiritualis est predicãs in ecclesia sm q̄ scriptũ est. Ascende in montem excelsũ tu qui euangelizas syon: exalta vocem tu am qui predicas hierusalem.

Amos.4. b. ibidem 6.a. Esa.14.b

ℭ Incipit alius prologus.

Hic amos propheta ꝛ pastor: non fuit pater esaie prophete: q̄uis ꝛ ille prophe ta extiterit. Nam alijs litteris ille: alijs iste apud hebreos scribitur: que differẽtia lit terarum apud latinos non habetur: et ille fortis vel robustus: hic vero auulsus in- terpretatur: qꝛ loquitur contra decem tri- bus, que per idolatriam a cultu dei ꝛ a re- gno dauid erant auulse. Fuit ergo cogna- tio eius ex oppido thecue qđ sex miliari- bus distat a bethleem: curam gerens peco rũ in latitudine camporũ qui sunt proxi mi oppido thecue: i qbus ꝓ humo arida atqꝫ arenosa nihil oĩno frugum gignit: sed vberrimis pascuis abũdant: ꝛ ideo cũ- cta sunt plena pastoribus: ꝛ sterilitas terre cõpensatur pecorum multitudine. Ex hoc numero pastorum fuit amos imperitus sermone: sed plenus scientia. Propheta- uit autem eisdem temporibus quibus io hel: naum: ionas: osee: esaias. Sed aliquã- tulum exorsus est prophetare anteqꝫ esai as. Statime autem contra decem tribus locutus est: pauca de duabus interserens. Hunc ablatum de numero pastorum mi sit dominus vt in samaria prophetaret. Quem amasias sacerdos frequenter pla- gis afflixit: tandem filius eius Ozias ve- cte per tempora transfixit. Post hec semi- uiuus in terram suam euectus post ali- quos dies dolore vulneris expirauit sepl- tusqꝫ est cum patribus suis.

Alias ꝓ hu mi aride atqꝫ are- nose

ℭ Explicit prologus.

ℭ Incipit amos propheta.

ℭ Ca. Sũ. ℭ De vastatione decem tribuũ ꝛ de vltione domini contra tres regiões: q̄ non conuerterũt: qꝛ captiuauerunt ꝛ cõdu- xerunt captiuos de israel cõtra filios amõ pro diuisione a Cap. j.

Verba Amos qui fu it in ꝓ pastoribus Thecue que vidit super israel i dieb[us] oꝫie regis iuda: ꝛ i diebus hierobo[a]m fi lij ioas regis israel ante duos ãnos ter- remotus: ꝛ dixit. Dñs de syon rugiet: ꝛ de hierusalem dabit vocem suam. Et luxerũt speciosa pastorum: ꝛ exsiccatus est vertex carmeli. Hec dicit dominus deus. Super tribus sceleribus damasci ꝛ super quattu or non conuertam eum: eo q triturauerunt in plaustris ferreis galaad. Et mittã ignem in domum azahel: ꝛ deuorabit do mos ꝓ benadab. Et conteram vectem da- masci: ꝛ disperdam habitatorem de cam- po idoli: ꝛ tenentem sceptrum de domo voluptatis: ꝛ transferetur populus syrie cy

a Al. ꝓ pasto ralibus.

hie.25.f. Iohel.3.c.

b pe. di.j. cap. super tribus.

B

alias ꝓ be- nadad

venem dicit dominus. Hec dicit dominus. Super tribus sceleribus gaze et super quattuor non conuertam eum: eo q transtulerit captiuitatem perfectam vt concluderet eam in idumea. Et mittam ignem in murum gaze ⁊ deuorauit edes eius: ⁊ disperdam habitatorem de azoto: ⁊ tenentem sceptrum de ascalone: ⁊ conuertam manum meam super acharon: ⁊ peribunt reliqui philistinorum dicit dominus. Hec dicit dominus. Super tribus sceleribus tyri ⁊ super quattuor non conuertam eum: eo q concluserint captiuitatem perfectam in idumea: ⁊ non + sint recordati federis fratrum. Et mittam ignem in murum tyri: ⁊ deuorabit edes eius. Hec dicit dominus. Super tribus sceleribus edom ⁊ super quattuor non conuertam eum: eo q persecutus sit in gladio fratrem suum: ⁊ violauerit misericordiam eius: et tenuerit vltra furorem suum ⁊ indignationem suam seruauerit vsq in finem. Mittam ignem in theman: ⁊ deuorabit edes bozre. Hec dicit dominus. Super tribus sceleribus filiorum ammon et super quattuor non conuertam eum: eo q dissecuerit pregnantes galaad ad dilatandum terminum suum. Et succendam ignem in muro + rabbath: ⁊ deuorabit edes eius in vlulatu in die belli: ⁊ in turbine in die commotionis. Et ibit melchon in captiuitatem: ipse ⁊ principes eius simul: dicit dominus.

Infra.2.a. | C | Al. + fuit | D | Al. + rabbe

Capituli Summarium. Ultio domini contra Moab pro crudelitate in mortuos contra Judam israel pro contemptu legis pro idolatria: de beneficijs Dei et ingratitudine: de destructione ipsorum. Cap. ij.

Hec dicit dominus. Super tribus sceleribus Moab ⁊ super quattuor non conuertam eum: eo q incenderit ossa regis Idumee vsq ad + cinerem. Et mittam ignem in Moab: et deuorabit edes Carioth: ⁊ morietur in sonitu moab in clangore tube. Et disperdam iudicem de medio eius: ⁊ omnes principes eius interficiam cum eo dicit dominus. Hec dicit dominus. Super tribus sceleribus iuda ⁊ super quattuor non conuertam eum: eo q abiecerit legem domini: ⁊ mandata eius non custodierit. Deceperunt enim eos idola sua post que abierant patres eorum. Et mittam ignem in iudam ⁊ deuorabit edes hierusalem. Hec dicit dominus. Super tribus sceleribus israel: ⁊ super quattuor non conuertam eum: pro eo q vendiderit pro argento iustum ⁊ pauperem pro calciamentis. Qui conterunt super puluerem terre capita pauperum: ⁊ viam humilium declinant. Et filius ac pater eius ierunt ad puellam vt violarent nomen sanctum meum: ⁊ super vestimentis pigneratis accubuerunt iuxta omne altare: ⁊ vinum damnatorum bibebant in domo dei sui. Ego autem exterminaui amorreum a facie eorum cuius altitudo cedrorum altitudo eius: ⁊ fortis ipse quasi quercus. Et contriui fructum eius desuper: ⁊ radices eius subter. Ego sum qui ascendere vos feci de terra egypti: ⁊ eduxi vos in deserto quadraginta annis vt possideretis terram amorrei: ⁊ suscitaui de filijs vestris in prophetas: ⁊ de iuuenibus vestris nazareos. Nunquid non ita est filij israel dicit dominus? Et propinabitis nazareis vinum ⁊ prophetis mandabitis dicentes: ne prophetetis. Ecce ego + stridebo + subter vos sicut stridet plaustrum onustum feno. Et peribit fuga a veloce: ⁊ fortis non obtinebit virtutem suam: ⁊ robustus non saluabit animam suam. Et tenens arcum non stabit: ⁊ velox pedibus suis non saluabit. Et ascensor equi non saluabit animam suam: ⁊ robustus corde inter fortes nudus effugiet in illa die: dicit dominus.

A | Al. + vertice(m) | Supra.j.b | B | C | Nu.13.d. | De pe.d.l. j.ca.si aga mus.i.ii. | D | al. + stri dam | al. + fug

Ca. Sum. De penis discordantium: de vijs domini contemptis: de iniquitatibus: de destructione israel pro idolatria ⁊ delitijs. Cap. iij.

Audite verbum quod locutus est dominus super vos filij israel: super + omnem cognationem quam eduxi de terra egypti dicens. Tantummodo vos cognoui ex omnibus cognationibus terre. Idcirco visitabo super vos omnes iniquitates vestras. Nunquid ambulabunt duo pariter: nisi conuenerit eis? Nunquid rugiet leo in saltu: nisi habuerit predam? Nunquid dabit catulus leonis vocem de cubili suo: nisi aliquid apprehenderit? Nunquid cadet auis in laqueum terre absque aucupe? Nunquid auferetur laqueus de terra antequam quid ceperit? Si clanget tuba in ciuitate: ⁊ populus non expauescet? //Si erit malum in ciuitate quod dominus non + fecerit? Quia non faciet dominus deus verbum: nisi reuelauerit secretum suum ad seruos suos prophetas. Leo rugiet: quis non timebit? Dominus deus locutus est: quis non prophe-

A | al. + ol cognatioe | Job.6.a. | B | Esa.45. //24.q.3. ca.quia3. al. + fecit 6.q.j.ca. sunt plurimi. 26.q.5.c. nec mir

tabit? Auditum facite in edibus azoti: & in edibus terre egypti: & dicite. Congregamini super montes samarie: & videte insanias multas in medio eius: & calumnias patientes in penetralibus eius. Et nescierunt facere rectum: dicit dominus thesaurizantes iniquitatem: & rapinas in edibus suis. Propterea hec dicit dominus deus. Tribulabitur & circuietur terra: & detrahetur ex te fortitudo tua & diripientur edes tue. Hec dicit dominus. Quomodo si eruat pastor de ore leonis duo crura aut extremum auricule: sic eruentur filii israel qui habitant in samaria in plaga lectuli & in + damasci grabato. Audite & contestamini in domo iacob: dicit dominus deus exercituum: quia in die cum visitare cepero preuaricationes israel: super eum visitabo: & super altaria bethel: & amputabuntur cornua altaris & cadent in terram. Et percutiam domum hyemalem cum domo estiua: & peribunt domus eburnee: & dissipabuntur edes multe dicit dominus.

C · D · al's + damasco grabati · al's + domini

Capli. Sum. De penis optimatum sub tipo vaccarum pinguium: de duricia populi qui sepe non penitet. Cap. iiij.

Audite verbum hoc vacce pingues: que estis in monte samarie: que calumniam facitis egenis & confringitis pauperes. Que dicitis dominis vestris: afferte & bibemus. Iurauit dominus deus in sancto suo: quia ecce dies venient super vos: & leuabunt vos in contis: & reliquias vestras in ollis feruentibus. Et per aperturas exibitis altera contra alteram: & proiiciemini in armon dicit dominus. Venite ad bethel: & impie agite: ad galgalam & multiplicate preuaricationem. Et offerte mane victimas vestras: tribus diebus decimas vestras. Et sacrificate de fermento laudem: & vocate voluntarias oblationes & annunciate. Sic enim voluistis filii israel dicit dominus deus. Unde & ego dedi vobis stuporem dentium in cunctis urbibus vestris: & indigentiam panum in omnibus locis vestris: & non estis reuersi ad me dicit dominus. Ego quoque prohibui a vobis imbrem cum adhuc tres menses superessent usque ad messem: & plui super unam ciuitatem: & super alteram ciuitatem non plui. Pars una compluta est: & pars super quam non plui aruit. Et venerunt due & tres ciuitates ad unam ciuitatem ut biberent aquam: & non sunt satiate: & non redistis ad me dicit dominus. Percussi vos in vento urente & in aurugine multitudinem hortorum vestrorum & vinearum vestrarum: oliueta vestra & ficeta vestra comedit eruca: & non redistis ad me dicit dominus. Misi in vos mortem in via egypti: percussi in gladio iuuenes vestros usque ad captiuitatem equorum vestrorum: & ascendere feci putredinem castrorum vestrorum in nares vestras: & non redistis ad me dicit dominus. Subuerti vos sicut subuertit dominus sodomam & gomorram: & facti estis quasi torris raptus ab incendio: & non redistis ad me: dicit dominus. Quapropter hec faciam tibi israel. Postquam autem hec fecero tibi preparare in occursum dei tui israel. Quia ecce formans montes & creans ventum & annuncians homini eloquium suum: faciens matutinam nebulam & gradiens super excelsa terre: dominus deus exercituum nomen eius.

A · B · De pe. di. 1. c. pluit · 16. q. 1. c. reuertimini · D · Gen. 19. e.

Ca. Sum. Deplangit perpetuam captiuitatem israel pro idolis: reuocat & monet querere dominum: commemorando penas de tribus afflictionibus iude: de reprobatione festiuitatum & sacrificiorum: de idolatria ipsorum. Cap. v.

Audite verbum istud quod ego leuo super vos planctum. Domus israel cecidit: & non adiiciet ut resurgat. Uirgo israel proiecta est in terram suam: non est qui suscitet eam. Quia hec dicit dominus deus. Urbs de qua egrediebantur mille relinquentur in ea centum & de qua egrediebantur centum relinquentur in ea decem in domo israel. Quia hec dicit dominus deus domui israel. Querite me & viuetis: & nolite querere bethel. In galgalam nolite intrare: & in bersabee non transibitis: quia galgala captiua ducetur: & bethel erit inutilis. Querite dominum & viuite: ne forte comburatur ut ignis domus ioseph & deuorabit: & non erit qui extinguat + bethel. Qui conuertitis in absynthium iudicium: & iustitiam in terra relinquitis facientem arcturum & orionem & conuertentem in mane tenebras & diem in noctem mutantem. Qui vocat aquas maris & effundit eas super faciem terre: dominus nomen est eius. Qui arridet vastitatem super robustum: & depopulationem super potentem affert. Odio habuerunt corripientem in porta: & loquentem perfecte abominati sunt. Idcirco pro eo quod diripiebatis pauperem & predam electam tollebatis ab eo: domus quadro lapide + edificabitis & non habitabitis in eis. Vineas plantabitis

A · 32. q. 5. c. si paulus · B · al's + in · C infra. 9. b · sophon. 1. c. · al's + edificastis et

amantissimas: ⁊ non bibetis vinū earū: ꝙ cognoui multa scelera vestra ⁊ fortia peccata vestra. Hostes iusti accipientes munus: ⁊ pauperes deprimentes in porta. Jdeo prudēs in tempore illo tacebit: quia tempus malum est. Querite bonum ⁊ non malum vt viuatis: ⁊ erit dominus deus exercituum vobiscum sicut dixistis. Odite malum ⁊ diligite bonum: ⁊ constituite in porta iudicium: si forte misereatur dominus deus exercituū reliquijs ioseph. Propterea hec dicit dominus deus exercituum dominator. Jn omnibus plateis planctus: ⁊ in cunctis que foris sunt dicet ve ve. Et vocabunt agricolam ad luctum: ⁊ ad planctum eos qui sciūt plangere. Et in omnibus + vijs erit planctus: ꝙ pertransibo in medio tui dicit dominus. Ve desiderantibus diem dñi. Ad quid eam vobis? Dies dñi ista tenebre ⁊ nō lux. Quomodo si fugiat vir a facie leonis ⁊ occurrat ei vrsus ⁊ ingrediatur domū: ⁊ innitatur manu sua super parietē: ⁊ mordeat eū coluber. Nunquid non tenebre dies domini: ⁊ nō lux ⁊ caligo: ⁊ non splendor in ea? Odi ⁊ proieci festiuitates vestras: ⁊ non capiam odorem cetuum vestrorum? Quod si obtuleritis mihi holocaustomata ⁊ munera vestra non suscipiam: ⁊ vota pinguium vestrorum non respiciam. Aufer a me tumultum carminum tuorum ⁊ cantica lyre tue non audiam. Et reuelabitur quasi aqua iudicium: ⁊ iustitia quasi torrēs fortis. Nunquid hostias ⁊ sacrificium obtulistis mihi in deserto quadraginta annis domus israel? Et portastis tabernaculum moloch + deo vestro: ⁊ imaginem idolorum vestrorum sydus dei vestri + rephan figuras quas fecistis vobis + adorare eas. Et migrare vos faciam trans damascū dicit dominus deus exercituum nomen eius.

Ca. Sū. Contra primates populorū delitiosos: de vastatiōe ⁊ interitu iude ⁊ isrl ꝙ dominū cogūt naturam mutare. Cap. vj.

Ve vobis qui opulenti estis in syon ⁊ confiditis in monte samarie: optimates capita populorū: ingredientes pompatice domum israel. Transite in calāne ⁊ videte: ⁊ ite inde in emath magnam: ⁊ descendite in geth palestinorum: ⁊ ad optima quoq; regna + horum: si latior terminus eorū termino vestro est. Qui separati estis in diem malum: ⁊ appropinquatis solio iniquitatis. Qui dormitis in lectis eburneis: ⁊ lasciuitis in stratis vestris. Qui comeditis agnum de grege: ⁊ + vitulos de medio armenti: qui canitis ad vocē psalterij. Sicut dauid putauerunt se habere vasa cantici: bibentes vinū in phialis: ⁊ optimo vnguento delibuti: ⁊ nihil patiebantur super contritione ioseph. Quapropter nunc migrabunt in capite transmigrantium: ⁊ auferetur factio lasciuientiū. Jurauit dñs deus in anima sua: dicit dñs deus exercituum. Detestor ego superbiam iacob: ⁊ domos eius odi: ⁊ tradam ciuitatem cū habitatoribus suis. Quod si reliqui fuerint decem viri in domo vna: ⁊ ipsi morientur. Et tollet eū propinquus suus et comburet eum: vt efferat ossa de domo: ⁊ dicet ei qui in penetrabilibus domus est. Nunquid adhuc est penes te? Et respōdebit. Finis est. Et dicet ei. Tace ⁊ non recorderis nominis dñi. Quia ecce domin⁹ mādauit: ⁊ percutiet domum maiorem + ruinis: ⁊ domum minorem scissionib⁹. Nūquid currere queūt i petris equi: aut arari potest in bubalis? Quoniam conuertistis in amaritudinem iudiciū: ⁊ fructū iustitie in absinthium: qui letamini i nihili: qui dicitis. Nūquid non in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua? Ecce ecce enim suscitabo super vos domus israel dicit dominus deus exercituū gentem: ⁊ + conterent vos ab introitu emath vsq; ad torrentem deserti.

Cap. Sum. De captiuitate israel per assyrios: ⁊ iude per nabuchodonosor: de trulla cementarij: de amasia sacerdote contradicente amos. Cap. vij.

Hec ostendit mihi dominus deus. Et ecce fictor locuste in principio germinantium serotini imbris: ⁊ ecce serotin⁹ post + tonsionem regis. Et factum est cū consummasset comedere herbam terre dixit. Domine deus propitius esto obsecro. Quis suscitabit iacob: quia paruulus est? Misertus est dominus super hoc. Nō erit dixit dominus. Hec ostendit mihi dominus deus. Et ecce vocabat iudiciū ad ignem dominus deus: ⁊ + deuorabit abyssū multam: ⁊ + comedet simul partē. Et dixi. Domine deus quiesce obsecro. Quis suscitabit iacob: ꝙ paruulus est? Misertus est

Left margin: nō habitastis · D · Exi. q. 3. c. Pauper. ⁊ ca. qui. · Psal. 96. Ro. 12. c. · E · al's + vlneis · F · Esaie. j. d. mala. j. d · al' + attuleritis. j. · Jeq j. cap. · od. 24. q. j. ca. odi. · G · actu. 7. c. · al'. + regi · al' + q̄ fecistis vobis · al'. nō hz adorare eam. · A · Luc. 5. d. · al's + eorū · B

Right margin: al's + vitulum · C · hic. si. b. infra. S. b · D · Al's + in · al's + conteret · A · al' + tōsorem gregis · al' + tōsturā regis. infra co. · al' + deuorauit · al's + comedit · B

dominus super hoc. Sed et istud non erit: dicit dominus deus. Hec ostēdit mihi dominus deus. Et ecce dominus stans super murum litum: et in manu eius trulla cementarij. Et dixit dominus ad me. Quid tu vides amos? Et dixi. Trullam cementarij. Et dixit dominus. Ecce ego ponam trullam in medio populi mei israel. Non adijciam vltra superinducere eum: et demolientur excelsa idoli: et sanctificationes israel desolabuntur: et consurgam super domum + hierobоam in gladio. Et misit amasias sacerdos bethel ad hierobоam regem israel: dicens. Rebellauit contra te amos in medio domus israel. Non poterit terra sustinere vniuersos sermones eius. Hec enim dicit amos. In gladio morietur hierobоā: et israel captiuus migrauit de terra sua. Et dixit amasias ad amos. Qui vides, gradere: fuge in terram iude et comede ibi panem: et prophetabis ibi et in bethel non adijcies vltra vt prophetes: quia sanctificatio regis est et domus regni est. Responditque amos et dixit ad amasiam. Non sum propheta: et non sum filius prophete: sed armentarius ego sum vellicans sycomoros. Et tulit me dominus deus cum sequerer gregem. Et dixit dominus ad me. Vade propheta ad populum meum israel. Et nunc audi verbū domini. Tu dicis: non prophetabis super israel: et non stillabis super domum idoli. Propter hoc hec dicit dominus. Uxor tua in ciuitate fornicabit: et filij tui et filie tue in gladio cadent: et humus tua funiculo metietur. Et tu in terra polluta morieris: et israel captiuus migrabit de terra sua.

¶ Ca. Sū. ¶ De vncino et festinatiōe vindicte in ppl'm: de auaricia populi: de passiōe domini: de luctu: de captiuitate populi: et de fame verbi dei. Cap. viij.

Hec ostendit mihi dñs deus. Ecce vncinus pomorum. Et dixit. Quid tu vides amos? Et dixi. Uncinū pomorum. Et dixit dominus ad me. Uenit finis super populum meū israel. Non adijciam vltra vt pertransea eū. Et stridebūt cardines tēpli in die illa dicit dñs deus. Multi morienf: in omni loco proijcietur silētium. Audite hoc qui conteritis pauperē: et deficere facitis egenos terre dicētes. Quā trāsibit + messis et vendabimus merces: et sabbatum: et aperiemus frumētū: vt imminuamus mēsurā et augeamus siclū: et supponamus stateras dolosas vt possideam' in argēto egenos: et pauperes pro calciamētis: et quisquilias frumēti vēdam'. Jurauit dñs in superbiā Jacob. Si oblit' fuero vsque ad finē omnia opera eorum. Nūquid super isto nō cōmouebitur terra: et lugebit omnis habitator eius. Et ascēdet quasi fluuius vniuersus: et eijcietur et defluet quasi riuus egypti. Et erit in die illa dicit dñs: occidet sol meridie: et tenebrescere faciam terram in die luminis. Et conuertā festiuitates vestras in luctū: et omnia cantica vestra in planctū. Et inducam super oē dorsum vestrū saccū: et super omne caput caluiciū. Et ponam eam quasi luctū vnigeniti: et nouissima eius quasi diē amarū. Et ecce dies veniūt dicit dominus: et emittā famē in terram: nō famem panis neque sitim aque: sed audiēdi verbū domini. Et cōmouebunf a mari vsque ad mare: et ab aquilone vsque ad orientem circuibūt querētes verbum dñi et nō inuenient. In die illa deficiēt virgines pulchre: et adolescētes in siti: qui iurant in delicto samarie: et dicūt. Uiuit deus tu' dan: et viuit via bersabee. Et cadēt et nō resurgēt vltra.

¶ Cap. Sū. ¶ De excidio templi et vrbis propter auaritiam principū: quod domin' cōprehendet fugientes et nationes hominū nō attēdit: sed mores ei' de tempore resurrectionis instaurātis ecclesie: de predicatoribus qui plantauerant ecclesias et ipsi in ecclesia plantabūtur. Cap. ix.

Uidi dñm stantē super altare. Et dixit percute cardinē et cōmouean̄f superliminaria. Auaritia enim in capite + omnium: et nouissimū eorum in gladio interficiam. Nō erit fuga eis: et qui fugerit ex eis nō saluabif. Si descēderint vsque ad infernū: inde man' mea educet eos: et si ascēderint vsque ad celū: inde detraham eos. Et si absconditi fuerint in vertice carmeli: inde scrutans auferam eos. Et si celauerint se ab oculis meis in profundo maris: ibi mandabo serpenti et mordebit eos. Et si abierint in captiuitatē corā inimicis suis: ibi mādabo gladio et occidet eos. Et ponam oculos meos super eos in malū: et non in bonū. + Et dñs de' exercituū qui tāgit terram et tabescit: et lugebūt oēs habitātes in ea. Et ascēdet sicut riuus eius: et defluet sicut fluui' egypti. Qui edificat in celo ascēsionē suam:

Marginalia: supra eo. | sup. 8. a. | al. + ydoli | C | D | al. + mē | sup. 6. c. | C | Tob. 2. b | j. mac. j. e | D | S. q. j. ca. audacter | 32. q. 5. c. si paulus | A | al. + dominum | B | hie. 44. c | al. + ait | A | sup. 7. b. | B | al. + mēsis

& fasciculũ suũ super terrã + fundauit. Qui vocat aquas maris: & + effundit eas super faciẽ terre. Dñs nomẽ ei⁹. Nũqd nõ vt filij ethiopum vos estis mihi filij israel: ait dñs: Nũqd nõ israel ascẽdere feci de terra egypti: & palestinos de capadocia & syrios de cyrene. Ecce oculi dñi dei sup regnũ peccans: & cõteram illud a facie terre. Uerũtñ conterans nõ conteram domũ iacob: dicit dñs. Ecce enim mãdabo ego: & cõcutiã in omnib⁹ gentib⁹ domũ israel: sicut concutitur triticũ in cribro: & nõ cadet lapillus super terram. In gladio morient oẽs peccatores populi mei qui dicunt: nõ appropinquabit & nõ veniet super nos malũ. In die illa suscitabo tabernaculum dauid qḋ cecidit: & reedificabo aperturas murorũ ei⁹: & ea que corruerãt instaurabo. Et reedificabo eũ sicut in dieb⁹ antiqs: vt possideant reliquias idumee & oẽs natiões: eo q inuocatũ sit nomẽ meũ super eos dicit domin⁹ faciens hec. Ecce dies veniẽt dicit domin⁹: & cõprehẽdet arator messorez: & calcator vue mittentem semen. Et stillabunt montes dulcedinem: & omnes colles culti erunt. Et conuertam captiuitatẽ pplĩ mei israel: & edificabũt ciuitates desertas: & inhabitabũt & plãtabũt vineas: & bibẽt vinũ earũ: & faciẽt hortos & comedent fruct⁹ eorũ. Et plantabo eos sup humum suã: & nõ euellã eos vltra de terra sua quaz dedi eis: dicit dominus deus.

sis + fundauit sup. s. c. vel + fundet

C

Act. 15. c.

D

Iohel. 3. d.

de pr. di. 2. c. si aga mus. i. fi.

ℭ Explicit amos ꝓpheta.

ℭ Incipit ꝓlogus in abdiã ꝓphetam.

Iacob patriarcha habuit fratrẽ esau: qui ob ruborez corporis sui edom hebrea lingua appellatus est: qḋ latine sanguineus dr. Is memoratũ fratrẽ suũ qui israel nomen acceperat graui odio cõmotus interimere conat⁹ est. Qua de cã omnes q populũ israel. i. filios patriarche iacob predicti esau odiũ imitati persecuti sunt: esau & edom appellati sunt. Et qr populus israel de captiuitate chaldeoꝝ p cyruz regẽ persarũ nutu dei reuocat⁹ i hierusalẽ ab alio regno grauiter afflict⁹ atqz oppressus est: ideo hoc regnum qḋ more esau predictũ pplm psecutus est: p denunciatione abdie ꝓphete increpat: quod nõ dei indignatiõe: sed sua virtute populũ separatũ gloriabat. De quo regno olim per dauid in psalmo. cxxxvj. dictũ est. Memorare dñe filioꝝ edom: in die hierusalem. Nam reliqua lectione comprehensa futurũ in gentes iudiciũ ob causas lectiõe cõprehensas: regnũqz dei in populo israel significat. Hebrei hũc dicũt esse q sub rege samarie achab: & impijssima iezabel pauit centũ ꝓphetas in specubus: qui non curuauerũt genua ante baal: & de septẽ milibus erat quos helyas arguit ignorasse. Sepulchrũ quoqz eius vsqz hodie cum mausoleo helisei ꝓphete & baptiste iohannis in sebaste veneratiõe habet: que olim samaria dicebat. Hãc herodes rex antipatris filius in honore augusti cesaris greco noie vocauit augustã. Hic igit q centũ ꝓphetas pauerat: accepit gratiam ꝓphetalem: & de duce exercitus fit dux ecclesie. Tũc in samaria paruũ gregem pauerat: nũc in toto orbe christi pascit ecclesias. Et sicut stephanus coronã meruit passiõis: sic hic de seruitutis dei cũ paulo apostolo nomine gloriatur: qr abdias seruus dñi in nostro sonat eloquio.

Ges. 25. d.

Ge. 27. g.

1. esd. 1. b

3. re. 18. c.

Ro. 11. a.

Act. 6. c. & 7. g.

ℭ Explicit prologus.

ℭ Incipit argumentum.

Abdias qui interpretatur seruus domini personat contra edom: sanguineum terrenumqz fratrem fratris quoqz iacob semper emulum hasta percutit spiritali.

ℭ Explicit argumentum.

ℭ Incipit abdias propheta.

ℭ Ca. Sũ. ℭ Edom propter superbiam deijcitur & vastatur per nabuchodonosor: propter interfectionẽ & iniqtatem in fratrem suum: de causis ꝓpter quas edom captiuat: de resurrectione iudeorũ: de tyro: de dilatiõe predicationis: & de subiectione populorum. Cap. i.



A

Visio abdie. Hec dicit dominus deus ad edom. Auditū audiuimus a dño: et legatum ad gentes misit. Surgite: et cōsurgamus aduersus eū in preliū. Ecce paruulum dedite in gentibus. Cōtemptibilis tu es valde. Superbia cordis tui extulit te habitantem in scissuris + petrarū: exaltantem soliū + tuum. Qui + dicis in corde + tuo. Quis detrahet me in terrā? Si exaltatus fueris vt aquila: et si inter sydera posueris nidum tuū: inde detrahā te dicit dominus. Si fures itroissent ad te: si latrones per noctem: quomodo conticuisses? Nōne furati eēnt sufficientia sibi? Si vindemiatores itroissent ad te +: nūquid saltē + racemum reliquissent tibi? Quomō scrutati sunt esau? Inuestigauerūt abscondita eius. Usqz ad terminum emiserūt te omnes viri federis tui illuserūt tibi. Inualuerūt aduersuz te viri pacis tue. Qui comedūt tecū ponēt insidias subter te. Nō est prudētia in eo. Nūquid non in die illa dicit dominus: perdam sapiētes de idumea: et prudētiam de monte esau? Et timebūt fortes tui + a meridie: vt intereat vir de mōte esau. Propter interfectionem et propter iniquitatē: in fratrē tuum iacob operiet te cōfusio: et peribis ī eternum. In die cuz stares aduersus eū: quādo capiebant alieni exercitum eius: et extranei ingrediebantur portas eius: et super hierusalem mittebant sortē: tu quoqz eras quasi vnus ex eis. Et nō despicies in die fratris tui: in die peregrinationis eius. Et non letaberis super filios iuda in die perditionis eorum: et non magnificabis os tuum in die angustie: neqz ingredieris portam ppli mei in die ruine eoꝝ: neqz despicies et tu in malis eius ī die vastitatis illius. Et nō emitteris aduersus exercitū eius in die vastitatis illius: neqz stabis in exitibus vt interficias eos qui fugerint. Et non concludes reliquos eius in die tribulationis: quoniam iuxta est dies domini super omnes gētes. Sicut fecisti fiet tibi: retributionem tuam cōuertam in caput tuū. Quomodo enim bibistis super montem sanctum meum bibent omnes gentes iugiter: et bibent: et absorbebūt: et erūt quasi nō sint. Et in mōte syon erit saluatio: et erit sanctus. Et possidebis domus iacob eos qui se possederant. Et erit domus iacob ignis: et domus ioseph flāma: et domus esau stipula. Et succēdentur in eis et deuorabūt eos: et non erūt reliquie domus esau: quia dominus locutus est. Et hereditabūt hi qui ad austrum sunt montez esau: et qui in campestribus phylistiim: et possidebunt regionem effraim et regionem samarie. Et beniamin possidebit galaad: et transmigratio exercitus huius filiorum israel omnia loca chananeorum vsqz ad sareptam: et transmigratio hierusalem que in bosphoro est possidebit ciuitates austri. Et ascendēt saluatores in montem syon iudicare montem esau: et erit domino regnum. +

[Margin: al's + petre. al + suū. al + dicit al + sua Hie. 49. d. — B — Al's + nonne Al's + racemos — C — Esa. 29. e. 1. cor. 1. e. al's non hz + a — D — E — F — B — al's hz + Amen.]

¶ Explicit Abdias propheta.

¶ Incipit plogus in Ionā pphetam.

Sanctum ionā hebrei affirmāt filiuz fuisse mulieris vidue sareptane quez helyas ppheta mortuuz suscitauit matre postea dicēte ad eum nūc cognoui qz vir dei es tu: et verbū dei in ore tuo veritas ē. Ob hanc etiam causam ipsum pueruz sic vocauit amathi. Amathi enim in nostra lingua veritatem sonat. Et ex eo qz verū helyas locutus est: ille qui suscitatus ē filius esse dicit veritatis. Ideo de veritate colūba nascitur: quia ionas colūbaz sonat. In condēnationem autez israel ionas ad gētem mittit: qz niniue gente penitētiā illi in malicia perseuerant. Temporibus quippe hieroboaz regis israel regis qui deo lege relicto cū populo suo in samaria idolis sacrificabat ionam prophetā fuisse: quartus liber regum indicat. Is cuz prophetia illumināte peccatores ciuitatis niniue dei misericordiam consecuturos videret: ne falsa predicare videret: ad denūciandū interitū eiusdem ciuitatis ire nolebat. Nā sicut deus ad abraaz de impietate sodomorum et gomoreorum locutus ē clamor sodomoꝝ et gomoreoꝝ peruenit ad me; ita et de niniue dicitur eo qz ascenderit clamor malicie eius ad deum. Et quia sentētia dei de sodomis facta minime reuocata est: ita et ionas aduersum niniuen prolatam sententiam reuocari nolebat diuine

[Margin: 3. re. 17. d — 4. re. 14. f — Ge. 18. e — Jone. 1. a]

dispensationis ignarus qui salutem hominum ad se convertentiu magis vult quam interitu. hoc illi acciderat quod et sancto helyseo qui filium sunamitidis mulieris mortuu ignorauit. Ideo a conspectu dei fugere se ionas putabat: humanu aliqd passus dicente dauid. Quo ibo a spiritu tuo: et quo a facie tua fugiam?

Ezech.33

4.re.4.b

ps.119.

¶ Explicit prologus.

¶ Incipit argumentum.

Jonas columba pulcherrima naufragio suo passionem domini prefigurans: mundum ad penitentiam reuocat: et sub nomine niniue salutem gentibus denunciat.

¶ Explicit argumentum.

¶ Incipit Jonas propheta.

¶ Ca. Sū. ¶ Jonas mittitur in niniue ad predicandum et fugit in tharsis: oritur tempestas et in mare mittitur: et stat mare: et timent offerentes domino: et dominus populi miseretur. Cap. j.

Et factum est verbū domini ad ionam filiū amathi: dicens. Surge: et vade in + niniuen civitatem + grandem et predica in ea: quia ascendit + malicia eius coram me. Et surrexit ionas vt fugeret in tharsis a facie domini. Et descendit ioppen: et inuenit nauem euntem in tharsis. Et dedit naulum eius et descendit in eam: vt iret cum eis in tharsis a facie domini. Dominus autem misit ventū magnum in mare: et facta est tempestas magna in mari: et nauis periclitabatur conteri. Et timuerunt naute et clamauerunt vir ad deum suum: et miserunt vasa que erant in naui in mare vt alleuiaretur ab eis. Et ionas descēdit ad interiora nauis: et dormiebat sopore graui. Et accessit ad eū gubernator: et dixit ei. Quid tu sopore deprimeris? Surge: inuoca deum tuum: si forte recogitet deus de nobis: et non pereamus. Et dixit vir ad collegam suum. Venite et mittamus sortes: et sciamus quare hoc malum sit nobis. Et miserūt sortes. Et cecidit sors super ionam. Et dixerunt ad eū. Indica nobis: cuius causa malum istud sit nobis. Quod est opus tuū: que terra tua: et quo vadis: vel ex quo populo es tu? Et dixit ad eos. Hebreus ego sum: et dominum deum celi ego timeo: qui fecit mare et aridam. Et timuerunt viri timore magno: et dixerunt ad eum. Quid hoc fecisti. Cognouerunt enim viri quod a facie domini fugeret: quia indicauerat eis ionas: et dixerūt ad eum. Quid faciemus tibi: et cessabit mare a nobis? Quia mare ibat et intumescebat super eos. Et dixit ad eos. Tollite me et mittite in mare: et cessabit mare a vobis. Scio enim ego quoniā propter me tempestas hec grandis venit super vos. Et remigabant viri vt reuerterentur ad aridam et non valebant: quia mare ibat: et intumescebat super eos. Et clamauerunt ad dominum et dixerunt. Quesumus domine ne pereamus in anima viri istius: et ne des sup nos sanguinē innocētem: quia tu dñe sicut voluisti fecisti. Et tulerūt ionam et miserūt in mare: et stetit mare a feruore suo. Et timuerunt viri timore magno dñm: et immolauerūt hostias dño: et vouerunt vota.

A

Alias + niniue + ciuitatem + magnam. Alias + clamor malitie. Ge.18.b.

B

j.q.4.§. his ita. 26.q.2.c. j.et.c. nō exēplo: et c. nō statim.

C

D

Deu. 21. b.

¶ Ca. Sū. ¶ Absorptus a ceto clamat ad dominum: exauditur et euomitur. Cap. ij.

Et preparauit dñs piscem grandem: vt deglutiret ionam. Et erat ionas in ventre piscis tribus diebus & tribus noctibus. Et orauit ionas ad dominũ deum suum de ventre piscis. Et dixit. Clamaui de tribulatione mea ad dñm: & exaudiuit me. De ventre inferi clamaui: & exaudisti vocem meam. Et proiecisti me in profundum in corde maris: & flumen circundedit me. Omnes gurgites tui & fluctus tui: super me transierũt. Et ego dixi. Abiectus sum a conspectu oculorũ tuorum. Verũtamen rursus videbo templũ sctũ tuũ. Circũdederũt me aque vsq; ad aiam: abyssus vallauit me: pelag⁹ operuit caput meũ. Ad extrema montiũ descendi: terre vectes cõcluserũt me ieternũ. Et subleuabis de corruptione vitã meam dñe deus meus. Cũ angustiaretur in me aía mea dñi recordatus sum: vt veniat ad te oratio mea ad templũ sanctũ tuũ. Qui custodiunt vanitates: frustra misericordiã suã + derelinquũt. Ego autem in voce laudis imolabo tibi quecũq; voui reddã p salute mea dño. Et dixit dominus pisci. Et euomuit ionam in aridam.

mat. 12. c
ps. 119.
al. + derelinquẽt.

¶ Ca. Sũ. ¶ Iterum ionas mittitur in niniuen predicari: predicat: penitet populus: & dominus miseretur. Cap. iij.

Et factum est verbũ domini ad ionã secũdo dicens. Surge: & vade in niniuen ciuitatem magnam: & predica in ea predicationem quam ego loquor ad te. Et surrexit ionas & abijt in niniuen iuxta verbũ domini. Et niniue erat ciuitas magna +: itinere triũ dierũ. Et cepit ionas introire ciuitatem itinere diei vnius: & clamauit & dixit. Adhuc quadraginta dies: & niniue subuertetur. Et crediderũt viri niniuite in domino: & predicauerũt ieiuniũ: & vestiti sunt saccis a maiore vsq; ad minorẽ. Et peruenit verbum ad regem niniue. Et surrexit d solio suo: & abiecit vestimentũ suũ a se: & indutus est sacco & sedit in cinere. Et clamauit & dixit i niniue ex ore regis & principũ ei⁹ dicẽs. Homines & iumenta & boues & pecora nõ gustent qc q; nec pascãtur: & aquam non bibant: & operiantur saccis homines & iumenta: & clament ad + dominum in fortitudine: & cõuertatur vir a via sua mala: & ab iniquitate que est in manibus eorum. Quis scit si conuertatur & ignoscat deus: & reuertatur a furore ire sue: & non peribimus? Et vidit deus opera eorum: q: conuersi sunt de via sua mala: & misertus est super maliciam quam locutus fuerat vt faceret eis: & non fecit.

dei + dei
mat. 12. d
Luc. 11. d
al. + deo
iohel. 2. c
22. q. 4. c. vnusqs. q. i ñ. c. incõmutabil. c. ñ semper. de pe. dis. j. c. ipotẽtia. & c. deniq. & c. q̃obrẽ S. q. j. c. mereor. j. machab. 12.

¶ Ca. Sũ. ¶ Dolet Jonas ad mortẽ & arguitur a domino: dolet Jonas de re facta hedera: & ex hoc probat ei dominus q ppter niniuen debuit condolere. Cap. iiij.

Et afflictus est ionas afflictione magna: & iratus est & orauit ad dominũ & dixit. Obsecro domine: nunquid nõ hoc est verbũ meũ: cum adhuc essem in terra mea? Propter hoc preoccupaui vt fugerẽ in tharsis. Scio enim quia tu deus clemens & misericors es: patiẽs & multe miserationis: & ignoscens super malicias. Et nunc + dñe tolle queso animam meam a me: q: + melior est mihi mors q̃ vita. Et dixit domin⁹. Putasne bene irasceris tu? Et egressus est ionas de ciuitate: & sedit contra orientem ciuitatis. Et fecit sibi met vmbraculum ibi: & sedebat subter illud in vmbra donec videret quid accideret ciuitati. Et preparauit dominus deus

ps. 85. iohel. 2. c
j. re. 16. c
al. + q̃ro
Alsi + melius

hederaz et ascendit super caput ione: vt esset vmbra super caput eius et protegeret eum. Laborauerat enim. Et letatus est ionas super hedera leticia magna. Et parauit deus vermem ascensu diluculi in crastinum: et percussit hederam et exaruit. Et cum ortus fuisset sol precepit dominus vento calido et vrenti: et percussit sol super caput ione et estuabat. Et petiuit anime sue vt moreretur. Et dixit. Melius est mihi mori quam viuere. Et dixit dominus ad ionam. Putasne bene irasceris tu super hederam? Et dixit. Bene irascor vsque ad mortem. Et ✠ dixit dominus. Tu doles super hederam in qua non laborasti neque fecisti vt cresceret que sub vna nocte nata est et sub vna nocte periit: et ego nõ parcam niniue ciuitati magne: in qua sunt plusquam centum viginti milia hominum qui nesciunt quid sit inter dexteram et sinistram suam et iumenta multa?

als non hoc ✠ dixit.

D

¶ Explicit Jonas propheta.

¶ Incipit prologus in Micheam prophetam.

Temporibus ioathe et achaz et ezechie regum iuda: micheam prophetam ob hanc prophetiam spiritusancto repletum fuisse lectio ipsa demonstrat. Sed de supradicto numero regum ioathan et ezechias deo ob religionem placuisse: hystoria libri quarti regum et secundi paralypomenon indicat. Achaz vero relicto deo idola samarie quibus etiam filios suos in sacrificium igni in concremandos obtulerat coluisse constat. Quobrem deus samariam que reges israel et iuda memoratorum simulachrorum superstitione seduxerat increpans indignationem suam in eam processuram comminatus est. Populo etiam israel preuaricatori et principibus eius qui eundem populum fallaci suasione ad colenda idola impulerant verbis in sequentibus captiuitatem: et interitum affuturum denunciauit.

4. re. 15. 8.

4. re. 16. a

¶ Explicit prologus.

¶ Incipit argumentum.

Micheas de morasthi coheres christi vastationem annunciat filie latronis: et obsidionem ponit contra eam: quia maxillam percusserit iudicis israel.

¶ Explicit argumentum.

¶ Incipit Micheas propheta.

¶ Ca. Sm. ¶ De terrore venturi iudicis: de subuersione samarie propter idola: plangit propheta quod plangant: peruenit ad iudeos et incitat ad planctum. Cap. j.

Verbum domini quod factum est ad ✠ micheam morasthitem in diebus ioathan achaz et ezechie regum iuda: quod vidit super samariam et hierusalem. Audite populi omnes et attendat terra et plenitudo eius: et sit dominus deus vobis in testem: dominus in templo sancto suo. Quia ecce dominus egredietur de loco suo: et ✠ descendet et calcabit super excelsa terre. Et consumentur montes subtus eum: et valles scindentur sicut cera a facie ignis: sicut aque que decurrunt in preceps. In scelere iacob omne istud: et in peccatis domus israel. Quod scelus iacob? Nonne samaria? Et que excelsa iude? Nonne hierusalem? Et ponam samariam quasi aceruum lapidum in agro cum plantatur vinea: et detraham in vallem lapides eius. Et fundamenta eius reuelabo: et omnia sculptilia eius concidentur. Et omnes mercedes eius comburentur igne et omnia idola eius ponam in perditionem: quia de mercedibus meretricis congregata sunt: et vsque ad mercedem meretricis reuertentur. Super hoc plangam et vlulabo: vadam spoliatus et nudus. Faciam planctum velut draconum: et luctum quasi strutionum: quia desperata est plaga eius: quia venit vsque ad iudam: tetigit portam populi mei vsque ad hierusalem. In geth nolite annunciare lachrymis ne ploretis. In domo puluerispuluere vos conspergite: et transite vobis

A

Als ✠ micheam

Esa. 26. d als ✠ descendit et calcauit.

B

sup. 3. c

C

habitatio pulchra: confusa ignominia. nõ est egressa que habitat in exitu. Planctum domus vicina accipiet ex vobis que stetit sibimet: quia infirmata est in + bonũ que habitat in + amaritudinibus. Quia descendit malum a domino in portam hierusalem: tumultus quadrige stuporis habitanti lachis. Principium peccati est filie syon. quia in te inuenta sunt scelera israel. Propterea dabit emissarios super hereditatem geth: domos mendacij in deceptionem regibus israel. Adhuc heredem adducam tibi que habitas in maresa: vsque ad + odollam veniet + gloria israel. Decaluare et tondere super filios deliciarũ tuarũ: dilata caluicium tuũ sicut aquila: quoniam captiui ducti sunt ex te.

¶ Capituli Summarium. ¶ Peccata populi designat que prouocat vltionem, peccantes in spe cõfutat: et iubet ire post dominum compatitur propheta populo suo et post tristitiam prophetat leta de aduentu christi et ascensione. Cap. ij.

Ve qui cogitatis inutile: et operamini malum in cubilibus vestris. In luce matutina faciunt illud: quoniam contra dominum est manus eorum. Et concupierunt agros et violenter tulerunt et rapuerunt domos: et calumniabantur virũ et domum eius: virum et hereditatem eius. Idcirco hec dicit dominus. Ecce ego cogito super familiam istam malum: vnde nõ auferetis colla vestra et non ambulabitis superbi: quoniam tempus pessimum est. In die illa sumetur super vos parabola: et cãtabitur canticum cum suauitate dicentium. Depopulatione vastati sumus. Pars populi mei commutata est. Quomodo recedit a me cum reuertatur qui regiones nostras diuidat? Propter hoc nõ erit tibi mittens funiculum sortis in cetu domini o israel. Ne loquamini loquentes. Nõ stillabit super istos: non comprehendet confusio dicit dominus iacob. Nunquid abbreuiatus est spiritus domini: aut tales sunt cogitationes eius? Nõne verba mea bona sunt cum eo qui recte graditur? Et econtrario populus meus in aduersariũ consurrexit. Desuper tunicam pallium sustulistis: et eos qui transibant simpliciter conuertistis in bellum. Mulieres populi mei eiecistis de domo deliciarum suarum: a paruulis earum tulistis laudem meã imperpetuum. Surgite et ite: quia nõ habetis hic requiem. Propter immundiciam eius corrumpentur putredine pessima. Utinam non essem vir habens spiritum: et mendacium potius loquerer. Stillabo tibi in vinum et in ebrietatem: et erit super quem stillatur populus iste. Congregatione congregabo iacob totum te: in vnum conducam reliquias israel. Pariter ponam illum quasi gregem in ouili: quasi pecus in medio caularum. Tumultuabunt a multitudine hominũ. + Ascendet enim pandẽs iter ante eos. Diuidet et transibũt portam: et egredient per eã. Et transibit rex eorum coram eis: et dominus in capite eorum.

¶ Ca. Sũ. ¶ Contra crudelitatem principum: contra fallaciam prophetarum et doctorum: contra scelera primatum et iudiciũ propter que syon destructa ẽ et hierusalem. Cap. iij.

Et dixi. Audite principes iacob et duces domus israel. Nũquid + non vestrum est scire iudiciũ qui odio habetis bonum: et diligitis malũ: qui violẽter tollitis pelles eorum desuper eis: et carnem eorum desuper ossibus eorum. Qui comederunt carnem populi mei et pelles eorum desuper excoriauerũt: et ossa eorum confregerũt et conciderunt sicut in lebete et quasi carnem in medio olle. Tunc clamabunt ad dominum et non exaudiet eos: et abscondet faciem suam ab eis in tempore illo: sicut nequiter egerũt adinuentionibus suis. Hec dicit dominus super prophetas qui seducũt populum meum: qui mordent dentibus suis: et predicant pacem. Et si quis non dederit in ore eorum quippiam: sanctificant super eum prelium. Propterea nox vobis pro visione erit: et tenebre vobis pro diuinatione. Et occumbet sol super prophetas: et obtenebrabitur super eos dies. Et cõfundentur qui vidẽt visiones: et confundentur diuini. Et operient omnes vultus suos: quia non est responsum dei. Uerumtamen ego repletus sum fortitudine spiritus domini iudicio et virtute: vt annunciem iacob scelus suũ et israel peccatum suum. Audite hoc principes domus iacob: et iudices domus israel. Qui abominamini iudicium et cuncta

Marginalia: al. + bono alias + amaritudinibus; D; alias + domus; al. + odollam alias + gloria; A; Di. 56. ca. nasci; B; C; Hebr. 3 D; alias + a multitudine; alias non hẽ + nõ; B; alias non hẽ nisi semel + vobis; C; Di. 50. c. cũ exaudiero; D

Eze. 22. f. soph. 3. d. j. q. j. c. iudices. di. 25. ca. eccle. 25. q. i. c. nullis. c. de. hie. 26. f. sup. j. d.

& omnia recta peruertitis. Qui edificatis syon in sanguinibus: & hierusalem in iniquitate. Principes eius in muneribus iudicabant: & sacerdotes eius in mercede docebant. Et prophete eius in pecunia diuinabant: & super dominum requiescebant dicentes. Nunquid nō dominus in medio nostrum? Nunquid venient super nos mala? Propter hoc causa vestri syon q̄si ager arabitur: & hierusalē quasi aceruus lapidū erit: & mons tēpli in excelsa siluarum.

¶ Capituli Summarium. ¶ De aduentu christi & fide gentium: de comparatione orbis: de conuersione reliquiarū israel pro aduentu christi consolatur hierusalē: captiuitatē babylonicā & liberationē & futuros p̄dicatores predicit: de reliquijs que predicabūtur & saluabūtur. Cap. iiii.

A

al. + prepāratus Esa. 2. a.

Et erit in nouissimo dierum: erit mons domus domini + paratus in verticemontium: & sublimis super colles. Et fluent ad eum populi: & properabūt gentes multe: & dicēt. Uenite: ascendamus ad montem domini: & ad domum dei Jacob. Et docebit nos de vijs suis: & ibimus in semitis eius. Quia de syon egredietur lex: & verbum domini de hierusalem. Et iudicabit inter populos multos: & corripiet gentes fortes vsq3 in longinquum. Et concident gladios suos in vomeres & hastas suas in ligones. Non sumet gens aduersus gentē gladiū: & nō discēt vltra belligerare. Et sedebit vir subtus vineā suā: & subtus ficū suā & nō erit qui deterreat: q2 os dñi exercituum locutum est: quia omnes populi ambulabunt vnusquisq3 in nomine dei sui: nos autem ambulabimus in nomine dei nostri in eternum & vltra

B

soph. 3. d

al. nō h3 ꝯsolabor.

C

Luce. 1. c.

In die illa dicit dominus: ꝯgregabo claudicantem: & eam quā eieceram colligam: & quam afflixeram + consolabor. Et ponam claudicantem in reliquias: & eam que laborauerat in gentem robustam. Et regnabit dominus super eos in monte syon: et ex hoc nunc & vsq3 in eternum. Et tu turris gregis nebulosa filia syon vsq3 ad te veniet: & veniet potestas prima regnum filie hierusalem. Nunc quare merore contraheris? Nunquid rex nō est tibi: aut cōsiliarius tuus perijt: quia comprehendit te dolor sicut parturientem? Dole & satage filia syon quasi parturiens: quia nunc egredieris de ciuitate: & habitabis in regione: & venies vsq3 ad babylonem. Ibi liberaberis: ibi redimet te dominus de manu inimicorum tuorum. Et nunc cōgregate sunt super te gentes multe: que dicūt lapidetur: & aspiciat in syon oculus noster. Ipsi autem nō cognouerunt cogitationes domini: & nō intellexerunt consilium eius: quia congregauit eos quasi fenum aree. Surge & tritura filia syon: quia cornu tuum ponam ferreum: & vngulas tuas ponam ereas. Et cōminues populos multos: & interficies domino rapinas eorum: & fortitudinem eorum domino vniuerse terre.

D

¶ Capituli Summarium. ¶ De vastatione hierusalem pro morte christi: de natiuitate & magnificentia christi: de septem pastoribus octo primatibus: de apostolica predicatione & iudeorum exterminatione. Cap. v.

A

Mat. 2. a Joh. 7. f.

Nunc vastaberis filia latronis. Obsidionem posuerunt super nos. In virga percutient maxillam iudicis israel. Et tu bethleem effrata paruulus es in milibus iuda. Ex te mihi egredietur qui sit dominator in israel: & egressus eius ab initio a diebus eternitatis. Propter hoc dabit eos vsq3 ad tempus in quo parturiēs pariet. Et reliquie fratrum eius conuertentur ad filios israel. Et stabit & pascet in fortitudine domini: in sublimitate nominis domini dei sui. Et conuertent: q2 nūc magnificabitur vsq3 ad terminos terre. Et erit iste pax assyrijs cum venerit in terram nostram: & quando calcauerit in domibus nostris. Et suscitabimus super eū septē pastores & octo primates hominum. Et pascent terram assur in gladio & terram nemroth in lanceis eius. Et liberabit ab assur cum venerit in terram nostram: & cum calcauerit + in finibus nostris. Et erunt reliquie iacob in medio populorū multorum quasi ros a domino: & quasi stille super herbam que non expectat virū & nō prestolatur filios hominum. Et erūt reliquie iacob in gentibus in medio populorum multorum quasi leo in iumētis siluarū: & quasi catulus leonis in gregibus pecorum. Qui cum transierit & cōculcauerit & ceperit: non est qui eruat. Et exaltabitur manus tua super hostes tuos

B

al. + in monte nō
al. + terminis nris

C

et omnes inimici tui interibunt. Et erit in die illa dicit dominus: auferam equos tuos de medio tui: et disperdam quadrigas tuas. Et perdam ciuitates terre tue: et destruam omnes munitiones tuas. Et auferam maleficia de manu tua: et diuinationes non erunt in te. Et perire faciam sculptilia tua: et statuas tuas de medio tui: et non adorabis vltra opera manuum tuarum. Et euellam lucos tuos de medio tui: et conteram ciuitates tuas et faciam in furore et indignatione vltionem in omnibus gentibus que non audierunt.

B

Capituli Summarium. De disceptatione domini cum populo suo: de oblatione acceptabili domino: de sceleribus populi et afflictionibus eius. Cap. vi.

A

Audite que dominus loquitur. Surge contende iudicio aduersum montes: et audient colles vocem tuam. Audiant montes iudicium domini et fortia fundamenta terre: quia iudicium domini cum populo suo: et cum israel diiudicabitur. Popule meus quid feci tibi: aut + quid molestus fui tibi? Responde mihi. Quia eduxi te de terra egypti et de domo seruientium liberaui te: et misi ante faciem tuam moysen et aaron: et mariam. Popule meus memento queso: quid cogitauerit + contra te balach rex moab et quid responderit ei balaam filius beor: de sethim vsque ad galgalam: vt cognosceres iustitias domini. Quid dignum offeram domino? + Curuabo genu deo excelso. Numquid offeram ei holocaustomata et vitulos anniculos? Numquid placari potest dominus in milibus arietum: an in multis milibus hyrcorum pinguium? Numquid dabo primogenitum meum pro scelere meo: fructum ventris mei pro peccato anime mee? Indicabo tibi o homo quid sit bonum: et quid dominus + requirat a te. Vtique facere iudicium et diligere misericordiam: et sollicitum ambulare cum deo tuo. Vox domini ad ciuitatem clamat: et salus erit timentibus nomen + eius. Audite tribus. Et quis approbabit illud? Adhuc ignis in domo impij thesauri iniquitatis: et mensura minoris ire plena. Numquid iustificabo stateram impiam: et saccelli pondera dolosa? In quibus diuites eius repleti sunt iniquitate: et habitantes in ea loquebantur mendacium: et lingua eorum fraudulenta in ore eorum. Et ego ergo cepi percutere te perditione: super peccatis tuis. Tu comedes et non saturaberis: et humiliatio tua in medio tui. Et apprehendes et non saluabis: et quos saluaueris in gladium dabo. Tu seminabis et non metes: tu calcabis oliuam et non vngeris oleo: et mustum et non bibes vinum: et custodisti precepta amri et omne opus domus achab: et ambulasti in voluptatibus eorum vt darem te in perditionem: et habitantes in ea in sibilum: et opprobrium populi mei portabis.

B

Nu. 22. b.
al. non habet + contra te
al. + curuem

C

al. + fratri
al. + tuum
al. + sui

Capituli Summarium. Plangit propheta quia pauci sunt iusti: de liberatione hierusalem a babylonijs: de christo pastore et populo nascendo: de confusione gentium et laude diuine clementie. Ca. vij.

Ve mihi: quia factus sum sicut qui colligit in autumno racemos vindemie Non est botrus ad comedendum + precoquas ficus desiderauit anima mea. Perijt sanctus de terra: et rectus in hominibus non est. Omnes in sanguine insidiantur: vir fratrem suum ad mortem venatur. Malum manuum suarum dicunt bonum Princeps postulat: et iudex in reddendo est. Et magnus locutus est desiderium anime sue: et conturbauerunt eam. Qui optimus in eis est quasi paliurus: et qui rectus quasi spina de sepe. Dies speculationis tue: visitatio tua venit. Nunc erit vastitas eorum. Nolite credere amico: et nolite confidere in duce. Ab ea que dormit in sinu tuo: custodi claustra oris tui: quia filius contumeliam facit patri: et filia consurgit aduersus matrem suam: nurus + aduersus socrum suam: et inimici hominis domestici eius. Ego autem ad dominum aspiciam: expectabo deum saluatorem meum. Audiet me deus meus. Ne leteris inimica mea super me: quia cecidi. Consurgam. Cum sedero in tenebris: dominus lux mea est. Iram domini portabo: quoniam peccaui ei: donec causam meam iudicet: et faciat iudicium meum. Educet me in lucem: videbo iustitiam eius. Et aspiciet inimica mea: et operietur confusione: que dicit ad me. Vbi est dominus deus tuus? Oculi mei videbunt + in eam. Nunc erit in conculcatione vt lutum platearum. Dies vt edificentur macerie tue. In die illa longe fiet lex. In die illa et vsque ad te veniet assur et vsque ad ciuitates munitas: et a ciuitatibus

D
deu. 28. d
aggei. i. b

A
16. q. i. c. et hec dicimus.
al. + immaturas

B
mat. io. e
al. + contra

C
Also non habet + in

bus munitis vsqz ad flumen: et ad mare de mari: et ad montem de monte. Et terra erit in desolationem propter habitatores suos: et propter fructum cogitationum eorum. Pasce populum tuum in virga tua: gregem hereditatis tue habitantes solos in saltu. In medio carmeli pascentur basan et galaad iuxta dies antiquos. Secundum diem egressionis tue de terra egypti ostendam ei mirabilia. Uidebunt gentes et confundentur super omni fortitudine sua. Ponent manum super os: aures eorum surde erunt. Lingent puluerem sicut serpentes: velut reptilia terre perturbabuntur de edibus suis. Dominum deum nostrum non desiderabunt: et timebunt te. Quis deus similis tui: qui aufers iniquitatem: et transfers peccatum reliquiarum hereditatis tue? Non immittet vltra furorem suum: quoniam volens misericordiam est. Reuertetur et miserebitur nostri. Deponet iniquitates nostras et proiiciet in profundum maris omnia peccata nostra. Dabis veritatem Jacob: misericordiam abraham: que iurasti patribus nostris a diebus antiquis.

D — Al's + trāsfe

¶ Explicit Micheas propheta.

¶ Incipit prologus in Naum prophetam.

Naum prophetam ante aduentum regis assyriorum qui populum israel captiuum in suam regionem transtulerat fuisse hebreorum traditio confirmat. Siquidem in finem huius lectionis predicti regis aduentum: idem propheta annunciare monstratur. Sed cum habitatores niniue Jona interitum ciuitatis predicante et diuina ira denunciatum interitum sustinerent: peccatorum et impietatis penitentiam egissent: accepta dei misericordia: grauioribus se criminibus impleuerunt. Quia de causa memoratus propheta spiritu sancto plenus: iudicium dei annuncians ita locutus est. Deus zelans et vlciscens dominus est etc. Jam enim decem tribus ab assyriis ducte fuerant in captiuitatem sub ezechia rege iuda: sub quo etiam nunc in consolatione populi transmigrati: aduersum niniuen visio cernitur. Nec erat parua consolatio tam his qui iam assyriis seruiebant: quam reliquis qui sub ezechia de tribu iuda et beniamin ab eisdem hostibus obsidebantur vt audirent assyrios quoque a chaldeis esse capiendos: sicut in sequentibus libris huius demonstrabitur. Sciendum autem quod naum in nostra lingua de hebreo speciosam sonat. Speciosus autem hic mundus dicitur. Unde et apud grecos cosmos ab ornatu nomen accepit. Et quicquid nunc aduersus niniuen dicitur: de mundo figuraliter predicari sentiamus. Quam ob causam et assumptio quam septuaginta interpretes dicunt: apud hebreos + massa ponitur idest graue onus: eo quod eam aduersus quam prophetatur premat: nec sinat eleuare ceruicem. Simulque hec attendendum quod hec ipsa vel assumptio vel onus vel pondus prophete visio sit. Non enim loquitur propheta in extasi: vt montanus et priscilla + maxilla que delirant: sed quod prophetat liber est visionis intelligentis vniuersa que loquitur: et pondus hostium facientis suo populo visionem. De consummatione itaque mundi secundum anagogen consolationem sanctorum prophetia texitur: vt quecunque in mundo vident quasi pretereuntia et caduca contemnentes preparent se ad iudicii diem. Ubi victor aduersus viros assyrios affuturus est dominus.

Naū. i. a — al's + massa lec — al's + maximilla

¶ Explicit prologus.

¶ Incipit argumentum.

Naum consolator orbis interpretatur. Increpat ciuitatem sanguinum: et post euersionem illius loquitur Ecce super montes pedes euangelizantis et annunciantis pacem.

Naū. i. a

¶ Explicit argumentum.

¶ Incipit Naum propheta.

¶ Capituli Summarium. ¶ De emulatione domini: et ponitur ad vindictam contra niniuen: et de bonitate domini ad reducendam captiuitatem israel: quia non deambulabunt eam assyrii sicut captiuitatem

tem iuda ⁊ hierusalem: sed ipsi igne succendentur: ⁊ sennacherib in templo dei sui occidetur: ⁊ iude reddet securitas. Cap. I.

A

Onus niniue liber visionis naum helchesei. ¶ Deus emulator ⁊ vlciscens dñs: vlciscens dominus ⁊ habens furorem: vlciscens dñs in hostes suos ⁊ irascens ipse inimicis suis. Dñs patiens ⁊ magnus fortitudine: ⁊ mundans non faciet innocentem. Dominus in tempestate ⁊ turbine vie eius: ⁊ nebule pulueris pedum eius. Increpans mare ⁊ exiccans illud: ⁊ omnia flumina ad desertum deducens. Infirmatus est basan ⁊ carmelus: ⁊ flos libani elanguit. ¶ Montes commoti sunt ab eo: ⁊ colles desolati sunt. Et contremuit terra a facie eius: ⁊ orbis ⁊ omnes habitantes in eo. Ante faciem indignationis eius quis stabit: ⁊ quis resistet in ira furoris eius? Indignatio eius effusa est vt ignis: ⁊ petre dissolute sunt ab eo. Bonus dñs ⁊ confortans in die tribulationis: ⁊ sciens sperantes in se. Et in diluuio pretereunte consummationem faciet loci eius: ⁊ inimicos eius persequentur tenebre. ¶ Quid cogitatis contra dñm? Consummationem ipse faciet. ¶ Non consurget duplex tribulatio: quia sicut spine se inuicem complectuntur: sic conuiuium eorum pariter potantium. Consumentur quasi stipula ariditate plena. Ex te enim exibit cogitans contra dñm malitiam: mente pertractans preuaricationem. Hec dicit dñs. Si perfecti fuerint ⁊ ita plures: sic quoque attondentur ⁊ pertransibit. Afflixi te ⁊ non affligam te vltra. Et nunc conteram virgam eius de dorso tuo ⁊ vincula tua dirumpam: ⁊ precipiet super te dominus. Non seminabitur ex nomine tuo amplius. De domo dei tui interficiam. Sculptile ⁊ conflatile ponam sepulchrum tuum: quia inhonoratus es. Ecce super montes pedes euangelizantis ⁊ annunciantis pacem. Celebra iuda festiuitates tuas: ⁊ redde vota tua: quia non adiciet vltra vt pertranseat in te belial: vniuersus interiit.

Marginalia (left): ¶ di. 4. c. naum. — B — C — ¶ 24. q. 5. ca. qd s. — ¶ De pe. dist. 3. §. auctes. — di. Si. c. § s hys. 13. q. 2. c. qsi tus. 12. q. 2. ca. i. 23. q. 5. c. re legentes. — D
Marginalia (right): Esa. 25. b — Ro. 10. c.

¶ Capituli. Summarium. ¶ De ascensu nabuchodonosor contra niniuen: ⁊ vltione dñi: describitur etiam exercitus babyloniorum ⁊ describitur vastitas niniuen: sub typo mulieris captiue verba exprobrantis ad niniuem describit potentia eius. Cap. ij.

Ascendit qui dispergat coram te: qui custodiat obsidionem. Contemplare viam: conforta lumbos: robora virtutes valde: quia sicut + reddidit dñs superbiam iacob: sic superbiam israel: quia vastatores dissipauerunt eos: ⁊ propagines eorum corruperunt. Clypeus fortium eius ignitus: viri exercitus in coccineis. Igneę habene currus in die preparationis eius: ⁊ agitatores eius consopiti sunt. In itineribus conturbati sunt: quadrige + collise sunt in plateis. Aspectus eorum quasi lampades: quasi fulgura discurrentia. Recordabitur fortium suorum: ruent in itineribus suis. Velociter ascendent muros eius: ⁊ preparabitur vmbraculum. Porte fluuiorum aperte sunt: ⁊ templum ad solum dirutum. Et miles captiuus adductus est: ⁊ ancille eius minabantur gementes vt columbe: murmurantes in cordibus suis. Et niniue quasi piscina aquarum aque eius: ipsi vero fugerunt. State state: ⁊ non est qui reuertatur. Diripite argentum: diripite aurum: ⁊ non est finis diuitiarum ex omnibus vasis desiderabilibus. Dissipata est ⁊ scissa ⁊ dilacerata est: cor tabescens ⁊ dissolutio geniculorum ⁊ defectio in cunctis renibus: ⁊ facies omnium sicut nigredo olle. Vbi est habitaculum leonum: ⁊ pascua catulorum leonum? Ad quam iuit leo vt ingrederetur illuc: catulus leonis: ⁊ non est qui exterreat. Leo cepit sufficienter catulis suis: ⁊ necauit leenis suis. Et impleuit preda speluncas suas: ⁊ cubile suum rapina. Ecce ego ad te, dicit dominus + exercituum: ⁊ succendam vsque ad + fumum quadrigas tuas: ⁊ leunculos tuos comedet gladius. Et exterminabo de terra predam tuam: ⁊ non audietur

Marginalia (right): A — als + reddit — B — als + conuulse — C — Esa. 13. b. — D — als + de — als + fumum

dicetur vltra vox nunciorum tuorum.

¶ Capitul. Summarium. ¶ Arguitur crudelitas niniuen: et despoliantur sicut adultera deprehensa: defensio nulla etiam eius est: sed sicut alexandria que hic descri bitur destructur tanque non munita: et debilis populus eius euolat vt locuste: occi dentur principes eius: et erit pessima plaga eius. Cap. iij.

A Eze. 24. b Abac. 2. c.

O Ve ciuitas sanguinum: vniuersa mendacij dilaceratione plena. Non recedet a te rapina. Vox flagelli et vox impetus rote et equi frementis: et quadrige feruentis: et equitis ascendentis: et micantis gladij: et fulgurantis haste et multitudinis interfecte: et grauis ruine: nec est finis cadauerum. Et corruent in corporibus suis propter multitudinem fornicationum meretricis + speciose et grate et habentis maleficia: que vendidit gentes in fornicationibus suis et familias in maleficijs suis. Ecce ego ad te dicit dominus exercituum: et reuelabo pudenda tua in facie tua: et ostendam in gentibus nuditatem tuam et regnis ignominiam tuam. Et proijciam super te abominationes: et contumelijs te afficiam: et ponam te in exemplum. Et erit: omnis qui viderit te resiliet a te: et dicet. Vastata est niniue. Quis commouebit super te caput? Unde queram consolatorem tibi? Nunquid melior es alexandria populorum que habitant in fluminibus? Aque in circuitu eius cuius diuitie mare: aque muri eius: ethiopia fortitudo eius: et egyptus: et non est finis. Africa et libies fuerunt in auxilio tuo: sed et ipsa in transmigratione ducta est in captiuitatem. Paruuli eius elisi sunt in capite omnium viarum: et super inclytos eius miserunt sortem: et omnes optimates eius confixi sunt in compedibus. Et tu ergo inebriaberis et eris despecta: et queres tu auxilium + ab inimico. Omnes munitiones tue sicut ficus cum grossis suis: si concusse fuerint cadent in os comedentis. Ecce populus tuus: mulieres in medio tui inimicis tuis ad apertionem pandetur porta terre tue: deuorabit ignis vectes tuos. Aquam propter obsidionem hauri tibi: extrue munitiones tuas. Intra in lutum et calca: subigens tene laterem. Ibi comedet te ignis: peribis gladio: deuorabit te vt bruchus. Congregare ergo vt bruchus: multiplicare vt locusta. Plures fecisti negotiationes tuas quam stelle sunt celi. Bruchus expansus est et auolauit. Custodes tui quasi locuste: et paruuli tui quasi locuste locustarum: que + consident in sepibus in die frigoris. Sol ortus est et auolauerunt: et non est cognitus locus earum vbi fuerint. Dormitauerunt pastores tui rex assur: sepelientur principes tui. Latitauit populus tuus in montibus: et non est qui congreget. Non est obscura contritio tua pessima est plaga tua. Omnes qui audierunt auditionem tuam: compresserunt manum super te: quia super quem non transijt malitia tua semper.

alias + spatiose

B Esa. 47. a

C

alias + eius vel tuum

D

alias + confidunt

¶ Explicit Naum propheta.

¶ Incipit prologus in Abacuch prophetam.

Q Vattuor prophete in duodecim prophetarum volumine sunt: e quibus tres in principio lemma idest pondus titulum habent Naum: abacuc et malachias. Porro zacharias in medio et circa finem duos huiuscemodi ponit titulos: e quibus vnus est onus verbi domini in terra adrach et damasci requies eius: alter in fine scilicet onus verbi domini super israel. De naum orationibus tuis iam liber vnus editus est. De zacharia et malachia: si vita comes fuerit disseremus. Nunc abacuch habemus in manibus: qui vel ex eo quod amabilis deo est vocatur amplexatio: vel quod in certamen et luctamen (et vt ita dicam) amplexum cum deo congreditur: amplexantis idest luctantis sortitus est nomen. Nullus enim tam audaci voce ausus est, deum ad disceptationem iustitie

provocare: et dicere ei: cur in rebus huma
nis mundi istius pompa tanta rerum ver
setur iniquitas. Uociferabor ad te vim pa
tiens: et non saluabis. Quare ostendisti mi
hi iniquitatem et laborem videre? Lacera
ta est lex: et non peruenit vsque ad finem iu
dicium: quia impius preualet aduersus
iustum: ideo ingreditur iudicium per
uersum. Uides quam temeraria vox sit et quo
dammodo blasphemantis creatorem suum
ad iudicium prouocare: et vas fragile ad
uersus figulum cur tale vel tale factum sit
disputare? Necnon et hoc animaduertendum
quod assumptio vel pondus que grauia tam
esse diximus: prophete visio est et aduersus
montani dogma peruersum intelligit quod
videt: nec vt amens loquitur: nec more in
sanientium feminarum dat sine mente
sonum. Unde apostolus subdit: Et si prophe
tantibus alijs alij fuerit reuelatum: tace
ant qui prius loquebantur. Et statim: Non
est inquit dissensionis deus: sed pacis. Ex
quo intelligitur cum quis ex voluntate
reticet: et alijs locum dat ad loquendum:
posse loqui et tacere cum velit. Qui iam in
extasi idest inuitus loquitur: nec tacere nec
loqui in sua potestate habet. Illud quoque
disce quia semel a me violenter exigis vt
quasi quosdam gradus et scalas ad altiora
nitenti: hystoriam tibi interpreter: prophe
tiam esse circa babylonem et nabuchodo
nosor regem chaldeorum: vt quomodo
prior propheta naum quem abacuc sequi
tur vaticinium habuit contra niniuem et assyri
os qui vastauerunt decem tribus que vocatur
israel: ita abacuc prophetiam habeat aduer
sus babylonem et nabuchodonosor: a quibus
iudas et hierusalem templumque subuersa sunt.
Et vt scias eo tempore fuisse abacuc quo iam
due tribus que vocabantur iuda ducte erant
in captiuitatem: daniel docere te poterit: ad
quem in lacum leonum abacuc cum pran
dio mittitur: quamquam apud hebreos hec ipsa non
legatur historia. Igitur si quis recipiat scri
pturam illam siue non recipiat vtrumque pro no
bis est. Aut enim iam recipit: et post factas res
liber abacuc editur: aut si non recipit quasi pro
pheta scribit que ventura cognoscit. Interim
secundum litteram causatur aduersus deum prophe
ta: cur nabuchodonosor templum dei vastet et
iudam: cur hierusalem quondam vrbs domi
ni destruatur: quare clamet populus et non au

1.co.14.f

Ibidem.

Dan.14.f

diatur: vociferetur ad dominum oppressus
a chaldeis: et non saluetur: quare etiam ip
se propheta vel populus ex cuius persona
loquitur ad hec vixerit: et hucusque perdu
ctus sit: vt iniquitatem hostium et suum
laborem viderit cum iniustitia preualeat
aduersum se. Et hec dicit prementis angu
stia: nesciens aurum in ignem conflari: et
tres pueros de camino ignis puriores exis
se quam intrauerant. Sed et hoc generaliter ac
cipere possumus: quod ex persona humane im
patientie loquatur: vt in querulam vocem
et plenam doloris erumpat dicens. Quare
respicis contemptores: et taces conculcan
te impio iustiorem se. Hec autem loquitur
nesciens iudicia dei inuestigabilia: et pro
fundum diuitiarum sapientie et scientie
eius: quod non ita videat deus vt videt ho
mo. Homo tantum presentia respicit: de
us futura et eterna cognoscit. Et quomo
do si egrotans et estuans febribus aquam
frigidam postulet: et dicat ad medicum: vim
patior: crucior: vror: exanimor: vsquequo
medice clamabo et non exaudies: et respon
deat ei sapientissimus et clementissimus
medicus: scio quo tempore dare debeam
quod postulas: non misereor modo: quia
misericordia ista crudelitas est: et voluntas
tua contra te petit. Ita et deus noster sciens
clementie sue pondera atque mensuras in
terdum non exaudit clamantem: vt eum
probet et magis prouocet eum ad rogan
dum: et quasi igne excoctum iustiorem et pu
riorem faciat. Quod intelligens apostolus
secundum id quod misericordiam consecutus est
a domino ait. Sed non deficimus. Et scit quod
qui perseuerauerit in finem hic saluus erit: et glo
riatur in labore et dolore. Et cum hieremia di
cit. Tribulationem et miseriam inuocabo: et quo
modo alius inuocat deum: sic sanctus vir et bella
tor inuictus ad exercendum se ad probandum
tribulationem et miseriam inuenire desiderat.

¶ Explicit prologus. ¶ Incipit argumentum.

Abacuc luctator fortis et rigidus stat
super custodiam suam: et figit gradum
super munitionem: vt christum in cruce
contempletur et dicat. Operuit celos gloria
eius: et laudis eius plena est terra. Splen
dor eius vt lux erit: cornua in manibus
eius: ibi abscondita est fortitudo eius.

¶ Explicit argumentum.

¶ Incipit abacuc propheta.

Dan.3.c.

Abac.1.b

2.cor.4.a

Psal. 33.

Mat.10. et 14.b.

Ab

Job.19.a

¶ Ca. Sū. ¶ Disceptat cū deo de flore malorum ꝛ rñdet dominus: de potentia chaldeoꝝ ꝛ ruina ipsoꝝ: ꝛ munitione nabuchodonosor propheta intelligens iustitiā dei ꝛ clemētiā ex nimia impatientia adhuc disputat cū deo: ꝑ illis quos nabuchodonosor predatur ꝛ deuorat. Cap. j.

A Job.19.a

Onus qd vidit abacuc propheta. Usqquo dñe clamabo: ꝛ nō exaudies: vociferabor ad te vim patiens ꝛ non saluabis: Quare ostēdisti mihi iniqtatem ꝛ laborē: videre predā ꝛ iniustitiā ꝯ me? Quare respicis cōtēptores ꝛ taces: ꝯculcāte impio iustiorē se? Et facies hoīes q̄si pisces maris: ꝛ q̄si reptilia nō hñtia ducē? Et factū est iudiciuꝫ: ꝛ contradictio potentior. Propter hoc lacerata est lex: ꝛ nō peruenit vsqꝫ ad finem iudiciuꝫ: quia impius preualet aduersus iustum: propterea egredietur iudiciuꝫ peruersuꝫ. Aspicite in gentibus ꝛ videte: ꝛ ammiramini ꝛ obstupescite: qꝛ opus factuꝫ est in diebus vestris: quod nemo credet cū narrabit. Quia ecce ego suscitabo chaldeos gentē amarā ꝛ velocē ambulantē sup latitudinē terre: vt possideat tabernacula non sua. Horribilis ꝛ terribilis est: ex semetipsa iudiciū ꝛ onus eius egredief. Leuiores pardis eq eius: ꝛ velociores lupis vespertinis: ꝛ diffundent eqtes eius. Equites nāqꝫ eius de longe venient: volabūt q̄si aquila festinās ad comedēdū. Oēs ad p̄dā venient: facies eoꝝ ventus vrens. Et congregabit quasi arena captiuitatem: ꝛ ipse de regib⁹ triumphabit: ꝛ tyranni ridiculi eius erunt. Ipse super omnē munitionē ridebit: ꝛ cōportabit aggerem ꝛ capiet eā. Tunc mutabif spūs: ꝛ ptransibit ꝛ corruet. Hec est fortitudo eius dei sui. Nūqd non tu a principio dñe deus meus sancte meus: ꝛ nō moriemur? Domine in iudicium posuisti eū: ꝛ fortē vt corriperes fundasti euꝫ. Mūdi sūt oculi tui ne videas malū: ꝛ respicere ad iniqtatē nō poteris. Quare nō respicis super inique agentes: ꝛ taces deuorante impio iustiorē se? Et facies hoīs q̄si pisces maris: ꝛ q̄si reptile nō habens principē. Totū in hamo subleuauit: traxit illud in sagena sua: ꝛ cōgregauit i rhete suū. Sup hoc letabif ꝛ exultabit: ꝑpterea imolabit sagene sue: ꝛ sacrificabit rhete suo. Quia in ipsis incrassata est pars ei⁹: ꝛ cib⁹ eius electus. Propter hoc ergo expandit sagenam suā: ꝛ semper interficere gentes non cessat.

al's ꝛ dolorem — Job.21.a. — Hier.12.a — al' facis — B — Act.13.f. — C — D

¶ Capituli Summarium. ¶ Stat propheta super custodiam suam vt videat quid sequatur post euersionem populi ꝛ templi: de aduētu xp̄i: describit sup̄biā sua nabuchodonosor: ꝑpter al' ꝑpter auaritiā: ꝑp cruentam edificationē: ꝑpter inebriationē sedechie: propter idola. Cap. ij.

Super custodiam meam stabo: ꝛ figam gradum super munitionem. Et contemplabor vt videam quid dicatur mihi: ꝛ quid respondeam ad arguentem me. Et respondit mihi dominus: ꝛ dixit. Scribe visum ꝛ explana eum super tabulas: vt percurrat qui legerit eum. Quia adhuc visus procul: ꝛ apparebit in finem ꝛ nō mētief. Si morā fecerit expecta illum: qꝛ veniens veniet ꝛ nō tardabit. Ecce qui incredulus est: nō erit recta anima eius in semetipso. Justus aūt in fide sua viuet. Et quō vinū potantē decipit: sic erit vir supbus et nō decorabitur. Qui dilatauit quasi infernus aīam suā: ꝛ ipse quasi mors: ꝛ nō adimplef. Et congregauit ad se oēs gentes: ꝛ coaceruauit ad se oēs ppl'os. Nūqd nō oēs isti sup eū parabolā sumēt: ꝛ loquelā enigmatū eius? Et dicef. Ue ei q multiplicat nō sua. Usqꝫquo ꝛ aggrauat ꝯ se densum lutum? Nunquid nō repente cōsurgent q mordeāt te? Et suscitabunf lacerātes te: et eris in rapinā eis. Quia tu spoliasti gētes multas: spoliabūt te oēs q reliq fuerint de populis: ꝑpter sanguinē hominis ꝛ iniqtatē terre ciuitatis: ꝛ oium habitātiū in ea. Ue q cōgregat auariciā malā domui sue

A Esa.21.b. — Esa.21.a. — Ro.1.f. — Heb.10.g — al's ꝛ ex — 24.q.j.c. q̄ dign̄. oz. — De pe.di. 4.c. in domo. de sacra vnctione. c. vnico. — B — C

vt sit in excelso nidus ei⁹: ⁊ liberari se pu-
tat de manu mali. Cogitasti confusionē do-
mui tue: concidisti ppłos multos ⁊ peccauit
aīa tua. Qꝛ lapis de pariete clamabit: ⁊ li-
gnū qd̄ inter iūcturas edificioꝝ ē rn̄debit.
Ue q edificat ciuitatē i sanguinib⁹: ⁊ p̄pa-
rat vrbē i iniquitate. Nūqd nō sūt hec a dn̄o
exercituū. Laborabūt enim ppłi in multo
igni: ⁊ gētes in vacuū ⁊ deficiēt. Qꝛ reple-
bit terra vt cognoscāt glīaꝫ dn̄i: sicut aq ope
rientes mare. Ue q potū dat amico suo mit
tēs fel suū: vt inebriās vt aspiciat nudita-
tē ei⁹. Replet⁹ est ignominia p glīa. Bibe
tu q̄ꝫ ⁊ consopire. Circūdabit te calix dextere
dn̄i: ⁊ vomit⁹ ignominie sup glīam tuaꝫ.
Quia iniquitas libani operiet te: ⁊ vastitas
aīaliū deterrebit eos: de sanguinib⁹ hoīe:
⁊ iniquitate terre ⁊ ciuitatis: ⁊ oīum habitā
tiū in ea. Quid prodest sculptile quia scul
psit illud fictor su⁹ cōflatile ⁊ imaginē falsam: q: sperauit in figmēto fictor ei⁹ vt fa-
ceret simulachra muta. Ue q dicit ligno: ex
pergiscere: surge: lapidi tacenti. Nunqd ip-
se docere poterit? Ecce iste coopertus ē auro
⁊ argēto: ⁊ omnis spūs no est in viscerib⁹
✠ eius. Dn̄s aūt in templo sancto suo: si-
leat a facie eius omnis terra. Cap. iij.

Oꝛo abacuc prophete ✠ pro ignorātijs.

Domine audiui auditionem tuam: ⁊ timui. Dn̄e opus tuum: in medio annorum viuifica illud. In medio anno-
rū notū facies: cū iratus fueris misericor
die recordaberis. Deus ab austro veniet: ⁊
sanctus de mōte pharā ✠. Operuit celos glīa
eius ⁊ laudis ei⁹ plena est terra. Splendor
eius vt lux erit: cornua in manib⁹ eius.
Ibi abscondita est fortitudo eius: ante fa-
ciē ei⁹ ibit mors. ✠ Egredief diabolus an-
te pedes ei⁹: stetit ⁊ mensus est terrā. Aspe-
xit ⁊ dissoluit gentes: ⁊ contriti sunt mon
tes seculi. Incuruati sunt colles mūdi: ab
itineribus eternitatis eius. Pro iniquitate
vidi tentoria ethiopie: turbabunf pelles ter
re madian. Nunqd in fluminibus iratus
es domine: aut in fluminibus furor tu⁹:
vel in mari indignatio tua ✠. Qui ascen-
dis sup equos tuos: ⁊ q̄drige tue saluatio.
Suscitans suscitabis arcum tuū: iuramē
ta tribubus q̄ locutus es. ✠ Fluuios scin
des tre: viderūt te ⁊ doluerūt mōtes: gur-
ges aquarū transijt. Dedit abyssus vocem
suā: altitudo man⁹ suas leuauit. Sol ⁊ lu

na steterūt in habitaculo suo: in luce sagit
tarum tuaꝝ ibunt: in splēdore fulguratis
haste tue. In fremitu cōculcabis terrā: ⁊
in furore obstupefacies gētes. Egressus es
in salutē ppłi tui: in salutē cū christo tuo.
Percussisti caput de domo impij: denudasti
fundamentū eius vsq ad collū ✠. Male-
dixisti sceptris eius ca. ⁊ bellatoꝝ eius ve
niētibus vt turbo ad dispergendū me. Ex
ultatio eorū sicut eius q deuorat paupe-
rem in abscōdito. Uiā fecisti in mari equis
tuis: in luto aquaꝝ multaꝝ. Audiui ⁊ cō-
turbat⁹ est venter me⁹: ✠ a voce cōtremue-
rūt labia mea. Ingrediat putredo in ossi-
b⁹ meis: ⁊ subter me scateat. Ut requiescam
in die tribulationis: ✠ vt ascēdaꝫ ad popu
lum accinctū nostrū. Ficus enim nō flo-
rebit: ⁊ nō erit germē in vineis. Mentief
opus oliue: ⁊ arua non afferent cibū. Ab
scidef de ouili pecus: ⁊ non erit armentū
in presepib⁹. Ego aūt in domino gaudebo:
✠ ⁊ exultabo in deo Iesu meo. Deus domi
nus fortitudo mea: ⁊ ponet pedes meos q̄
si ceruoꝝ. Et sup excelsa mea deducet me vi
ctor in psalmis canentem.

Explicit abacuc propheta.

Incipit plogus in Sophoniā pphetā.

Tradunt hebrei cuiuscunq prophe te pater aut auus ponatur in titulo
ipsos quoq pphetas fuisse. Unde ⁊ amos
vnus de duodecim prophetis qui dixit
non sum propheta nec filius prophete: sed
pastor caprarum vellicans sycomoros: pa-
tris nomen in titulo non habere. Hoc si
verum est: sophonias propheta: qui ✠ gene
ratione (vt ita dicam) prophetica ⁊ glorio
sa maiorum suoꝝ stirpe generatus ē. Ha-
buit enim patrem chusi: auum godoliā:
proauum amasiam: atauum ezechiam: ⁊
talē quadrigam ipse velut extremus aurī
ga cōpleuit. Nomen sophonie alij speculaꝫ
alij arcanum domini transtulerunt. Si-
ue igitur specula: siue absconditū dn̄i in-
terpretetur vtrūq̄ꝫ prophete cōuenit. Dicif
enim ad ezechielē. Fili hominis: specula-
torem te posui domui israel. Iste ergo p-
pheta qui erat in specula ⁊ in sublimib⁹
constitutus: ⁊ nouerat mysterium domi
ni: filius erat chusi qui interpretatur hu
militas. Habebat quoq auū godoliam: q
dicitur magnitudo dn̄i: ⁊ proauū amasi-
am: q ⁊ ipse vertif in sermonē dn̄i et atta-

Marginalia: Eze. 24. b; Naū. 3. a.; D; al's ✠ eoꝝ; Ps. 10.; al's ✠ pro ignorantibus; A; al's ✠ sp.; al's ✠ et egredief.; B; Als ✠ Qꝛ; Al's ✠ sp; C; Als ✠ sp; D; al's ✠ ad vocem; Als ✠ et; al. nō h̄ꝫ ✠ ⁊; amos. 7. d; al. ✠ nolo; Eze. 3. d.

nus ezechias: q sonat fortitudo dñi. De for-
titudine itaq; dñi natus est sermo dñi: &
de sermõe dñi nata est magnitudo dñi: & de
magnitudine dñi nata ē humilitas: vt cū
venerit aliqs ad pfectū dicat q2 non sū di-
gn⁹ vocari aplſs. Et illō in psalmis. Domi
ne nō ē exaltatū cor meū: neq; elati sunt
oculi mei. Josiam regē iude cui⁹ tēporib⁹
sophonias ,pphetasse inuenis: eo pre oib⁹
regib⁹ iude placuisse hystoria qrti libri re
gū & secūdi paralippomenon demōstrat.
Josias simulachra q pr su⁹ amon vel auus
manasses in tēplo dei collocauerat deiecta
cōminuisse monstrat. In qbus etiam ser-
pentem ereū a moyse factū cui errore in-
ductus pplſ superstitione idolorū deserta
admiserat. Idē custodisse pascha: & inter-
missa tpib⁹ multis solus celebrasse mon
strat. Ideo deus per prophetam tēporib⁹
memorati regis q prouentura erāt osten
dens: gentib⁹ qdem lectione comprehēsis
affuturū iudiciū: populo vero israel salu-
tem & ciuitati hierusalē restaurationē tūc
tpis tribuendā: textu lcōnis denūciauit.

j.co.15.b

Ps.130.

4.re.23.f

¶ Explicit prologus.

¶ Incipit argumentum.

Sophonias speculator & arcanorum
dei cognitor: audit clamorem a porta
piscium & eiulatum a secunda: & contri-
tionem a collibus. Inducit quoq; vlula-
tum habitatoribus pile: quia conticuit
omnis populus chanaan disperierūt vni
uersi qui inuoluti erant argento.

¶ Explicit argumentum.

¶ Incipit Sophonias propheta.

¶ Ca. Sū. ¶ De interitu hierusalē pro-
pter idola: & de interitu mundi ,pp pec
cata: de die iudicij. Cap. j.

Erbū do-
mini quod factum
est ad Sophoniam
filium Chusi filij go-
dolie filij ✠ Amarie
filij Ezechie in die-
bus Josie filij amon
regis Juda. Congre
gans congregabo omnia a facie terre di-
cit dominus: congregans hominem et
pecus: congregans volatilia celi & pisces
maris. Et ruine impiorum erunt: & di-
spergam homines a facie terre dicit do-
minus. Et extendam manum meam super
iudam: & super omnes habitantes hie-
rusalem & disperdam de loco hoc reliquias
Baal: & ✠ nomina edituorum cum sa-
cerdotibus: et eos qui adorant super te-
cta militiam celi: & adorant & iurant in
dño & iurant in Melchon: & qui auer-
tuntur de post tergum domini: & qui nō
quesierunt dominum: nec inuestigaue-
runt eum. Silete a facie domini dei: quia
iuxta est dies domini. Quia preparauit do
minus hostiam: sanctificauit vocatos su-
os. Et erit in die hostie domini visitabo su
per principes & super filios regis: & super
omnes qui induti sunt veste peregrina: &
visitabo super omnem qui arroganter in-
greditur super limen in die illa: qui com
plent domum domini dei sui iniquitate
& dolo. Et erit in die illa dicit dominus
vox clamoris a porta piscium: & vlulatus a
secunda: & contritio magna a collibus.
Ululate habitatores pile. Conticuit om-
nis populus chanaan: disperierunt om-
nes inuoluti argento. Et erit in tempore
illo: scrutabor hierusalem in lucernis: & vi
sitabo super viros defixos in fecibus suis:
qui dicunt in cordibus suis. Non faciet
bene dominus: & non faciet male. Et erit
fortitudo eorum in direptionem et do-
mus eorum in desertum. Et edificabunt
domos & non habitabunt: & plantabunt
vineas: & non bibent vinum earum. Iu-
xta est dies domini magnus: iuxta est et
velox nimis. Uox diei domini amara: tri
bulabitur ibi fortis. Dies ire dies illa: di
es tribulationis & angustie: dies calami-
tatis & miserie: dies tenebrarum & caligi-
nis: dies nebule & turbinis dies tube et

A

al. ✠ amarie

B

al. ✠ nomen

C

amos.5.c

D

clangoris super ciuitates munitas & super angulos excelsos. Et tribulabo homines: et ambulabunt vt ceci: quia domino pecca-uerunt. Et effundetur sanguis eorum si-cut humus: & corpora eorum sicut sterco-ra. Sed & argentum eorum & aurum eo-rum non poterit liberare eos in die ire do-mini. In igne zeli eius deuorabitur om-nis terra: quia consummationem cum festinatio-ne faciet cunctis habitantibus terram.

Ezec. 7. c.

infra. 3. b

¶ Capituli Summarium. ¶ Prouoca-tur ad penitentiam vt iram Dei effugi-at: predicatur vastitas vrbium palestine: & reditus iudeorum a captiuitate babylonis vel destructione moab & amalech: quia iu-deis insultauerunt: de destructione ethio-pum assyriorum & niniuen ciuitatis per Nabuchodonosor. Cap. ij.

A

al. + viso

al. + dies

CONuenite congregamini gens non amabilis: priusquam pariat iussio + quasi puluerem transeuntem diem: antequam veniat super vos ira furoris domini: ante-quam veniat super vos + ira indignationis do-mini. Querite dominum omnes mansue-ti terre: quia iudicium eius estis operati. Querite iustum: querite mansuetum: si quo modo abscondamini in die furoris do-mini: quia gaza destructa erit: & ascalon in desertum. Azotum in meridie eiicient & acharon eradicabitur. Ve qui habitatis fu-niculum maris: gens perditorum. Verbum domini super vos chanaan terra philistinorum: & disperdam te ita: vt non sit inhabitator. Et erit funiculus maris requies pastorum: & caule pecorum. Et erit funiculus eius qui remanse-rit de domo iuda. Ibi pascentur in domibus ascalonis ad vesperam requiescent: quia visi-tabit eos dominus deus eorum & auertet captiuita-tem eorum. Audiui opprobrium moab et blasphemias filiorum ammon: que exprobraue-runt populo meo & magnificati sunt super ter-minos eorum. Propterea viuo ego dicit dominus exercituum deus israel: quia moab vt sodoma erit: & filii ammon quasi gomorra: siccitas spina-rum & aceruí salis: & desertum vsque in eternum. Reliquie populi mei diripient eos: residui gentis mee possidebunt illos. Hoc eis eueniet pro super-bia sua: quia blasphemauerunt & magnificati sunt super populum domini exercituum. Horribilis do-minus super eos: & attenuabit omnes deos terre. Et adorabunt eum viri de loco suo: omnes insule gentium. Sed & vos ethiopes: interfecti gla-

B

C

dio meo eritis. Et extendet manum suam su-per aquilonem: & perdet assur. Et ponet spe-ciosam in solitudinem & in inuium: & quasi desertum. Et accubabunt in medio eius gre-ges omnes bestie gentium & onocrotalus & hericius in liminibus eius morabuntur. Vox cantantis in fenestra coruus in super-liminari: quoniam attenuabo robur eius. Hec est ciuitas gloriosa habitans in confidentia: que dicebat in corde suo. Ego sum & extra me non est alia amplius. Quomodo facta est in desertum: cubile bestie. Omnis qui tran-sit per eam sibilabit: & mouebit manum suam.

D

¶ Cap. Sum. ¶ Increpatur ierusalem de pecca-tis suis, quod cum plagas suas & vindictas dei non intellexerit ad vocem prophetarum non penituit: fe-licitatem eius admirabuntur aduersarii sui: de resurrectione domini & humilitate fidelium: arguitur synagoga que conuersis gentibus non est conuersa: quare cecabitur non exaltabitur: sed reliquie saluabuntur: iubilet ecclesia: non ti-meat quia dominus eam saluabit & letificauit: & au-feret opprobrium eius. Cap. iij.

A

VE prouocatrix & redempta ciuitas: colum-ba. Non audiuit vocem: & non suscepit disciplinam. In domino non est confisa: ad deum suum non + appropinquauit. Principes eius in medio eius: quasi leones rugientes. Iu-dices eius lupi vespere: non relinquebant in mane. Prophete eius vesani: viri infideles. Sacerdotes eius polluerunt sanctum: iniu-ste egerunt contra legem. Dominus iustus in me-dio eius non faciet iniquitatem. Mane ma-ne iudicium suum dabit in lucem: & non abscon-detur. Nesciuit autem iniquus confusionem. Disperdidi gentes: & dissipati sunt anguli earum. Desertas feci vias eorum: dum non est qui transeat. Desolate sunt ciuitates eorum: non remanente viro neque vllo habitatore. Dixi Attamen timebis me: suscipies disciplinam. Et non peribit habitaculum eius: propter omnia in quibus visitaui eam. Verumtamen diluculo surgen-tes corruperunt omnes cogitationes suas. Qua-propter expecta me dicit dominus in die resur-rectionis mee in futurum: quia iudicium meum vt congregem gentes: & colligam regna. Et effun-dam super eos indignationem meam: omnem iram furoris mei. In igne enim zeli mei deuo-rabitur omnis terra. Quia tunc reddam populis labium electum: vt inuocent omnes nomen domini & seruiant ei humero vno. Ultra flumina ethiopie: inde supplices mei: filii dispersio-

al. + ap-propinqua-bit

Eze. 22. f.

Mich. 3. d.

Dist. Si. c. oportet. j. q. j. c. sa-cerdotes

B

sup. j. d.

rū meorū deferent munꝰ mihi. In die illa E nō ꝯfunderis sup cūctis adinuētionibꝰ tuis: qbus puaricat i es in me. Quia tunc auferā de medio tui magniloquos sup bie tue: ⁊ nō adycies exaltari amplius in mōte sancto meo. Et derelinquam in me dio tui ppl'm pauperē ⁊ egenū ⁊ spe abūt in nomine dñi. Reliquie israel nō faciēt iniquitatē: nec loquent mēdaciū: ⁊ non inuenief in ore eoꝝ lingua dolosa. Qm̄ ipsi pascent ⁊ accubabūt: ⁊ nō erit q exterreat. Lauda filia syon: + iubila israel. Letare ⁊ exulta ⁊ in omni corde filia hierusalem. Abstulit dñs iudiciū tuū: auertit inimi cos tuos. Rex israel dñs in medio tui: nō timebis malū vltra. In die illa dicef hie D rusalē. Noli timere syon: non dissoluant manꝰ tue. Dñs deꝰ tuus in medio tui fortis: ipse saluabit. Gaudebit sup te in leticia: silebit in dilectione tua: ⁊ exultabit super te in laude. Nugas q a lege recesserant cōgregabo: q: ex te erāt: vt nō vltra habeas super eis opprobriū. Ecce ego interficiam oēs qui afflixerūt te in tpe illo ⁊ saluabo claudicantē: ⁊ eā que eiecta fuerat cōgregabo. Et ponā eos in laudem ⁊ in nomē in omni terra confusionis eorum: in tēpore illo quo adducam vos: ⁊ in tpe quo congregabo vos. Dabo enim vos in nomen ⁊ in laudem oībus populis terre: cū cōuertero captiuitatem vestram coram oculis vestris dicit dominus.

2ª. q. i. c. iudeorū in glo.

al. + ꝑdica filia israel.

Mich. 4. b.

℄ Explicit Sophonias propheta.

℄ Incipit ꝓlogus in Aggeū ꝓphetam.

Hieremias propheta ob cām piurij sedechie regis vt hystoria libri secū di paralippomenon indicat: qui fidem ꝓ missam nabuchodonosor regi chaldeorū non seruauerat: ppl'm israel refert cū memorato rege hierusalem: expugnata hierusalem captiuum in babylonem fuisse perductū. Sed cū memoratus populus multis tēporibus idolis seruiendo etiā effusione sanguinis innocentum se grauiter impiasset: volens deus generationē vniuersam eiusdē populi ob causas memoratas penitus deperire septuaginta annorum captiuitatem eundem populum i regno chaldeoꝝ statuit sustinere: hac ratione vt completo numero annorū: nouus populus a memoratis peccatis immunis ad reuocationem hierusalem per ueniret. Sexagesimo itaq; scdo anno regno chaldeorū subuerso: cui adhuc octo anni restabant ad regnandum: quod etiā sexta visio danielis ostendit cum propter causam sacrilegij: quod in eadē visione continetur fuisse extinctū: darius qui medis imperabat: vt septima visio danielis ostendit: memoratus in regno successit. Cuius primo anno regni: vt decima visio danielis manifestat: daniel supputatis annis videns appropinquare tempus reuersionis que per hieremiam fuerat ꝓmissa: orans tam pro se q̄ pro populo eādem ꝓmissionē a deo postulabat impleri. Cui per gabrielem archangelum in eadem visione iuxta preces eiusdē visi...ur sa cōpleta eē: deus dixit. Nam mortē te supradicto dario rege medorū: ⁊ succedente in regno cyro rege persarū: ꝓmissione dei cōpleta per eundem regem: populūq; israel in hierusalē reductū hystoria secūdi libri paralipomenon: ⁊ initiū esdre prophete cōfirmāt. Cūq; a ppl'o israel ⁊ a senioribꝰ tēplū dei edificari cepisset: mortuo cyro rege: ac regnāte dario rege persarū qui memorato cyro successerat: vicine gētes ciuitatis hierusalē (vt idē esdras refert) restaurationē templi ⁊ ciuitatis resistendo impedire ceperūt. Qua rōne deterritus populus israel: reparationē supradicti templi dñi: necdū iuxta ꝓmissionē cōcessam eē credebat. Propter qđ in secūdo anno regni memorati darij regis psarū aggeus ꝓpheta a deo missus ad zorobabel qui de tribu erat iuda q potestatem regni suscepturꝰ erat: ⁊ iesu filiū iosedech summū sacerdotē ammonet: vt credant completo numero ānorū tempus restaurationis hierusalē aduenisse. Hoc ēt addito: ne incredulitatē populi vellent imitari: de quo deus p eū dixit. Populus h dicit. Nōdū venit tps vt edificetur dom⁹ dei. Oīa aūt que textu huius ꝓphetie ꝯtinētur: reuersionē ppl'i: edificationē tēpli: renouationē ciuitatis: obseruantiam sacerdotalem: ⁊ initium regnorū gentium et terrarum significant.

℄ Explicit prologus.

℄ Incipit argumentum.

Aggeus festiuus ⁊ letus: q seminauit in lacrymis vt in gaudio meteret: destructū tēplū reedificat: dñq; ꝑtem

2. pa. 36. c

Inducit loquentem. Adhuc vnum modicum est: et ego cómoueo celum et terram: mare et aridam: et mouebo oés gétes: et veniet desideratus cúctis gentibus.

¶ Explicit argumentum.

¶ Incipit aggeus propheta.

¶ Ca. Sú. ¶ Aggeus excitat principes et populum ad edificationé tépli: et ppter dilationé edificij dicit ppl'm affluentem in comodis: zorobabel: et iesus filius iosedech incipiant opus. Cap. j.

A

In ano secúdo darij regis: in mense sexto: in die vna mésis: factú est verbum domini in manu aggei pphete ad zorobabel filiú salathiel ducé iuda et ad iesum filium iosedech sacerdoté magnú dicens: hec ait dominus exercituum dicens populus iste dicit. Nondum venit tempus domus dñi edificande. Et factum est verbú dñi in manu aggei pphete dicés. Nunquid tépus vobis est: vt habitetis in domib' laqueatis: et domus ista deserta? Et nunc hec dicit dominus exercituum. B Ponite corda vestra sup vias vestras. Seminastis multú: et intulistis parum. Comedistis: et nó estis satiati: bibistis: et nó estis inebriati. Operuistis vos: et nó estis calefacti. Et q mercedes cógregauit: misit eas in sacculú pertusum. hec dicit dñs exercituum. C Ponite corda vestra sup vias vestras. Ascédite in monté: parate ligna: et edificate domum: et acceptabilis mihi erit: et glorificabor: dicit dñs. Respexistis ad amplius: et ecce factú est min'. Et intulistis in domú: et

deu. 28. d
mich. 6. d.
de pe. dis. 3. c. de pertusio.
j. q. i. c. ppheta.

exufflaui illud. Quá ob cám dicit dñs exercituú? Quia domus mea deserta est: et vos festinastis vnusquisq in domú suam. Propter hoc sup vos phibiti sunt celi ne darét rorém: et terra phibita est ne daret germen suum. Et vocaui siccitaté sup terrá: et super montes: et sup triticú: et sup vinú: et super oleú: et quecúq pfert humus: et sup homines: et super iuméta: et sup oém laboré manuú. Et audiuit zorobabel filius salathiel et iesus filius iosedech sacerdos magnus: D et oés + reliqui ppli vocé dei sui: et verba aggei pphete sicut misit eú dñs deus eorum ad eos: et timuit oís popul' a facie dñi. Et dixit aggeus núcius dñi de núcijs dñi populo: dicés. Ego vobiscú sum dicit dñs. Et suscitauit deus spiritú zorobabel filij salathiel ducis iuda: et spiritum iesu filij iosedech sacerdotis magni: et spiritú reliquorum de oí pplo: et ingressi sunt et faciebant opus in domo dñi exercituú dei sui.

Als + reliquie

¶ Ca. Sú. ¶ Conuertunt pncipes et populus et dei auxiliú eis pmittit: pphetat ad uétus xpi ecclesie maior q synagoge propter negligétiam edificandi templú: dicit oía opa eorum polluta et famé et plagas venisse: et post cepto opere apparentibus signis vbertatem pmittit: de aduentu xpi et humiliatione hominis principatus et potestatis: de regno eius: et qui ipse est signaculú oium saluandorum. Cap. ij.

A In die vicesima et quarta mésis: in sexto mense in anno secundo darij regis in septimo mése vicesima et pma mésis: factú est verbú dñi in manu aggei pphete dicés. Loquere ad zorobabel filium salathiel ducé iuda: et ad iesum filiú iosedech sacerdoté magnú et ad reliquos ppli dicens. Quis in vobis est derelictus: q vidit domú istam in gloria sua prima? Et quid vos videtis hanc nunc? Nunqd non ita est quasi nó sit i oculis vestris? Et núc confortare zorobabel dicit dñs: et confortare iesu filij iosedech sacerdos magne: et cófortare oís popul' terre dicit dñs exercituú: et facite: qm ego vobiscú sum dicit dominus exercituú. Verbú qd + pepigi vobiscú cú egrederemini de terra egypti: et spiritus meus erit in medio vestrum. B Nolite timere: quia hec dicit domin' exercituum. Adhuc vnum modicum est: et ego commouebo celum et terram et mare et aridá:

Als + placui
Heb. 12. f

⁊ mouebo omnes gentes. Et veniet desideratus cunctis gentibus. Et implebo domū istam gloria dicit dñs exercituum. Meū est argentum ⁊ meū est aurum: dicit dominus exercituū. Magna erit gloria domus istius nouissime plusq̄ prime dicit dñs exercituū. Et in loco isto dabo pacem dicit dñs exercituum. In vicesima ⁊ quarta noni mēsis: in anno secūdo darij regis: factū est verbum dñi ad aggeum ꝓphetam dicens. hec dicit dñs exercituū. Interroga sacerdotes leges dicens. Si tulerit homo carnem sanctificatā in ora vestimēti sui: ⁊ tetigerit de summitate eius panem aut pulmentum: aut vinum: aut oleum: aut omnē cibum: nūquid sanctificabit? Respondentes aūt sacerdotes dixerunt. Nō. Et dixit aggeus. Si tetigerit pollutus in anima ex omnibus his nūqd contaminabit? Et responderunt sacerdotes: ⁊ dixerūt. Contaminabitur. Et respōdit aggeus ⁊ dixit. Sic populus iste: ⁊ sic gens ista ante faciem meā dicit dñs: ⁊ sic omne opus manuū eorū: ⁊ omnia que obtulerunt ibi contaminata erūt. Et nūc ponite corda vestra a die hac ⁊ supra: antequā poneret lapis super lapidem in templo domini cum accederetis ad aceruum viginti modiorum ⁊ fierent decem: ⁊ intraretis ad torcular vt exprimeretis quinquaginta lagenas ⁊ fiebant viginti. Percussi vos vento vrente ⁊ aurugine ⁊ grandine omnia opera manuum vestrarum: ⁊ nō fuit in vobis qui reuerteretur ad me dicit dñs. Ponite corda vestra ex die ista ⁊ in futurum a die vicesima ⁊ quarta noni mēsis: a die qua fundamenta ✝ iactata sunt templi dñi: ponite super cor vestrum. Nūquid iam semen in germine est? Et adhuc vinea ⁊ ficus ⁊ malogranatum ⁊ lignum oliue non floruit? Ex die ista benedicam. Et factum est verbum dñi secundo ad aggeum in vicesima ⁊ quarta mēsis dicēs. Loquere ad zorobabel ducem iuda dicēs. Ego mouebo celū pariter ⁊ terram: ⁊ subuertam solium regnorum: ⁊ conteram fortitudinem regni gentium. Et subuertam quadrigam ⁊ ascensorem eius: ⁊ descendent equi ⁊ ascensores eorum: vir in gladio fratris sui. In die illa dicit dominus exercituum assumam te zorobabel fili salathiel serue meus dicit dominus: ⁊ ponam te quasi signaculū: q2 te elegi dicit dominus exercituum.

[Margin: E] [Margin: f.q.i.c.sic ppls.] [Margin: D] [Margin: Als ✝ iacta.]

¶ Explicit aggeus propheta.

¶ Incipit ꝓlogus in zachariam prophetā.

Secūdo anno darij regis medorū aggeum ⁊ zachariam ꝓphetasse: lectiones eorundē declarant. Sed hac de causa aggeus zacharie in ordine ꝓphetarū prelatus esse videtur: q2 eū duobus mēsibus vt predictorū lectiones ostēdūt in ꝓphetia precessisse inuenit: ⁊ ad reparationem templi precepto dei populū animasse vt esdras refert dicēs. In secūdo anno darij regis persarū prophetauerūt aggeus ⁊ zacharias filius addo ꝓphete super iudeos qui erāt in iuda ⁊ hierusalem: sup israel in nomine dei super eos. Tūc surrexerunt zorobabel filius salathiel: ⁊ iesus filius iosedech ⁊ principes eius: ⁊ ceperūtq̄ edificare domū dei que est in hierusalē. Quibus cum ✝ adessent ꝓphete: exhortatione sua adiuuerūt eos. Nā ⁊ populū israel ab imitatione paternorū delictorum: p suā ammonitionem idem ꝓpheta cupiēs reuocare: verbis lectione cōprehensis vsus est. Vidi nocte ⁊ ecce vir ascenderat super equum rubeum ⁊c. Vidit ꝓpheta virum equo rubeo sedentem: ⁊ stantē in medio myrteti vmbrosi: cuius visionis hec solutio est. Vir ascēdens equū rubeū: licet angelus intelligatur: tamē predicti coloris equum conscendere visus est: vindictam sanguinis in eam gentem significat afferendam: que populum israel in captiuitatem redegerat. Nam ⁊ esaias propheta p ruborem vestimentorū inter gentes vindictam cum sanguine adeo proferendā demonstrans: his verbis vsus est dicens. Quis est iste qui venit de edom tinctis vestibus de bosra? ⁊c. Stantē vero in medio myrteti vmbrātis: q dixit leticiam ppło affuturam: per myrteti significationē voluit designari. Eius ligni moyses in leuitico cum faceret mētionē ait. Accipietis die prima fructus ligni speciosi: vt leticiā populi p bene olentis ligni ⁊ speciosi vmbraculum demōstraret. Sed hāc visionē ⁊ que liberationem populi ⁊ vindictam de aduersarijs affuturā demonstrat ob hoc noctu prophetā se vidisse memorauit: q2 populū israel in prima liberatione de terra egypti: noctu discessisse cōnstabat. Cu-

[Margin: 1.esd.5.a] [Margin: als ✝ aui. dissent.] [Margin: zach.1.b] [Margin: Esa.63.b] [Margin: Le.23.g.]

sui templi: q: presens populus aliquaz partem in se retinere videbatur: liberatio eiusdez ac reditus captiuitatis de terra chaldeorum per noctez prophete est reuelata.

¶ Explicit prologus.

¶ Incipit argumentuz.

Zacharias memor dñi sui multiplex in prophetia: iesum cuz vestibus sordidis vestitum: lampadem oculoruz septem candelabrumq; aureum cum totidem lucernis quot oculis: duas quoq; oliuas a sinistris lampadis cernit et a dextris: et post equos rufos varios albos: et dissipatas quadrigas ex effraim: et equum de hierusalē paupere rege: vaticinatur et p̄dicit regem sedentem super pullum filiū asine subiugalis.

¶ Explicit argumentum.

¶ Incipit zacharias propheta.

¶ Ca. sū. ¶ Propheta monet p̄plm reuertentium vt reuertatur ad dominū: ne contemnat voces prophetaruz sicut patres eorum qui puniti sunt: p̄mittitur visio saluatoris et apostolorum typo equoruz p̄missio liberationis iudeorum: de liberatione consolationis et misericordie: de vindicta in aduersarios.

¶ Capitulum primum.

In mense octauo in anno secūdo darij regis: factum est verbū domini ad zachariaz filiū barachie + filij addo prophetaz. Iratus est domin⁹ super patres vestros iracūdia. Et dices ad eos. hec dicit dominus exercituum. Conuertimini ad me: ait domin⁹ exercituū: et conuertar ad vos dicit dominus exercituum. Ne sitis sicut patres vestri ad quos clamabāt p̄phete priores dicētes. hec dicit dominus exercituuz. Conuertimini de vijs vestris malis: et de cogitationibus vestris pessimis: et non audierūt neq; attenderunt ad me dicit dominus. Patres vestri vbi sunt et p̄phete: Nūquid in sempiternū viuēt: Uerūtamē verba mea et legittima mea que mandaui seruis meis p̄phetis: nunquid non comprehenderūt patres vestros: Et conuersi sunt et dixerūt. Sicut cogitauit dominus exercituum facere nobis s̄m vias nostras: et s̄m adinuētiones nostras fecit nobis. In die vicesima et quarta vndecimi mēsis sabbath: in anno secūdo darij factum est verbū domini ad zachariam filium barachie + filij addo prophetam dicēs. Uidi per noctez: et ecce vir ascēdens super equū rufuz: et ipse stabat inter myrteta que erant in p̄fundo: et post eū eq rufi varij et albi. Et dixi. + Qui sunt isti dñe mi: Et dixit ad me angelus dñi qui loquebat̄ in me Ego ostendā tibi quid sint hec. Et respōdit vir qui stabat inter myrteta et dixit. Isti sunt quos misit dñs vt perambulēt terram. Et responderūt angelo domini q stabat inter myrteta: et dixerūt. Perambulauimus terraz: et ecce oīs terra habitat̄ et quiescit. Et rñdit angelus dñi et dixit. Dñe exercituū: vsq; quo tu nō misereberis hierl'm et vrbium iuda quibus iratus es. Iste iam septuagesimus annus est. Et rñdit dñs angelo qui loquebat̄ in me verba bona verba consolatoria. Et dixit ad me angelus qui loquebatur in me. Clama dicēs. hec dicit dñs exercituū. zelatus sum hierusalez et syō zelo magno et ira magna: ego irascor super gentes opulentas: q: ego iratus sū parū: ipsi vero adiuuauerunt in malum. Propterea hec dicit dñs. Reuertar ad hierusalem in misericordijs: et domus mea edificabitur in ea: ait dñs exercituū: et perpendiculū extendet̄ sup hierusalem. Adhuc clama dicēs. hec dicit dominus exercituuz. Adhuc affluent ciuitates mee bonis: et consolabit̄ adhuc dñs syon et eliget adhuc hierusalē. Et leuaui oculos meos et vidi: et ecce q̄ttuor cornua. Et dixi ad qu-

de pe. dis. j. c. tē no est. 26. q. 6. §. ecce.

B

Ma + filium.

als + qd

C

infra. 3. a

D

infra. 2. a

s. 5. c. 9. a

In a fi ... est

gelū q loquebat in me. Quid sunt hec? Et dixit ad me. Hec sunt cornua que ventilauerūt iudam ꝛ israel ꝛ hierusalē. Et ostēdit mihi dñs quattuor fabros. Et dixi. Quid isti veniūt facere? Qui ait dicens. Hec sunt cornua que ventilauerunt iudam per singulos viros: ꝛ nemo eorum leuauit caput suum. Et venerunt isti deterrere ea: vt deijciant cornua gentium que leuauerunt cornua super terram iuda vt dispergerent eam.

¶ Ca. Sū. ¶ Uisio cadauerū: visio sterilitatis hierusalez in funiculo: ꝛ angeli nunciantis restaurationem hierusalem: reuocantur dispersi ad syon sicut ad sedem propriam: de aduentu christi ꝛ profectorum suorum: exhortatio hierusalem residue vt gaudeant. Cap. ij.

A Infra.5.a 6.g.a.

Et leuaui oculos meos ꝛ vidi. Et ecce vir: ꝛ in manu eius funiculus mensorum. Et dixi. Quo tu vadis? Et dixit ad me. Ut metiar hierusalem: ꝛ videam quāta sit longitudo eius: ꝛ quanta sit latitudo eius. Et ecce angelus qui loquebat in me egrediebat: ꝛ angelus egrediebat i occursum eius: ꝛ dixit ad eū. Curre: loqre ad puerū istum dicens. Absq; muro habitabitur hierusalez pre multitudine hominum ꝛ iumētorū in medio eius. Et ego ero ei ait dominus murus ignis in circuitu: ꝛ in gloria ero in medio eius. O. o. ✠ o. fugite de terra aquilōis dicit dominus: qm̄ in quattuor ventos celi dispersi vos dicit dominus. O syon fuge q̄ habitas apud filiam babylonis: qz hec dicit dominus exercituū. Post gloriā misit me ad gētes que spoliauerūt vos. Qui enim tetigerit vos: tangit pupillā oculi ✠ mei. Quia ecce ego leuo manū meam sup eos: ꝛ erunt prede his qui seruiebāt sibi: ꝛ cognoscetis: qz dñs exercituum misit me. Lauda ꝛ letare filia syon: qz ecce ego venio ꝛ habitabo in medio tui: ait dominus. Et applicabunt gentes multe ad dominum in die illa: ꝛ erunt mihi in populum. Et habitabo i medio tui: ꝛ scies: qz dñs exercituū misit me ad te. Et possidebit dominus iudam partem suam in terra sanctificata: ꝛ eliget adhuc hierusalē. Sileat omnis caro a facie domini: qz consurrexit de habitaculo sancto suo.

B

alio ✠ filie mi tuo. o.

C Luce.10. // .2. q.7. c. accusatio. j. i fi. 3.q.j. c.q vos spernit. 96. di. c. si in rator. i fi. 6.q.j. ca. eueo. al ✠ eius

D

¶ Ca. Sū. ¶ Accusatur iesus sacerdos de vxore alienigena: ablatio vestib⁹ sordidis: indutus mutatorijs ire per vias dñi iubetur: de laude lapidis sup quē septem oculi: ꝛ celatura eius in typo christi. Cap. iij.

A Di.50.c. iesus. de pe. di. 2.c.si eni.

Et ostēdit mihi dñs iesum sacerdotem magnum stantem corā angelo domini: ꝛ sathan stabat a dextris eius vt aduersaret ei. Et dixit dominus ad sathā. Increpet dominus in te sathan: ꝛ increpet in te dominus qui elegit hierusalē. Nunquid nō iste torris est erutus de igne. Et iesus erat indutus vestibus sordidis: ꝛ stabat ante faciem angeli. Qui rñdit: ꝛ ait ad eos qui stabāt coram se dicens. Auferte vestimēta sordida ab eo. Et dixit ad eū. Ecce abstuli a te iniquitatem tuam: ꝛ indui te mutatorijs. Et dixit. Pōite cydarī mundam super caput eius. Et posuerunt cydarim super caput eius mundā. Et induerunt eū vestibus. Et angelus domini stabat: ꝛ contestabatur angelus domini iesū dicēs. Hec dicit dominus exercituū. Si in vijs meis ambulaueris ꝛ custodiam meam custodieris: tu quoq; iudicabis domum meā: ꝛ custodies atria mea: ꝛ dabo tibi ambulantes de his qui nunc hic assistūt. Audi iesu sacerdos magne: tu ꝛ amici tui qui habitant coram te: qz viri portendentes sunt. Ecce enim ego adducam seruum meum orientem: quia ecce lapis quem dedi coram iesu: super lapidem vnum septem oculi sunt. Et ecce ego celabo sculpturam eius: ait dominus exercituū: ꝛ auferam iniqtatē terre illius in die vna. In die illa dicit dominus exercituum vocabit vir amicum suum subter vineam ꝛ subter ficum.

B

C

D

¶ Ca. Sum. ¶ De candelabro ꝛ lucernis

el⁹ de monte desolato: ⁊ lapide primario: ⁊ septē oculis: ⁊ expone duarū oliuarū iuxta candelabrum. Cap. iiij.

A ET reuersus ē angelus q̄ loquebatur in me: ⁊ suscitauit me quasi virum qui suscitatur de somno suo. Et dixit ad me. Quid tu vides? Et dixi. Uidi ⁊ ecce candelabrum aureum totum: ⁊ lampas eius super caput ipsius: ⁊ septem lucerne eius super illud: ⁊ septem infusoria lucernis que erant super caput eius: ⁊ due oliue super illud: vna a dextris lampadis et vna a sinistris eius. Et respondi: ⁊ aio ad B angelum qui loquebatur in me dicens. Quid sunt hec domine mi? Et respondit angelus qui loquebatur in me: ⁊ dixit ad me. Nunquid nescis quid sunt hec? Et dixi. Non domine mi. Et respondit ⁊ ait ad me dicens. Hoc est verbum domini ad zorobabel dicens. Non in exercitu nec in robore: sed ⁊ in spiritu meo dicit dominus exercituum. Quis tu mons magne + coram zorobabel in planum? Et educet C lapidem primarium: ⁊ exequabit gratiam gratie eius. Et factum est verbum domini ad me dicens. Manus zorobabel fundauerunt domum istam: ⁊ manus eius perficient eam: ⁊ scietis q̄ dominus exercituum misit me ad vos. Quis enim despexit dies paruos? Et letabuntur ⁊ videbūt lapidem stanneum in manu zorobabel. Septem sunt isti oculi domini: q̄ discurrunt in vniuersam terram. Et respondi: ⁊ D dixit ad eum. Quid sunt due oliue iste ad dexteram candelabri ⁊ ad sinistram eius? Et respōdi secūdo: ⁊ dixi ad eū. Quid sunt due spice oliuarum que sunt iuxta duo rostra aurea: in quibus sunt suffusoria ex auro. Et ait ad me dicens. Nunquid nescis quid sunt hec? Et dixi. Non dn̄e mi? Et dixit. Isti sunt duo filij + olei qui assistunt dominatori vniuerse terre.

Infra. 5. a — Infra eo. — al. + contra — supra eo. — al. + splēdoris aso + pinguedis

Ca. Sū. De libro volāte: de amphora ⁊ mulieribus portantibus eam. Cap. v.

A ET cōuersus sum ⁊ leuaui oculos meos ⁊ vidi ⁊ ecce volumen volans. Et dixit ad me. Quid tu vides? Et dixi. Ecce ego video volumen volans: longitudo eius viginti cubitorum ⁊ latitudo eius decem cubitorum. Et dixit ad me. Hec est maledictio que egreditur super faciem omnis terre, q̄ omnis fur sicut ibi scriptum est iudicabitur: ⁊ omnis iurans ex hoc similiter iudicabitur. Educam illud dicit dominus exercituum: ⁊ veniet ad domum furis ⁊ ad domum iurantis in nomine meo mendaciter: ⁊ cōmorabitur in medio domus eius ⁊ consumet eam: ⁊ ligna eius ⁊ lapides eius. C Et egressus est angelus qui loquebatur in me: ⁊ dixit ad me. Leua oculos tuos ⁊ vide. Quid ē hoc qd̄ egreditur? Et dixi. Quid nā est? Et ait. Hec ē amphora egrediens. Et dixit. Hic ē oculus eorum in vniuersa terra. Et ecce talentū plūbi portabat: ⁊ ecce mulier vna sedēs i medio amphore: ⁊ dixit. Hec est impietas. Et piecit eā in medio amphore: ⁊ misit massā plumbeam in os eius. D Et leuaui oculos meos ⁊ vidi: ⁊ ecce due mulieres egrediētes: ⁊ spiritus in alis earū: ⁊ hēbant alas quasi alas miluī: ⁊ leuauerūt amphorā inter terrā ⁊ celū. Et dixi ad angelū q̄ loquebat in me. Quo iste deferūt amphorā? Et dixit ad me. Ut edificetur ei domus in terra sennaar: ⁊ stabiliatur ⁊ ponatur ibi super basem suam.

supra. 1. b — infra. 6. a — sup. eo.

Ca. Sū. De mōtibus ereis ⁊ q̄ttuor quadrigis: ⁊ equis eaȝ pambulantibus terrā: de coronis ponēdis in capite iesu: de viro cuius nomen est oriēs: ⁊ cursu gentium ad edificandū tēplum. Cap. vi.

A ET conuersus sum ⁊ leuaui oculos meos ⁊ vidi: ⁊ ecce q̄ttuor quadrige egrediētes de medio duorum mōtiū: ⁊ montes: montes: erei. In quadriga prima equi rufi: in q̄driga secūda eq nigri: in quadriga tertia eq albi: ⁊ in quadriga quarta eq varij ⁊ fortes. Et rn̄di: ⁊ dixi ad angelū qui loquebat in me. Quid sūt hec domine mi? Et rn̄dit angelus: ⁊ ait ad me. Isti B sunt quattuor venti celi qui egrediunt

sup. 1. b ⁊ 2. a

vt stent

qui stent coram dñatore omnis terre. In q̃ erãt equi nigri ingrediebant in terrã aquilonis: et albi egressi sunt post eos et varij egressi sunt ad terrã austri. Qui autẽ erãt robustissimi: exierũt et querebant ire et discurrere per omnem terram. Et dixit. Ite et perambulate terram. Et perambulauerunt terram. Et vocauit me: et locutus est ad me dicens. Ecce qui egrediunt in terram aquilonis: requiescere fecerũt spũʒ meũ in terra aquilonis. Et factũ est vbuʒ domini ad me dicẽs. Sume a trãsmigratione ab oldai et a tobia et ab idaia: et venies tu in die illa et intrabis in domũ iosie filij sophonie qui venerunt de babylone: et sumes aurũ et argentuʒ: et facies coronas et pones in capite iesu filij iosedech sacerdotis magni: et loqueris ad eum dicens. Hec ait dñs exercituũ dicens. Ecce vir oriens nomẽ ei⁹. Et subter eũ orietur et edificabit tẽplũ dñõ et ipse extruet tẽplũ dño. Ipse portabit gloriã: et sedebit et dominabitur sup solio suo: et consiliũ pacis erit inter illos duos. Et corone erũt helem et tobie et idaie et hen filio sophonie memoriale in tẽplo dñi. Et qui procul sunt venient et edificabũt in tẽplo dñi. Et scietis q2 dñs exercituuʒ misit me ad vos. Erit autẽ hoc si auditu audieritis vocẽ dñi dei vestri.

Margin: al's + discedere; C; D; Infra.vi.c. et ecclesiastica rum.

¶ Cap. Sũ. ¶ Arguit ieiunia sine operibus misericordie et pro contemptu mandatorum dei: venisse dicit dispersionem et vastitatem israel: et ex misericordia dei populuʒ reuocans. Cap. vij.

Et factũ est in anno quarto darij regis: factum est verbuʒ dñi ad zachariam in quarta mẽsis noni qui est casleu. Et miserũt ad domum dei sarasar et rogomelech et viri qui erant cũ + eis ad precãdum faciem domini: vt dicerent sacerdotibus domus domini exercituum et prophetis loquentes. Nunquid flendum est mihi in quinto mẽse: vel sanctificare me debeo sicut feci iam multis ãnis? Et factũ est verbũ domini exercituũ ad me dicẽs. Loquere ad omnem populum terre et ad sacerdotes dicens. Cuʒ ieiunaretis et plãgeretis in quinto et septimo per hos septuaginta annos: nunquid ieiunium ieiunastis mihi? Et cum comedistis et bibistis nunquid non vobis comedistis et vobismetipsis bibistis? Nũquid non + hec sũt verba mea que locutus est dominꝰ in manu prophetarum priorum: cum adhuc hierusalem habitaretur et esset opulenta: et ipsa et vrbes in circuitu eius: et ad austrum et in campestribus habitaretur? Et factum est verbum domini ad zachariam dicens. Hec ait dominus exercituum dicens. Judicium verum iudicate: et misericordiam et miserationes facite vnusquisq3 cum fratre suo. Et viduam et pupillaʒ et aduenam et pauperẽ nolite calumniari: et malum vir fratri suo non cogitet in corde suo. Et noluerũt attendere et auerterunt scapulaʒ recedentes: et aures suas aggrauauerunt ne audirent: et cor suum posuerunt vt adamantem ne audirent legem: et verba que misit dominus exercituum in spiritu suo sancto per manum prophetarum priorum. Et facta est indignatio magna a domino exercituum. Et factum est sicut locutus + sum et non audierunt: sic clamabũt et non exaudiam dicit dominus exercituum. Et dispersi eos per omnia regna que nesciunt: et terra desolata est ab eis eo q2 non esset transiens et reuertens: et posuerunt terram desiderabilem in desertum.

Margin: al's + cum eo.; B; al'. nõ hʒ + hec; C; Exo.22.c.; D; al's + est

¶ Ca. Sũ. ¶ Confortat populus in ore templi: q2 labor suus prior fuit sterilis: sʒ nunc erit merces: et docet populus facere iudicium: et prouocatur ad ieiuniũ prophetatur de cursu gentium ad fidem: de fimbria viri iudei a decem gentibus apprehensa. Cap. viij.

Et factum est verbum domini exercituum dicẽs. Hec dicit dominus exercituũ. zelatus suʒ syon zelo magno: et indignatione magna zelatus sum eaʒ. Hec dicit dominus exercituũ. Reuersus suʒ ad syon: et habitabo in medio hierusalem. Et vocabitur hierusalem ciuitas veritatis et mons domini exercituũ: mons sanctificatus. Hec dicit dominus exercituum. Adhuc habitabũt senes et anus in plateis hierusalem: et viri baculus in manu eius pre multitudine dierum. Et platee ciuitatis complebuntur infantibus: et puellis ludẽtibus in plateis eius. Hec dicit dominus exercituum. Si videbitur difficile in oculis reliquiarũ populi huius in diebus illis: nunquid in oculis meis difficile erit dicit dñs exercituum?

Margin: A; Supra.i.c.; B

hec dicit dñs exercituū. Ecce ego saluabo populū meū de terra orientis ⁊ de terra occasus solis: ⁊ adducā eos: ⁊ habitabūt in medio hierusalē: ⁊ erūt mihi in populū ⁊ ego ero eis in deū in veritate ⁊ in iusticia. hec dicit dñs exercituū. Cōfortentur man⁹ vestre qui auditis in his dieb⁹ sermones istos per os ꝓphetarū: in die quo fundata est dom⁹ dñi exercituū: vt templū edificaret. Siquidē ante dies illos merces hominū nō erat: nec merces iumētoꝝ erat neqꝫ introeūti neqꝫ exeunti erat pax pre tribulatione: ⁊ dimisi oēs homines vnūquēqꝫ cōtra ꝓximū suū. Nunc aūt non iuxta dies priores ego faciā reliquijs populi hui⁹ dicit dñs exercituū: sed semen pacis erit. Vinea dabit fructū suū: ⁊ terra dabit germen suū. Et celi dabunt rorem suū: ⁊ possidere faciā reliquias ppl'i hui⁹ vniuersa hec. Et erit. Sicut eratis maledictio in gentib⁹ dom⁹ iuda ⁊ domus israel: sic saluabo vos ⁊ eritis bñdictio. Nolite timere. Cōfortēt man⁹ vestre: qꝛ hec dicit dominus exercituū. Sicut cogitaui: vt affligerem vos: cū ad iracūdiā ꝓuocassent patres vestri me dicit dñs: ⁊ nō sum misertus: sic ꝯuersus cogitaui in dieb⁹ istis: vt bñfaciā domui iuda ⁊ hierlm. Nolite timere. hec sunt ergo vba que facietis. Loquimini veritatem vnusqsqꝫ cū ꝓximo suo. Veritatē ⁊ iudiciū pacis iudicate in portis vestris: ⁊ vnusqsqꝫ malū cōtra amicū suū ne cogitetis in cordib⁹ vestris: ⁊ iuramētum mēdax ne diligatis. Omnia enim hec sunt que odi dicit dñs. Et factū est verbū dñi exercituū ad me dicēs. hec dicit dñs exercituū. Jeiuniū quarti: ⁊ ieiuniū qnti: ⁊ ieiuniū septimi: ⁊ ieiuniū decimi erit domui iude in gaudium ⁊ in leticiā: ⁊ in solēnitates preclaras. Veritatem tm̄ ⁊ pacē diligite. hec dicit dñs exercituū. Vsqꝫquo veniāt populi ⁊ habitent in ciuitatib⁹ multis: ⁊ vadāt habitatores vnus ad alterū dicētes: eamus ⁊ deprecemur faciē dñi: ⁊ queram⁹ dñm exercituū? Vadā etiā ego. Et venient populi multi: ⁊ gētes robuste ad querēdū dñm exercituū in hierusalē: ⁊ deprecādū faciem dñi. hec dicit dñs exercituū. Jn dieb⁹ illis in qb⁹ apprehēdent decē homines ex omnib⁹ linguis gentiū: ⁊ apprehēdent fimbriā viri iudei dicētes. Jbimus vobiscū. Audiuimus.n. qm̄ deus vobiscū est.

¶ Capituli Summarium ¶ De vocatione gentiū quarum sciencia destruent: ipso cōfundetur superbia humiliabit: ⁊ sic ecclesia cōstruet ⁊ muniet de aduētu dñi in die ramis palmaꝝ: de passione eius: ⁊ liberatiōe sanctoꝝ de inferno: de cōfusione hereticoꝝ ⁊ philosophoꝝ: ⁊ de victoria iudeoꝝ cōtra gentes. Cap. ix.

Onus verbi dñi in terra adrach ⁊ damasci requiei ei⁹: qꝛ dñi est oculus hominis ⁊ omniū tribuū israel. Emath quoqꝫ in terminis ei⁹ ⁊ tyrus ⁊ sydon. Assūpserūt qppe sibi sapiētiā valde. Et edificauit tyrus munitionē suā: ⁊ coaceruauit argētū quasi humū: ⁊ aurū vt lutū platearū. Ecce dñs possidebit eam ⁊ percutiet in mari fortitudinē ei⁹: ⁊ hec igni deuorabitur. Videbit ascalon ⁊ timebit: ⁊ gaza ⁊ dolebit nimis: ⁊ accharon: qm̄ cōfusa ē spes ei⁹. Et peribit rex de gaza: ⁊ ascalō nō habitabit: ⁊ sedebit separator i azoto. Et disperdā superbiā philistinoꝝ: ⁊ auferā sanguinē ei⁹ de ore ei⁹: ⁊ abominatiōes ei⁹ de medio dētiū eius. Et relinquet ēt ipse deo nr̄o: ⁊ erit quasi dux in iuda: ⁊ accharon quasi iebuseus. Et circūdabo domū meā ex his q militant mihi eūtes ⁊ reuertētes: ⁊ nō transibit super eos vltra exactor: qꝛ nūc vidi in oculis meis. Exulta satis filia syon: iubila filia hierusalē. Ecce rex tuus veniet tibi iust⁹ saluator: ipse pauper ⁊ ascēdens super asinā ⁊ sup pullū filiū asine. Et disperdam q̄drigā ex effraim ⁊ equū de hierlm: ⁊ dissipabit arcus belli. Et loquet pacē gētib⁹: ⁊ ptās ei⁹ a mari vsqꝫ ad mare: ⁊ a fluminib⁹ vsqꝫ ad fines terre. Tu qꝫ in sanguine testamēti tui emisisti vinctos tuos de lacu in quo nō est aq̄. Cōuertimini ad

C — Eph. 4.b — 22. q. 4. c. ratiōe. — D — 77. di. ca. ieiuniū.

A — al. + coaceruauerunt — al. + pūs — al. + ei⁹ — B — C — Esa. 62. b. Mat. 21. a — al. + vero

munitionē vincti spei hodie quoq3 annūciās duplicia reddā tibi: qm̄ + extendi mihi iudā quasi arcū: impleui effraim. Et suscitabo filios tuos syon super filios tuos grecia: et ponā te quasi gladiū fortiū. Et dn̄s deus super eos videbit: et exibit vt fulgur iaculum ei⁹. Et dn̄s deus in tuba canet: et vadet in turbine austri. Dn̄s exercituū proteget eos: et deuorabūt et subijciēt lapidib⁹ funde. Et bibētes inebriabunt quasi a vino: et replebunt vt phiale: et quasi cornua altaris. Et saluabit eos dn̄s de⁹ eorū in die illa vt gregem populi sui: q2 lapides sancti eleuabūtur super terrā ei⁹. Quid.n. bonū eius est: et quid pulchrū eius nisi frumētū electorū: et vinū germinans virgines?

al. + extendam

¶ Ca Sū. ¶ Monet ppl'us petere doctrinam veritatis: q2 seducti mēdacio captiui sunt: pmittitur eis liberatio: reuersio cōgregatio in vnum gregem: et inimicorū suorum liberatio. Cap. x.

Petite a dn̄o pluuiā in tpe serotino: et dn̄s faciet niues et pluuiā imbris: et dabit eis singulis herbā in agro. Quia simulachra locuta sunt inutile: et diuini viderūt mēdaciū: et somniatores locuti sūt frustra et vane cōsolabunt. Idcirco adducti sunt: quasi grex affligent: q2 nō est eis pastor. Super pastores irat⁹ est furor me⁹: et super + hyrcos visitabo. Q2 visitauit dn̄s exercituū gregē suū domū iuda: et posuit eos quasi equū glorie sue in + bello. Ex ipso + angulus: ex ipso paxillus: ex ipso arcus prelii: et ex ipso egrediet omnis exactor simul. Et erūt quasi fortes + conculcātes lutū + viarū in prelio. Et bellabūt q2 dn̄s cū eis: et confundent ascēsores equorū. Et cōfortabo domū iuda: et domū ioseph saluabo. Et cōuertā eos qui miserebor eorū: et erūt sicut fuerūt quādo nō proiceram eos. Ego.n. dn̄s de⁹ eorū et exaudiā eos. Et erūt quasi fortes effraim: et letabit cor eorū quasi a vino. Et filij eorū videbūt et letabunt: et exultabit cor eorū in dn̄o. Sibilabo eis: et congregabo illos: q2 redemi' eos. Et multiplicabo eos sicut ante fuerant multiplicati et seminabo eos in populis. Et de lōge recordabunt mei: et viuēt cū filijs suis et reuertent. Et reducā eos de terra egypti et de assyrijs cōgregabo eos. Et ad terrā galaad et libani adducam eos et nō inueniet eis loc⁹. Et trāsiet in maris freto: et percutiet in mari fluct⁹: et con fundent omnia pfunda fluminis. Et humiliabit superbia assur: et sceptrū egypti recedet. Cōfortabo eos in dn̄o: et in nomine eius ambulabūt: dicit dominus.

alias + agnos
al. + prelio
al. + angulus
al. + conculcatores
al. + plateaꝝ

¶ Capituli Sūmariū. ¶ Prophetatur plāctus de destructiōe tēpli per romanos: et q nō parcetur populo cui pastores non parcebāt sed occidebāt et nō corripiebant: de duab⁹ virgis in figura iudeorū et gētiū: de precisione gētiū a corruptione iudeorum: de antichristo pastore. Cap. xi.

Aperi libane portas tuas: et comedet ignis cedros tuas. Vlula abies, q2 cecidit cedrus: qm̄ magnifici vastati sunt. Vlulate querc⁹ basan: qm̄ succisus est saltus munit⁹. Vox vlulat⁹ pastorū: q2 vastata est + magnificētia eorum. Vox rugitus leonum: quoniā vastata est superbia iordanis. Hec dicit dominus deus meus. Pasce pecora occisionis: que qui possederant occidebāt et nō dolebant: et + vēdebant ea dicētes. Benedictus dominus: diuites facti sumus. Et pastores eorū nō parcebāt eis: et ego nō parcam vltra super habitantes terram dicit dominus. Ecce ego tradam homines vnūquēq3 in manu proximi sui et in manu regis sui: et concidēt terram et nō eruam de manu eorū: et pascam pecus occisionis propter hoc o pauperes gregis. Et assumpsi mihi duas virgas: vnam vocaui decorem: et alteram vocaui funiculum: et paui gregem: et succidi tres pastores in mēse vno: et contracta est anima mea in eis. Siquidem et anima eorū variauit in me. Et dixi. Non pascam vos. Qd̄ moritur moriatur et qd̄ succiditur succidatur: et reliqui deuorent vnusquisq3 carnem proximi sui. Et tuli virgam meam q̄ vocabatur decus et + abscidi eam: vt irritū facerem fedus meū qd̄ percussi cū omnibus populis: et in irritum deductum est in die illa. Et cognouerūt sic pauperes gregis qui custodiunt mihi: q2 verbum dn̄i est. Et dixi ad eos. Si bonū est in oculis vestris + afferte mercedē meā: et si non gescite. Et appenderūt mercedem meam triginta argēteos. Et dixit dominus ad me. Proijce illud ad statuarium. Decorum precium quo appreciatus sum ab eis. Et tuli triginta argenteos: et proieci illos in domo domini ad statuariū. Et precidi virgam meam scdam que appellabat funicu-

als + superbia
als + vendebant
Hiere. 25. c.
als + abscendi
al. + reddite
mat. 27. a.

lus: vt dissoluerē germanitatē inter iudā ⁊ israel. Et dixit dñs ad me. Adhuc sume tibi vasa pastoris stulti. Quia ecce ego suscitabo pastorē in terra q derelicta nō visitabit: dispersū nō queret ⁊ cōtritū nō sanabit: ⁊ id qđ stat non enutriet: ⁊ carnes pinguium comedet: ⁊ vngulas eoꝝ dissoluet. O pastor ⁊ idolū: derelinquēs greges. Gladius super brachiū eius: ⁊ super oculum dextrum eius. Brachium eius ariditate siccabitur: ⁊ oculus dexter eius tenebrescens obscurabitur. **D**

¶ Cap. Sū. ¶ De obsidione hierusalem ⁊ populis inebriādis in persecutione ei⁹ ⁊ lacerandis ⁊ percutiendis: de misericordia dei super hierusalem cuius duces sicut ignis vastabunt hostes suos: ⁊ domin⁹ proteget ⁊ promouebit habitatores eius: de effusione spiritussancti: ⁊ planctu iudeorum pro nece christi. Cap. xij.

A Onus verbi dñi super israel. Dixit dñs extēdēs celū ⁊ fundās terrā: ⁊ fingēs spūm hominis in eo. Ecce ego ponā hierusalē super liminare crapule omnib⁹ populis in circuitu: sed ⁊ iuda erit in obsidione ꝯ hierusalē. Et erit in die illa ponā hierl'z lapidē oneris cūctis populis. Oēs qui leuabūt eā cōcisione lacerabunt: ⁊ colligent aduersus eā omnia regna terre. In die illa dicit dñs percutiā oēz equū in stuporē: ⁊ ascensorē ei⁹ in amentiā. Et super domū iuda aperiam oculos meos: ⁊ oēm equū ppłoꝝ percutiā cecitate. **B** Et dicent duces iude in corde suo: ꝯfortent mihi habitatores hierl'm in dño exercituum deo eoꝝ. In die illa ponā duces iuda sicut caminū ignis in lignis: ⁊ sicut facē ignis in feno: ⁊ deuorabūt ad dexterā ⁊ ad sinistrā oēs populos in circuitu. Et habitabitur hierl'm rursus in loco suo in hierl'z: ⁊ saluabit dñs tabnacula iuda sicut in principio: vt nō magnifice glorietur dom⁹ dauid ⁊ glīa habitātiū hierl'm ꝯ iudā. **C** In die illa proteget dñs habitatores hierl'z. Et erit. Qui offēderit ex eis in die illa q̄si dauid: ⁊ dom⁹ dauid q̄si dei: sicut angelus dñi in ꝯspectu + ei⁹. Et erit in die illa: querā cōterere oēs gētes q̄ veniūt ꝯ hierl'm: ⁊ effundā super domū dauid ⁊ super habitatores hierusalē spūz grē ⁊ precū. Et aspiciēt ad me quē ꝯfixerūt: ⁊ plāgēt eū planctu q̄si super vnigenitū: ⁊ dolebūt super eū vt doleri solet in morte pmogeniti. **D** In die illa magnus erit planct⁹ in hierl'm sicut planctus ad remmon in cāpo magedon. Et plāgēt terre familie ⁊ familie seorsuz. Familie dom⁹ dauid seorsuz: ⁊ mulieres eoꝝ seorsū. Familie dom⁹ nathā seorsuz: ⁊ mulieres eoꝝ seorsū. Familie dom⁹ leui seorsū ⁊ mulieres seorsū. Familie semei seorsū: ⁊ mulieres eoꝝ seorsuz. Oēs familie reliq̄: familie ⁊ familie seorsū: ⁊ mulieres eoꝝ seorsū.

¶ Ca. Sū. ¶ De fonte baptismi: de destructione idoloꝝ: de pseudo pphetis ⁊ toti⁹ mendacij de passione xpi: de pbatione tertie partis. s. christianoꝝ: pereūtib⁹ iudeis ⁊ gentibus in infidelitate sua permanentibus. Cap. xiij.

A In die illa erit fons patens domui dauid ⁊ habitātib⁹ hierl'm: in ablutiōe peccatoris ⁊ menstruate. Et erit in die illa dicit dñs exercituū disperdā noīa idoloꝝ de terra: ⁊ nō memorabunt vltra. Et pseudo pphetas ⁊ spūz immūdū auferam de terra. Et erit. Cū pphetauerit q̄spiā vltra: dicēt ei pater ei⁹ ⁊ mr ei⁹ qui genuerunt eū. Nō viues: q2 mēdaciū locut⁹ es i noīe dñi. **B** Et ꝯfigēt eū pr ei⁹ ⁊ mr ei⁹ genitores ei⁹ cū pphetauerit. Et erit. In die illa ꝯfundent pphete vnusq̄sq3 ex visiōe sua cū pphetauerint: nec operientur pallio saccino vt mētiant. Sz dicet. Nō suz ppheta. homo agricola ego suz: qm̄ adam exēplū meum ab adolescētia mea. **C** Et dicet ei. Quid sunt plage iste in medio manuum tuaꝝ. Et dicet. His plagat⁹ sum + in domo eoꝝ q diligebāt me. Framea suscitare super pastorem meū: ⁊ super virū cohērēte mihi dicit dñs exercituū. Percute pastorez ⁊ dispergent oues. **D** Et ꝯuertā manū meā ad paruulos. Et erūt in omni terra dicit dñs: ptes due in ea dispergent ⁊ deficiēt: ⁊ tertia pars relinquet in ea. Et ducā tertiaz ptē per ignē: ⁊ vram eos sicut vrit argentū: ⁊ pbabo eos sicut pbat aurū. Ipse vocabit nomē meū: ⁊ ego exaudiā eū. Et dicā: ppls meus es: ⁊ ipse dicet: dñs deus meus.

¶ Ca. Sū. ¶ De destructione hierl'm pro nece christi ⁊ scissione ppłoꝝ sub typo montis oliuarū: de die iudicij ⁊ aduentu christi ⁊ latitudine ecclesie: de plagis hostiū hierusalem: de plagis non facientiū scenophegia: q2 lebetes vertent in phialas: ⁊ non erit mercator in ecclesia. Cap. xiiij.

Margin notes: al.+ eoꝝ; Job.19.8; Ezec.30.a; al's + in medio; mat.26.c; mar.14.c; al.+ dispergent; di. 12. c. i. 6. q. i. c. de rū. 4. c. et merito. de cōse. di. 3. c. a. celebrāre.

A Ecce dies dñi venient dicit dñs: et diuidentur spolia tua in medio tui. Et congregabo oes gentes ad hierusalem in prelium: et capietur ciuitas: et vastabunt domus et mulieres violabunt. Et egredietur media pars ciuitatis in captiuitatem: et reliquum populi nõ auferetur ex vrbe. Et egredietur dominus et preliabitur contra gentes illas: sicut preliatus est in die certaminis. Et stabunt pedes eius in die illa super montem oliuarum: qui est contra hierusalem ad orientem. Et scindetur mons oliuarum ex media parte sui ad orientem et ad occidentem: prerupto grandi valde. Et separabitur medium montis ad aquilonem: et medium eius ad meridiem. Et fugietis ad vallem montium eorum: quoniam coniungetur vallis montium vsque ad proximum.

Amos. 1.c. / B Et fugietis sicut fugistis a facie terremotus in diebus ozie regis iuda. Et veniet dñs deus meus omnesque sancti cum eo: et erit in die illa non erit lux: sed frigus et gelu: et erit dies vna que nota est dño: non dies neque nox: et in tempore vesperi erit lux. Et erit. In die illa exibunt aque viue de hierusalem. Medium earum ad mare orientale: et medium earum ad mare nouissimum. In estate et in hyeme erunt et erit dñs rex super oes terram. In die illa erit dñs vnus: et erit nomen eius vnus. Et reuertetur omnis terra vsque ad desertum: de colle remmon ad austrum. Hierusalem exaltabitur et habitabitur in loco suo a porta beniamin vsque ad locum porte prioris et vsque ad portam angulorum: et a turre ananeel vsque ad torcularia regis. Et habitabunt in ea: et anathema nõ erit amplius. Sed

C sedebit hierusalem secura. Et hec erit plaga qua percutiet dñs oes gentes que pugnauerunt aduersus hierusalem. Tabescet caro vniuscuiusque stantis super pedes suos et oculi eius contabescent in foraminibus suis: et lingua eorum contabescet in ore suo. In die illa erit tumultus dñi magnus in eis: et apprehendet vir manum proximi sui. Sed et iudas pugnabit aduersus hierusalem: et congregabuntur diuitie omnium gentium in circuitu: aurum et argentum et vestes multe satis. Et sic erit ruina equi et muli et cameli et asini et omnium iumentorum que fuerint in castris illis sicut ruina hec. Et oes qui reliqui fuerint de vniuersis gentibus que venerunt contra hierusalem: ascendent ab anno in annum vt adorent regem dominum exercituum et celebrent festiuitatem tabernaculorum. Et erit qui

D nõ ascenderit de familijs terre ad hierusalem vt adorent regem dominum exercituum nõ erit super eos imber. Quod et si familia egypti nõ ascenderit et nõ venerit: nec super eos erit. Sed erit ruina qua percutiet dominus omnes gentes que nõ ascenderint ad celebrandam festiuitatem tabernaculorum. Hoc erit peccatum egypti et hoc peccatum omnium gentium: que nõ ascenderint ad celebrandam festiuitatem tabernaculorum. In die illa erit quod super frenum equi est sanctum dño: et erunt lebetes in domo dñi quasi phiale coram altari. Et erit omnes lebes in hierusalem et in iuda sanctificatus dño exercituum. Et venient oes immolantes et sument ex eis: et coquent in eis: et nõ erit mercator vltra in domo dñi exercituum in die illo.

Supra eo. (margin: Supra eo.; Infra eo.; desertum ad)

¶ Explicit Zacharias propheta.

¶ Incipit prologus in Malachiam prophetam.

Deus per moysen populo israel precepit: ut sacerdotes tabernaculi sui omni corporali vitio liberos: hostias omni vitio vacuas sibi offerre. Quibus leges suas ad regendum populum ob hoc dederat: vt per sacrificiorum oblationem internuncij dei et hominum facti: populum preceptis celestibus facerent obedire. Unde sacerdotes angelos dei esse: hoc in loco scriptura testatur. Sed quia tanti muneris gratiam contemnentes: supradictus populus ac sacerdotes sacrificia vitio deturpata: ipsi criminibus ac impietatibus maculati deo offerre ceperunt ideo per malachiam prophetam deus populum suum israel increpans ait. Dilexi vos dicit dominus. Et dixistis. In quo dilexisti nos? Nonne frater erat esau iacob dicit dominus: et dilexi iacob esau autem odio habui? Esau autem fratrem Jacob nõ iniqua aut spontanea voluntate odio habitum a deo: vel sine meriti gratia Jacob dilectus manifestum est: cum secundum speciem suam esau quidem effusionem fraterni sanguinis concupiscere: Jacob autem in sui cogitatione obseruandam legem desiderare cognosceret. Cuius rei gratia: supradicto vsus est exemplo dicens. Dilexi iacob: esau autem odio habui. Quamuis ex operibus memoratorum: quorum liber genesis meminit: in quo vnusquisque eorum futurus erat proposito manifeste constaret: vt scriptum est. Creuerunt pueri: et erat

(margin: Le.21.a.; ibi.22.a.; Mal.2.b.; Mal.1.a.; Ibidem.a.; Ge.25.d.)

esau homo agrestis sciens venari: Jacob autem homo simplex manens in tabernaculo. Nam reliqua que lectione comprehensa sunt preuaricationem populi israel in obseruandis sacrificijs dei: increpationemq; in eundem, q deos alienos coluerunt significant.

¶ Explicit prologus.

¶ Incipit argumentum.

Malachias aperte et in fine omnium prophetarum dicit de abiectione israel et vocatione gentium. Non est mihi ait voluntas in vobis dicit dominus exercituum: et munus non suscipiam de manu vestra. Ab ortu enim solis vsq; ad occasum magnum est nomen meum in gentibus: et in omni loco sacrificatur: et offertur nomini meo oblatio munda. Mal.1.c.

¶ Explicit argumentum.

¶ Incipit malachias propheta.

¶ Capituli Summarium. ¶ De electione iacob et reprobatione esau: increpat dominus q nō honor ei exhibetur sicut patri: nec timor sicut domino: sed offertur ei panis pollutus et hostia immunda: nō seruit ei gratis: et maledicit offerentem dolose. Cap. j.



Onus verbi domini ad israel in manu malachie prophete. Dilexi vos dicit dominus. Et dixistis. In quo dilexisti nos? Nōne frater erat esau iacob dicit dominus? Et dilexi iacob: esau autem odio habui. Et posui seyr montes eius in solitudinem: et hereditatem eius in dracones deserti. Quod si dixerit idumea: destructi sumus: sed reuertentes edificabimus que destructa sunt: hec dicit dominus exercituum. Isti edificabunt: et ego destruam. Et vocabunt termini impietatis: et populus cui iratus est dominus vsq; in eternum: et oculi vestri videbunt: et vos dicetis. Magnificetur dominus super terminum israel. Filius honorat patrem et seruus dominum suum. Si ergo pater ego sum: vbi est honor meus? Et si dominus ego sum: vbi est timor meus dicit dominus exercituum ad vos o sacerdotes qui despicitis nomen meum? Et dixistis. In quo despeximus nomen tuum? Offertis super altare meum panem pollutum. Et dicitis. In quo polluimus te? In eo q dicitis. Mensa domini despecta est. Si offeratis cecum ad immolandum: nonne malum est? Et si offeratis claudum et languidum: nonne malum est? Offer illud duci tuo si placuerit ei: aut si susceperit faciem tuam dicit dominus exercituum. Et nunc deprecamini vultum dei vt misereatur vestri: de manu enim vestra factum est hoc: si quo modo suscipiat facies vestras dicit dominus exercituum. Quis in vobis qui claudat ostia: et incendat altare meum gratuito. Non est mihi voluntas in vobis dicit dominus exercituum: et munus non suscipiam de manu vestra. Ab ortu enim solis vsq; ad occasum magnum est nomen meum in gentibus: et in omni loco sacrificatur et offertur nomini meo oblatio munda: quia magnum est nomen meum in gentibus dicit dominus exercituum. Et vos polluistis illud in eo quod dicitis: mensa domini contaminata est: et quod superponitur contemptibile est cum igne qui illud deuorat. Et dixistis. Ecce de labore. Et exsufflastis illud dicit dominus exercituum. Et intulistis de rapinis claudum et languidum: et intulistis munus. Nunquid suscipiam illud de manu vestra dicit dominus exercituum? Maledictus dolosus qui habet in grege suo masculum: et votum faciens immolabat debile domino. Quia rex magnus ego dicit dominus exercituum: et nomen meum horribile in gentibus.

¶ Ca. Su. ¶ Sacerdotes reuocat ad penitentiam: et nolentibus comminatur: commemorat pactum et officium eorum: transgressionem et penam pro acceptione personarum. De transgressione populi accipientes vxores alienigenas electas: electis antiquis et de federe nuptiarum: et inseparabilitate matrimoniali: et libello repudij: de his qui laborare dominum fecerunt. Cap. ij.

Marginal notes: Gē.47.ca. eisd aliter. Ro.9.ca. — j. q. 4. S. bis. in S. — B — Si. vi. ca. ops. 4. vi. ca. h. — C — j. q. 4. c. S. infra. 2. c. Ps. 49. et ps. 112. — D — amos. 5. f.

Le.26.b deu. 28.b

Ss.di.c.si q̄ psbri. j.q.i.cap. maledicam.rca. insti. isi. Osee.8.

ET nūc ad vos mādatū hoc o sacerdotes. Si nolueritis audire: ꝛ si nolueritis ponere sup cor: vt detis gliaʒ nomī meo ait dñs exercituū: mittā in vos egestatē ꝛ maledicā bñdictionibus vestris: ꝛ maledicā illis: qm̄ non posuistis sup cor. Ecce ego ꝓiciā vobis brachiū: ꝛ dispergā super vultū vrm stercus solēnitatū vrarū: ꝛ assumet vos secuʒ. Et scietis q̄r misi ad vos mādatū istō: vt eēt pactuʒ meū cū leui dicit dñs exercituū. Pactuʒ meuʒ fuit cum eo vite ꝛ pacis: ꝛ dedi ei timorē ꝛ timuit me: ꝛ a facie nois mei pauebat. Lex veritatis fuit in ore eius: ꝛ iniqtas nō est inuēta in labijs eius. In pace ꝛ in eqtate ambulauit mecū: ꝛ multos auertit ab iniqtate. Labia eniʒ sacerdotis custodiūt sciam: ꝛ legē reqrent ex ore ei⁹: q̄r angelus dñi exercituum est. Uos aūt recessistis: de via: ꝛ scādalizastis plurimos in lege. Irritū fecistis pactuʒ leui dicit dñs exercituū. Propter qđ ꝛ ego dedi vos cōtemptibiles ꝛ humiles oībus populis: sicut nō seruastis vias meas ꝛ accepistis faciē in lege. Nunqd nō pater vnus oiuʒ nrm? Nunqd nō de⁹ vn⁹ creauit nos? Quare ergo despicit vnusquisq; vestruʒ frēm suū: violās pactū patruʒ nostroꝝ? Trāsgressus est iuda: ꝛ abominatio facta est in israel ꝛ in hierlm: q̄r cōtaminauit iudas sanctificationem dñi quā dilexit: ꝛ habuit filiā dei alieni. Disperdet dñs viꝝ q fecerit hoc: magistrum ꝛ discipuluʒ de tabernaculo iacob: ꝛ offerentē munus dño exercituū. Et hoc rursuʒ fecistis. Operiebatis lachrymis altare dñi fletu ꝛ mugitu: ita vt nō respiciā vltra ad sacrificiū nec accipiā placabile qd de manu vestra. Et dixistis. Quā ob cām? Q: dñs testificatus est inter te ꝛ vxorem pubertatis tue: quā tu despexisti. Et hec particeps tua: ꝛ vxor federis tui. Nōne vnus fecit: ꝛ residuū spūs ei⁹ est? Et qd vnus qrit: nisi semē dei? Custodite ergo spm̄ vestruʒ: ꝛ vxorē adolescētie tue noli despicere. Cuʒ odio habueris eā dimitte: dicit dñs de⁹ israel. Operiet aūt iniqtas vestimētū eius: dicit dñs exercituū. Custodite spm̄ vestrū: ꝛ nolite despicere. Laborare fecistis dñm in sermonibus vris. Et dixistis. In quo eū fecimus laborare? In eo q dicitis. Oīs q facit malū bonus est in cōspectu domini: ꝛ tales ei placent. Aut certe vbi est deus iudicij.

Di.36. c. ecce. di.43.c.j. al's a lege. xj.q.i. ca. sacerdotibus de here c. cū ex iniūcto. — al's habuerūt — Sup.1.ca.

¶ Ca. 3m̄. ¶ De angelo qui mittitur: de die iudicij: de destructione iudicij: de affligentibus deum: de benedictione soluentium: ꝛ maledictione non soluentium decimas ꝛ primitias: arguuntur murmurantes ꝯ dñm pro flore malorum: ꝛ reprimitur eorum blasphemia designatio supplicijs eorum ꝛ premijs iustorū. Cap. iij.

ECce ego mittam angelum meum: ꝛ preparabit viam ante faciem meaʒ. Et statim veniet ad templum suum dominator: quem vos queritis: ꝛ angelus testamenti queʒ vos vultis. Ecce venit: dicit dominus exercituum. Et quis poterit cogitare diem aduentus eius? Et quis stabit ad videndum eum? Ipse eniʒ quasi ignis cōflās: ꝛ q̄si herba fullonū: ꝛ sedebit cōflās ꝛ emundans argentū: ꝛ purgabit filios leui Et colabit eos q̄si auꝝ ꝛ q̄si argētum: ꝛ erūt dño offerētes sacrificia in iustitia. Et placebit dño sacrificiū iuda ꝛ hierlʒ sicut dies seculi: ꝛ sicut anni antiq. Et accedam ad vos in iudicio: ꝛ ero testis velox maleficis ꝛ adulteris ꝛ piuris: ꝛ q calūniāt mercedē mercenarij ꝛ hūiliant viduas et pupillos: ꝛ opp̄mūt peregrinū: nec timuerūt me dicit dñs exercituū. Ego .n. dñs et nō mutor: ꝛ vos filij iacob nō estis cōsumpti. A diebus eni patrū vestroꝝ recessistis a legitimis meis: ꝛ non custodistis. Reuertimini ad me: ꝛ reuertar ad vos dicit dñs exercituū. Et dixistis. In quo reuertemur? Si affiget hō deū: q̄r vos cōfigitis me. Et dixistis. In quo cōfigimus te? In decimis ꝛ in primitijs. Et in penuria vos maledicti estis: et me vos configitis gens tota. Inferte omnem decimam in horreuʒ meum: ꝛ sit cibus in domo mea: et probate me sup hoc dicit dominus. Si nō aperuero vobis cataractas celi: ꝛ effudero vobis benedictionē vsq; ad abundantiā. Et increpabo pro vobis deuorantē: ꝛ nō corrūpet fructuʒ terre vestre: nec erit sterilis vinea in agro dicit dominus exercituum. Et beatos vos dicent omnes gentes. Eritis enim vos terra desiderabilis: dicit dñs exercituuʒ. Inualuerunt sup me verba vestra: dicit dñs. Et dixistis. Quid locuti sumus contra te? Dixistis. Uanus est qui seruit deo. Et qđ emolumētū: q̄r custodiuimus ꝑcepta ei⁹? ꝛ q̄r ambulauim⁹ tristes corā dño exercituū? Ergo nūc beatos dicimus arrogātes

mat.11.b mar.1.a. Luc.7.b. — di.50.c. purgabit. — xvi.q.i. c. reuertimini.q.j ca.oēs de deci.c. tua.ij. — Joh.11.b

Siquidem edificati sunt facientes impie-tates: et temptauerunt deum et salui facti sunt. Tunc locuti sunt timētes deū vnusquisq cum proximo suo. Et attendit dñs et audiuit: et scriptus est liber monimenti coram eo timētibus dñm et cogitātib⁹ nomen eius. Et erūt mihi: ait domin⁹ exercituum in die qua ego facio in peculium: et parcam eis sicut parcit vir filio suo seruiēti sibi. Et conuertimini et videbitis qd sit inter iustum et impium: et inter seruiē tem deo et non seruientem ei.

¶ Capituli Summariū. ¶ De aduentu christi: de aduentu helye qui precedet secū dum aduentum domini. Cap. iiij.

A Ecce enim dies veniet succensa quasi caminus: et erunt omnes superbi et omnes facientes impietatem: stipulam. Et inflamabit eos dies veniens dicit dominus exercituum: que non derelinquet eis radicem et germen. Et orietur vobis timentibus nomen meum: sol iustitie: et sanitas in pennis eius. Et egrediemini et salietis sicut vituli de armēto: et calcabitis impios cum fuerint cinis sub planta pedum vestrorum: in die qua ego facio dicit dominus exercituum. **B** Mementote legis moysi serui mei quam mandaui ei in oreb ad omnem israel: precepta et iudicia. Ecce ego mittam vobis helyam prophetā antequā veniat dies dñi magnus et horribilis. Et cōuertet cor patrū ad filios et cor filiorum ad patres eorum: ne forte veniam et percutiam terram anathemate.

24.q.i.ca. qm̄ ver⁹. de pe. di. 4.c. quē. dā.

Hic est Joannes euāgelista vn⁹ ex discipulis dn̄i qui virgo a deo electus ē: quē de nuptijs volentem nubere vocauit deus. Cui virginitatis in hoc duplex testimonium datur in euangelio: q ⁊ pre ceteris dilectus a deo dicitur: ⁊ huic matrē suā pendens in cruce cōmendauit dn̄s vt virginē virgo seruaret. Denique manifestans in euangelio qd erat ipse incorruptibilis verbi op⁹ inchoans solus verbū carnē factum esse: nec lumen a tenebris cōprehensum fuisse testatur. Primū signum ponēs qd in nuptijs fecit dn̄s: ostēdens qd ipse erat vt legentibus demonstraret q vbi dn̄s inuitat⁹ sit: deficere nuptiarū vinū debeat: ⁊ veteribus immutatis: noua oīa que a xp̄o instituunt appareant. Hoc autē euangelium scripsit in asia: postea q̄ in pathmos insula apocalypsim scripserat: vt cui in principio canonis incorruptibile principium pre notatur in genesi: ei etiam incorruptibilis finis per virginē in apocalypsi redderetur: dicente xp̄o: ego sum alpha ⁊ o. Et hic est Joannes: q sciēs superuenisse diem recessus sui: conuocatis discipulis suis in epheso: p multa signorum experimenta promēs christum descendens in defossum sepulture sue locum facta oratione: positus est ad patres suos: tam extraneus ad dolorem mortis q̄ a corruptione carnis inuenitur alien⁹. Tamen post omnes euangeliū scri

Joan.2.a — Joā.1.b — Ibidē.2.b. — apoc.1.d.

phie: et hoc virgini celebratur. Quorum tamen vel scriptorum temporis dispositio: vel librorum ordinatio: ideo a nobis per singula non exponitur vt sciendi desiderio collato et querentibus fructus laboris: et deo magisterij doctrina seruetur.

Explicit prologus beati hieronymi presbyteri in euangelium secundum Joannem.

Incipit prologus sancti Augustini in euangelium secundum Joannem.

Omnibus diuine scripture paginis euangelium excellit: quia quod lex et prophete futurum predixerunt hoc completum dicit euangelium. Inter ipsos autem euangeliorum scriptores + Joannes eminet in diuinorum misteriorum profunditate: qui a tempore dominice ascensionis per annos sexagintaquinque verbum dei absque adminiculo scribendi vsque ad vltima domiciani predicauit tempora. Sed occiso domiciano cum permittente nerua de exilio redysset ephesum: compulsus ab episcopis asie de coeterna patri diuinitate christi scripsit aduersus hereticos: qui eo absente irruperant in eius ecclesias: qui christum ante mariam fuisse negabant. Unde merito in figura quatuor animalium aquile volanti comparatur: que volat altius ceteris auibus et solis radios irreuerberatis aspicit luminibus. Ceteri quippe euangeliste qui temporalem christi natiuitatem et temporalia eius facta que gessit in homine sufficienter exponunt: et de diuinitate pauca: quasi animalia gressibilia cum domino ambulant in terra. Hic autem pauca de temporalibus eius gestis edisserens: sed diuinitatis potentiam sublimius contemplans cum domino ad celum volat. Qui enim supra pectus domini in cena recubuit celestis haustum sapientie ceteris excellentius de ipso dominici pectoris fonte potauit. Legerat sic siquidem euangelia trium euangelistarum: et approbauerat fidem eorum et veritatem: in quibus deesse vidit aliqua gestarum rerum hystorie: et ea maxime que dominus gessit primo predicationis sue tempore. s. antequam ioannes baptista clauderetur in carcere. Hec ergo quasi dimissa ab illis scribit Joannes: que fecit iesus antequam ioannes + clauderetur: sed maxime diuinitatem christi et trinitatis mysterium commendare curauit. Tres siquidem alij euangeliste dicta et facta domini temporalia que ad informandos mores vite presentis maxime valent copiosius prosecuti circa actiuam vitam sunt versati: in qua laboratur vt cor mundetur ad videndum deum. Joannes vero pauca domini facta dicit: verba vero domini que trinitatis vnitatem et vite eterne felicitatem insinuant diligentius conscribit. Et sic in contemplatiua vita virtute commendanda intentionem suam et predicationem tenuit: in qua contemplatiua vacatur vt deus videatur. Iste siquidem est Joannes: quem dominus de fluctiuaga nuptiarum tempestate vocauit: et cui matrem virginem virgini commendauit.

Marginalia: Alias + Ioannis. — Alias + filij. — Alias + trud(e)retur.

Explicit prologus beati augustini episcopi in euangelium secundum Joannem.

Incipit euangelium secundum Joannem.

Ca. Su. In principio erat verbum. c. testimonium de christo perhibet ioannes baptista phariseorum leuite interrogant ioannem. Joannes iesum videns agnum dicit dei: et andreas petro dicit: inuenimus messiam. Jesus dicit nathanael vidi sub ficu.

Cap. i.

In principio erat verbum et verbum erat apud deum et deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt: et sine ipso factum est nihil. Quod factum est in ipso vita erat: et vita erat lux hominum: et lux in tenebris lucet: et tene-

Marginalia: A — mat. i. a. — Luce. 3. c. 3

bre eam nõ cõprehenderunt.[b] Fuit homo missus a deo:cui nomen erat Joannes. Hic venit in testimonium: vt testimonium perhiberet de lumine vt omnes crederent per illũ. Nõ erat ille lux:sed vt testimonium perhiberet de lumine.[c] Erat lux vera: q̃ illuminat omnem hominẽ venientem in hunc mundum. In mũdo erat:⁊ mundus per ipsum factus ẽ: ⁊ mundus eum nõ cognouit.[d] In propria venit:⁊ sui eũ nõ receperũt. Quotquot autem receperunt eum: dedit eis potestatem filios dei fieri. his qui credunt in nomine eius. Qui non ex sanguinibus neq3 ex voluntate carnis:neq3 ex voluntate viri:s3 ex deo nati sunt. Et [e] verbum caro factum est:⁊ habitauit in nobis. Et vidimus gloriam eius:gloriã quasi vnigeniti a patre plenum gratie ⁊ veritatis.[f] Joannes testimonium perhibet de ipso:⁊ clamat dicẽs. Hic erat quẽ dixi qui post me venturus est:ante me factus est: q2 prior me erat.[g] Et de plenitudine eius nos omnes accepimus:⁊ gratiam pro gr̃a: q2 lex per moysen data ẽ:gratia ⁊ veritas per iesum christũ facta ẽ. Deũ [h] nemo vidit vnquam. Unigenitus filius qui ẽ in sinu patris:ipse enarrauit.[i] Et hoc est testimonium ioãnis:quando miserunt iudei ab hierosolymis sacerdotes ⁊ leuitas ad eum vt interrogarent eum. Tu quis es? Et cõfessus est:⁊ non negauit. Et confessus est:quia nõ sum ego christus. Et interrogauerunt eũ. Quid ergo? helias es tu? Et dixit. Nõ sum. Propheta es tu? Et respondit. Non. Dixerunt ergo ei. Quis es vt respõsum demus his qui miserũt nos? Quid dicis de teipso? Ait. [k] Ego vox clamantis in deserto: dirigite viam domini sicut dixit ysaias propheta.[l] Et qui missi fuerant erant ex phariseis. Et interrogauerunt eum:⁊ dixerunt ei. Quid ergo baptizas:si tu nõ es christus:neq3 helias neq3 propheta?[m] Respõdit eis ioãnes dicẽs. Ego baptizo in aqua:medius autẽ vestrum stetit quẽ vos nescitis. Ipse est qui post me venturus est:qui ante me factus est:cuius ego nõ sum dignus vt soluam eius corrigiã calciamenti.[n] Hec in bethania facta sũt transiordanẽ:vbi erat ioãnes baptizans. Altera die vidit ioãnes iesũ venientem ad se:⁊ ait. Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mundi.[o] Hic ẽ de quo dixi. Post me venit vir quĩ ante me factus est:q2 prior me erat ⁊ ego nesciebam eũ. Sed vt manifestetur in israel:propterea veni ego i aqua baptizãs.[p] Et testimoniũ perhibuit ioãnes dicẽs. Quia vidi spiritũ descẽdentẽ quasi colũbam de celo:⁊ + mansit super eũ. Et ego nesciebam eũ:sed qui misit me baptizare in aqua:ille mihi dixit. Super quẽ videris spiritũ descendentẽ ⁊ manẽtem super eum:hic est qui baptizat in spiritu sancto. Et ego vidi ⁊ testimoniũ perhibui:q2 hic est filius dei.[q] Altera die iterũ stabat ioannes:⁊ ex discipulis eius duo. Et respiciens iesum ambulantẽ dixit. Ecce agnus dei. Et audierũt eum duo discipuli loquẽtem:⁊ secuti sunt iesum. Conuersus aũt iesus ⁊ videns eos sequẽtes se:dicit eis. Quid queritis? Qui dixerũt ei. Rabbi quod dicitur interpretatum magister:vbi habitas? Dicit eis. Uenite ⁊ videte. Uenerũt ⁊ viderũt vbi maneret:⁊ apud eum manserunt die illo hora autẽ erat quasi decima. Erat autẽ andreas frater symonis petri:vnus ex duobus qui audierant a ioãne:⁊ secuti fuerant eum.[r] Inuenit hic primũ fratrem suum symonẽ:⁊ dicit ei. Inuenimus messiam:quod est interpretatũ christus. Et adduxit eũ ad iesũ. Intuitus aũt eũ iesus dixit. Tu es symon filius ioãna:tu vocaberis cephas:qđ interpretatur petrus.[s] In crastinũ voluit exire in galileã:⁊ inuenit philippũ. Et dicit ei iesus. Sequere me. Erat aũt philippus a bethsaida ciuitate andree ⁊ petri. Inuenit philippus nathanael:⁊ dicit ei. Quẽ scripsit moyses in lege ⁊ prophete:inuenimus iesum filiũ ioseph a nazareth. Et dixit ei nathanael. A naza-

reth pōt aliqd boni eē? Dicit ei philippus. Ueni ⁊ vide. Uidit iesus nathanael venientē ad se: ⁊ dicit de eo. Ecce vere israelita in quo dolus nō est. Dicit ei nathanael. Unde me nosti? Respōdit iesus ⁊ dixit ei. Priusq̄ te philippus vocaret cū eēs sub ficu vidi te. Respōdit ei nathanael: ⁊ ait. Rabbi: tu es filius dei: tu es rex israel. Respondit iesus: ⁊ dixit ei. Quia dixi tibi vidi te sub ficu credis: maius his videbis. Et dicit ei. Amē amē dico vobis: videbitis celū apertum: ⁊ angelos dei ascendentes ⁊ descendētes super filium hominis.

¶ Ca. Sū. ¶ Jesus vocatus ad nuptias ⁊ discipuli eius: de aqua fecit vinum: vendentes nummularios eijcit de templo: dicit: soluite templum hoc. Cap. ij.

A Et die tertia nuptie facte sunt in chana galilee: ⁊ erat mater iesu ibi. Uocatus ē autē iesus ⁊ discipuli eius ad nuptias. Et deficiente vino: dicit mater iesu ad eum. Uinū nō habēt. Et dicit ei iesus. Quid mihi ⁊ tibi est mulier? Nōdum venit hora mea. Dicit mater eius ministris. Quodcūq̄ dixerit vobis facite. Erant autē ibi lapidee hydrie sex posite secūdū purificationē iudeorū: capientes singule metretas binas vel ternas. Dicit eis iesus. Implete hydrias aqua. Et ipleuerūt eas vsq̄ ad summū. Et dicit eis iesus. Haurite nūc: ⁊ ferte architriclino. Et tulerunt. Ut aūt gustauit architriclinus aquā vinū factā: ⁊ nō sciebat vn̄ esset: ministri aūt sciebāt q̄ hauserant aquā: vocat sponsum architriclinus: ⁊ dicit ei. Ois hō primū bonū vinum ponit: ⁊ cum inebriati fuerint id qd̄ deterius est. Tu autē seruasti bonū vinum vsq̄ adhuc. Hoc fecit initiū signorū iesus i chana galilee: ⁊ manifestauit gliam suā: ⁊ crediderūt i eū discipuli eius.[a] Post hec descendit capharnaū ipse ⁊ mater eius ⁊ fratres eius ⁊ discipuli eius: ⁊ ibi manserunt non multis diebus.[b] Et prope erat pascha iudeorū: ⁊ ascendit iesus hierosolymam:[c] ⁊ inuenit in tēplo vendētes oues ⁊ boues ⁊ colūbas: ⁊ nūmularios sedētes. Et cum fecisset q̄si flagellū de funiculis: oēs eiecit de tēplo: oues quoq̄ ⁊ boues: ⁊ nūmulariorū effudit es: ⁊ mēsas subuertit. Et his q̄ colūbas vendebant dixit. Auferte ista hinc: ⁊ nolite facere domū patris mei domū negociationis.[d] Recordati sunt vero discipuli eius: quia scriptum est: zelus domus tue comedit me.[e] Responderunt ergo iudei: ⁊ dixerunt ei. Quod signum ostendis nobis: quia hec facis?[f] Respondit iesus: ⁊ dixit eis. Soluite templum hoc: ⁊ in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo iudei. Quadraginta ⁊ sex annis edificatum est templum hoc: ⁊ tu in tribus diebus excitabis illud? Ille autem dicebat de templo corporis sui. Cum ergo resurrexisset a mortuis recordati sunt discipuli eius: quia hoc dicebat: ⁊ crediderunt scripture ⁊ sermoni quē dixit iesus. Cum autem esset hierosolymis in pascha in die festo: multi crediderunt in nomine eius videntes signa eius que faciebat. Ipse autem Jesus non credebat semetipsum eis: eo q̄ ipse nosset omnes: ⁊ quia opus ei non erat vt quis testimonium perhiberet de homine. Ipse enim sciebat quid esset in homine.

¶ Capitulū. Summarium. ¶ Jesus nicodemo dicit de baptismo ⁊ alijs multis dicit: qui credit in eū non diiudicabitur: qui autem nō credit iā diiudicatus ē: iesus in iudea baptizat: ⁊ Joannes in ennon: Joānes dicit xp̄m crescere se autem minorari. Cap. iij.

mat. 4. b
mar. 12. b
mar. 11. b
Luc. 19. g a 19
Di. 45. q. 7
salomō
j. q. i. c. q b 20
studet. ⁊ 12
c. 3. c. sal c 21
uator. ⁊ 8
c. ex mul
tis.

D
SS. dis. c. d 22
penulti. 8
Ps. 68. e 23
mat. 16. a 4
mar. 8. b
mat. 26. f 24
a. 10

A infra.7.g 4.19.g

Erat autē hō ex phariseis nicodem⁹ noīe pnceps iudeoꝝ. Hic venit ad iesū nocte ⁊ dixit ei. Rabbi: scimus q꞉ a deo venisti magr̄. Nemo.n.pōt hec signa facere q̄ tu facis: nisi fuerit de⁹ cū eo. Rn̄dit iesus ⁊ dixit ei. Amē amē dico tibi nisi qs renatus fuerit denuo: nō pōt videre regnū dei. Dicit ad eum nicodemus. Quō pōt hō ✝ nasci: cū sit senex? Nū qd pōt in ventrē mr̄is sue ✝ iterato itroire ⁊ renasci? Rn̄dit iesus. Amē amē dico tibi: nisi qs renatus fuerit ex aq̄ ⁊ spū ✝ scō nō pt itroire i regnū dei. Qd natū est ex carne caro ē: ⁊ qd natū est ex spū spūs est. Nō mireris q꞉ dixi tibi: opꝫ vos nasci denuo. Spūs vbi vult spirat: ⁊ vocē ei⁹ audis: sꝫ nescis vnde veniat aut quo vadat. Sic est oīs q natus est ex spū. Rn̄dit nicodem⁹ ⁊ dixit ei. Quō possunt hec fieri? Rn̄dit iesus ⁊ dixit ei. Tu es magr̄ i israel: ⁊ hec ignoras? Amē amē dico tibi: q꞉ qd scim⁹ loqmur: ⁊ qd vidim⁹ testamur: ⁊ testimoniū nr̄m nō accipitis. Si terrena dixi vobis ⁊ nō creditis: quō si dixero vobis celestia credetis. Et nemo ascēdit i celū nisi q descēdit de celo filī⁹ hōis q ē in celo. Et sicut moyses exaltauit serpentē i deserto: ita exaltari opꝫ filiū hōis: vt oīs q credit in ipso nō peat: sꝫ hēat vitā eternā. Sic.n. deus dilexit mūdū vt filiū suū vnigenitū daret: vt oīs q credit in eū nō peat: sꝫ hēat vitā eternā. Nō.n. misit de⁹ filiū suū in mūdū vt iudicet mūdū: sꝫ vt saluet mūdus p ipsū. Qui credit in eū nō iudicat. Qui aūt nō credit: iā iudicat⁹ ē: q꞉ nō credit in noīe vnigeniti filij dei. Hoc ē aūt iudiciū: q꞉ lux venit in mūdū: ⁊ dilexerūt hoīes magis tenebras q̄ꝫ lucem. Erāt.n. eoꝝ mala opa. Oīs.n. q male agit odit lucē: ⁊ nō venit ad lucē vt nō arguant opa ei⁹. Qui aūt facit veritatē venit ad lucē vt manifestetur opa ei⁹: q꞉ i deo sunt facta. Post hec venit iesus ⁊ discipuli ei⁹ in terrā iudeā: ⁊ illic morabat cū eis ⁊ baptiçabat. [a] Erat aūt ⁊ ioānes baptiçans in ennon iuxꝫ salim: q꞉ aq̄ multe erāt illic ⁊ veniebant ⁊ baptiçabant. [b] Nōdum enim missus fuerat ioānes in carcerē. [c] Facta est ✝ autē questio ex discipulis ioānis cum iudeis de purificatione. Et venerūt ad ioannē ⁊ dixerunt ei. Rabbi: qui erat tecū trās iordanem: cui tu testimoniū perhibuisti: ecce hic baptizat ⁊ omnes veniunt ad eum. Rn̄dit ioannes ⁊ dixit. Non potest homo accipere quicq̄ꝫ nisi fuerit ei datuꝫ de celo. [d] Ipsi vos mihi testimoniū phibetis quod dixerim: non sum ego xp̄s: sed ✝ quia missus sum ante illum. [e] Qui habꝫ sponsam sponsus est: amicus autē sponsi qui stat ⁊ audit euꝫ: gaudio gaudet propter vocem sponsi. Hoc ergo gaudium meum impletuꝫ est. Illum oportet crescere me autē minui. Qui de sursum venit super oēs est: q est de terra: de terra est: ⁊ de terra loquitur: qui de celo venit super omnes ē. Et quod vidit ⁊ audiuit hoc testatur: ⁊ testimonium eius nemo accipit. Qui autem acceperit ei⁹ testimoniuꝫ signauit: quia deus verax est. Quem enim misit deus verba dei loquitur. Non enim ad mensuram dat deus spirituꝫ. [f] Pater diligit filium: ⁊ omnia dedit in manu eius. [g] Qui credit in filium hꝫ vitam eternam: q autē incredulus est filio: non videbit vitam: sed ira dei manet super eum.

Marginal notes (left): al ✝ renasci · al's ✝ rursus · al. nō hꝫ ✝ sancto · de ɔse. di. 4.ca. fili⁹ ⁊.c. ñ du bito. 3 bapti.c. maiores.⁊.c debitū. ⁊ ca. seqnti · B · Eze.4.b. · Nu.21.c · infra.8.d 12.c · 1.Jo.4.b · de pe. dis. 4.ca. bn̄dictus · 18.q.2.ca. pniciosa · de offi. de le.c. cōsuluit · de ɔse. di. 4.ca. qn̄ ob hiero · 8 25 solimis 3 al ✝ ōmorabatur

Marginal notes (right): mat.3.b. · Luce.3.a b 25 · al ✝ ergo 3 · mat.4.b c 27 · mar.1.c. 19 · D d 28 · al's ✝ qm̄ 1 · mat.3.a. · mar.1.a. e 29 · Luce.3.c. 19 · Ro.3.a. J · mat.11.d f 30 · Luc.10.d 2 · 1.ioā.5.b g 31 · 19

¶ Ca. 4. ¶ Jesus cum muliere samaritana loquitur: pphetā in pria sua sine honore esse: reguli filium a morte suscitat. Cap. iiij.

A

Ut ergo cognouit iesus quia audierunt pharisei q꞉ iesus plures discipulos facit ⁊ baptizat q̄ꝫ ioānes: q̄q̄ꝫ iesus nō baptiçaret sed discipuli ei⁹: [a] reliqt iudeā

8 32 / 1

b 33 al. nō hȝ ꝑ mediā. mat.4.b.

& abijt iterū in galileā.[b] Oportebat autē eū trāsire ꝑ mediā samariā. Uenit ergo in ciuitatē samarie que dr̄ sychar: iuxta prediū qḋ dedit Jacob Joseph filio suo. Erat autē ibi fons iacob. Jesus aūt fatigat⁹ ex itinere sedebat sic sup fontē. Hora aūt erat q̄si sexta. Uenit mulier de samaria haurire aquā. Dicit ei iesus. Da mihi bibere. Discipuli.n.ei⁹ abierāt in ciuitatē vt cibos emerēt. Dicit ergo ei mulier illa samaritana. Quo tu iude⁹ cū sis bibere a me poscis q̄ sum mulier samaritana? Nō enim coutunt iudei samaritanis. Respō-

B dit iesus & dixit ei. Si scires donū dei: & q̄s est q̄ dicit tibi da mihi bibere: tu forsitan petisses ab eo: & dedisset tibi aquā viuā. Dicit ei mulier. Dñe neq̄ in quo haurias habes: et pute⁹ altus est. Unde ergo habes aquā viuā? Nunqd tu maior es pře nr̄o iacob q̄ dedit nobis puteū: & ipse ex eo bibit: & filij ei⁹ & pecora ei⁹. Respōdit iesus: & dixit ei. Ois q̄ bibit ex aq̄ hac sitiet iterū: q̄ aūt biberit ex aqua quā ego dabo ei nō sitiet in eternū: sȝ aq̄ quā ego dabo ei fiet in eo fons aq̄ salientis in vitā eternā. Dicit ad eū mulier. Dñe da mihi hāc aquā: vt

C nō sitiā neq̄ veniā huc haurire. Dicit ei iesus. Uade voca virū tuū: & veni huc. Rñdit mulier: & dixit. Non habeo virū. Dicit ei iesus. Bn̄ dixisti: q̄ nō habeo virū. Quinq̄.n. viros habuisti: & nūc quē habes non est tuus vir. Hoc vere dixisti: dicit ei mulier. Dñe video q̄ ꝓpheta es tu. Pr̄es nr̄i in mōte hoc adorauerūt: & vos dicitis q̄ hierosolymis est locus vbi adorare opȝ. Dicit ei iesus. Mulier crede mihi: quia venit hora q̄n neq̄ in mōte hoc neq̄ in hierosolymis adorabitis prēm. Uos adoratis qḋ nescitis: nos adoram⁹ qḋ scim⁹: q̄ salus ex iudeis est. Sȝ venit hora & nunc est: q̄n veri adoratores adorabūt pr̄ēm in spū & veritate. Nā & pr̄ tales q̄rit q̄ adorēt eū. Spiritus est de⁹: & eos q̄ adorāt eū in spiritu & veritate opȝ adorare. Dicit ei mulier. Scio q̄ messias venit q̄ dicitur

j.cor.3.b 24. q.1.c. q̄dam.

xp̄s. Cū ergo venerit: ille nobis nūciabit oīa. Dicit ei iesus. Ego sum q̄

D loquor tecū. Et ꝯtinuo venerūt discipuli ei⁹: & mirabant̄ q̄ cū muliere loq̄bat̄. Nemo tñ dixit qd queris aut qd loq̄ris cū ea. Reliq̄t ergo hydriā suā mulier: & abijt in ciuitatē & dicit illis hoībus. Uenite & videte hominē: q̄ dixit oīa q̄cūq̄ feci. Nūqd ipse est xp̄s? Exierūt ergo de ciuitate & veniebāt ad eū. ✝ Interea rogabāt eū discipuli dicentes. Rabbi manduca. Ille aūt dixit eis. Ego cibū habeo mādūcare: quē vos nescitis. Dicebāt ergo discipuli ad inuicē. Nunqd aliq̄s attulit ei mānducare. Dicit ei iesus. Meus cib⁹ ē vt faciā volūtatē ei⁹ q̄ misit me: vt pficiā op⁹ eius. Nōne vos dicitis q̄ adhuc q̄tuor mēses sunt & messis venit? Ecce dico vobis: leuate oculos vřos & videte regiones: q̄ albe sunt iā ad messem. Et q̄ metit mercedē accipit: & cōgregat fructū in vitam eternā: vt & qui seminat simul gaudeat & q̄ metit. In hoc.n. est vbū verū: q̄ alius est q̄ seminat: & ali⁹ est q̄ metit. Ego misi vos metere qḋ vos nō laborastis. Alij laborauerūt: & vos in labores eoꝝ introistis. Ex ciuitate aūt illa multi crediderūt in eū samaritanorū ꝑpter vbū mulieris testimoniū perhibētis: q̄ dixit mihi oīa q̄cūq̄ feci. Cū venissent ergo ad illū samaritani: rogauerūt eum vt ibi maneret. Et mansit ibi duos dies. Et multo plures crediderūt ꝑpter sermonē eius. Et mulieri dicebāt: q̄ nō ꝑpter tuā loquelā credimus. Ipsi enī audiuimus & scim⁹ q̄ hic est vere saluator mundi.[c] Post duos aūt dies exijt inde: & abijt in galileā.[d] Ipse enim iesus testimoniū ꝑhibuit: q̄ ꝓpheta in sua pťia honorē nō hȝ.[e] Cū ergo venisset in galileā exceperūt eū galilei: cū oīa vidissent q̄ fecerat hierosolymis in die festo. Et ipsi enim venerāt ad diē festū. Uenit ergo iterū in chana galilee vbi fecit aquā vinū.[f] Et erat q̄dā regulus cuius fili⁹ infirmabatur capharnaum. Hic cū audisset q̄

2.cor.3.b

infra eo. c.6. ✝ interrogauerūt

E

s. eodē.

F

c 34 7 d 35 mat.4.b 1 mat.13.g e 36 mar.6.a 10 luc.4.d. f 37 8 G 20

iesus adueniret a iudea in galileam: abijt ad eū: & rogabat eū vt descēderet & sanaret filiū ei⁹. Incipiebat .n. mori. Dixit ergo iesus ad eū. Nisi signa & pdigia videritis nō creditis. Dicit ad eum regulus. Dñe descēde priusq̄ moriat̄ fili⁹ me⁹. Dicit ei iesus. Uade fili⁹ tu⁹ viuit. Credidit hō ſmoni quē dixit ei iesus: & ibat. Iā aūt eo descēdente serui occurrerūt ei & nūciauerūt dicētes q: fili⁹ ei⁹ viueret. Interrogabat ergo horā ab eis in q̄ meli⁹ + habuerat. Et dixerūt ei: q: heri hora septima reliqt eū febris. Cognouit ergo pr̄ q: illa hora erat in q̄ dixit ei iesus fili⁹ tu⁹ viuit. Et credidit ipse & dom⁹ ei⁹ tota. Hoc iterū scd'm signū fecit iesus cū venisset a iudea in galileam.

(al. + habuerit)

¶ Ca. Sū. ¶ De piscina pbatica. sanat hominē triginta & octo annos hñtē infirmitatē: dicebāt iudei sanato: nō l3 tibi tollere grabatū tuū sabbo: qcūq3 pr̄ fecerit: hec & fili⁹ silr fac: dic iesus: q: venit hora & nūc est qñ mortui audiūt vocē &c. dic iesus: Joānes est lucerna ardēs & lucens: scrutamini scripturas: dic moyses accusat vos: & ñ crederetis moysi crederetis forsitan & mihi. Ca. v.

(Mat. 9. a; Mar. 2. a; Luce. 5. d)

Post hec erat dies fest⁹ iudeoꝝ & ascēdit iesus hierosolymam. Est aūt hierosolymis pbatica piscina: que cognominat̄ hebraice bethsaida qnq3 porticꝰ hñs. In his iacebat multitudo magna lāguētiū cecorū claudoꝝ aridoꝝ expectātium aque motū. Angelus aūt dñi descēdebat ſm tps in piscinā: & mouebatur aqua. Et q prior descēdisset in piscinā: post motionē aque sanꝰ fiebat a qcūq3 detinebat infirmitate. Erat aūt qdā hō ibi triginta & octo ānos hñs in infirmitate sua. Hūc cum vidisset iesus iacētē & cognouisset q: iā multū tps hēret. dicit ei. Uis sanus fieri? Rñdit ei lāguidus. Dñe hominē nō habeo: vt cū turbata fuerit aq̄ mittat me in piscinā. Dū venio enī3 ego alius añ me descēdit. Dicit ei iesus. Surge tolle grabatū tuū & ambula. Et statī sanꝰ factꝰ est + hō ille. Et sustulit grabatū suum & ambulabat. Erat aūt sabbatum in die illo. Dicebāt ergo iudei illi qui sanatꝰ fuerat. Sabbatū est: nō licet tibi tollere grabatū tuū.[b] Rñdit eis. Qui me sanū fecit ille mihi dixit: tolle grabatū tuū & ambula. Interrogauerūt ergo eū. Quis est ille hō q dixit tibi: tolle grabatū tuū & ambula? Is aūt q sanꝰ fuerat effectꝰ nesciebat qs esset. Jesus .n. declinauit a turba cōstituta in loco. Postea inuenit eū iesus in tēplo: & dixit illi. Ecce sanꝰ factꝰ es iā noli peccare: ne deterius tibi aliqd contingat. Abijt ille hō: & nunciauit iudeis q: iesus eēt qui fecit eū sanū. Propterea psequebant̄ iudei iesum: q: hec faciebat in sabbato. Jesus aūt rñdit eis. Pater meꝰ vsq3 mō opatur: & ego operor. Propterea ergo magis qrebāt eū iudei interficere: q: nō solum soluebat sabbatū sed & patrē suū dicebat deū: equalē se faciens deo. Respōdit itaq3 iesus: & dixit eis. Amē amē dico vobis non pōt filiꝰ a se facere qcq̄ nisi qd viderit patrē facientē. Quecūq3 .n. ille fecerit hec filiꝰ silr facit. Pater .n. diligit filiū: & omnia demonstrat ei que ipse facit: & maiora his demōstrabit ei opera vt vos miremini. Sicut enim pater suscitat mortuos & viuificat: sic & filiꝰ quos vult viuificat. Neq3 enim pater iudicat quēq̄: sed omne iudiciū dedit filio: vt oēs honorificēt filiū sicut honorificāt patrē.[c] Qui nō honorificat filiū: nō honorificat patrē qui misit illū.[d] Amē amē dico vobis q: q verbū meū audit & credit ei qui misit me: hꝫ vitā eternā. Et in iudiciū non venit: sed + trāsiet a morte in vitā. Amē amē dico vobis q: venit hora & nunc est qñ mortui audient vocē filij dei: & q audierint viuent. Sicut .n. pater hꝫ vitā in semetipso: sic dedit & filio habere vitā in semetipso. Et potestatē dedit ei iudiciū facere: q: filiꝰ hominis ē. Nolite mirari hoc: q: venit hora in qua oēs q in monumētis sunt audiēt vocē filij dei. Et pcedēt qui bona fe-

(Mar. 2. a; Luce. 5. c; al. nō hꝫ + homo; de pe. di. 2. g. j.; de pe. & remis. c. cū infirmitas; de cōse. di. 5. c. si.; Luc. 10. c.; al. + trāsit; Mat. 25. d)

de 2ſe.vi. ſ.c.ſi. infra.6.d. 42 1 43 infra.8.c. 10 ſup.j.c. F

cerunt in reſurrectionẽ vite: q vero mala egerũt in reſurrectionẽ iudi. cij. Non poſſum ego a meipſo facere quicq̃. Sicut audio iudico: ⁊ iudiciũ meũ iuſtũ eſt: ᵉ q: nõ quero voluntatẽ meã ſed voluntatẽ eius q miſit me. Si ᶠ ego teſtimoniũ phibeo de meipſo: teſtimoniũ meũ nõ eſt verũ. Alius eſt q teſtimoniũ phibet de me: ⁊ ſcio q: verũ eſt teſtimoniũ eius qḋ phibet de me. Vos miſiſtis ad ioãnẽ: ⁊ teſtimoniũ phibuit veritati. Ego aũt nõ ab homine teſtimoniũ accipio: ſed hec dico vt vos ſalui ſitis. Ille erat lucerna ardens ⁊ lucens. Vos aũt voluiſtis ad horã exultare in luce ei⁹. Ego aũt habeo teſtimoniũ maius Joãne. Opera.n. que dedit mihi pater vt pficiã ea: ipſa opera que ego facio teſtimoniũ phibẽt de me: q: pater miſit me. Et q miſit me pater ipſe teſtimoniũ phibuit de me. ᵍ Neq̃ vocem ei⁹ vnq̃ audiſtis neq̃ ſpẽ ei⁹ vidiſtis. ʰ Et verbũ ei⁹ nõ habetis in vobis manens: q: quẽ miſit ille huic vos non creditis. Scrutamini ſcripturas: ✝ q: vos putatis in ipſis vitã eternã hẽre. Et ille ſunt q̃ teſtimoniũ phibẽt de me: ⁊ nõ vultis venire ad me vt vitam habeatis. Claritatẽ ab hominib⁹ non accipio: ſed cognoui vos: q: dilectionem dei nõ habetis in vobis. Ego veni in nomine pris mei: ⁊ nõ accepiſtis me. Si ali⁹ venerit in nomine ſuo illũ accipietis. Quomodo vos poteſtis credere qui gloriã abinuicẽ accipitis: ⁊ gloriã que a ſolo deo eſt nõ queritis? Nolite putare q: ego accuſaturus ſim vos apud patrẽ. Eſt qui accuſat vos moyſes: in quo vos ſperatis. Si enim crederetis moyſi: crederetis forſitan ⁊ mihi. De me enĩ ille ſcripſit. Si aũt illius lrãs nõ creditis: quõ verbis meis credetis?

infra.14.d infra.8.c. G 44 3 45 10 al. ✝ in quibus vos putatis in ipſis G

℃ Ca Sũ. ℃ De quinq̃ panibus ⁊ duobus piſcibus: ⁊ q̃ eum regem facere voluerunt: ieſus ſupra mare ambulat. Operamini nõ cibũ que perit de mãna ⁊ pane celeſti loquitur: ego ſum panis de celo deſcẽdi re cedẽtib⁹ ab eo diſcipulis vnum ex duodecim diabolũ dicit: Cap.vi.

Poſt ᵃ hec abijt Jeſus trãs mare galilee qḋ eſt tyberiadis. Et ſequebatur eũ multitudo magna q: videbãt ſigna q̃ faciebat ſup his qui infirmabant. ᵇ ✝ Subijt ergo in mõtẽ ieſus: ⁊ ibi ſedebat cũ diſcipulis ſuis. ᶜ Erat aũt pximũ paſcha dies feſt⁹ iudeoꝝ. ᵈ Cũ ſubleuaſſet ergo oculos ieſus ⁊ vidiſſet q: multitudo maxima venit ad eum: dicit ad philippũ. Unde emem⁹ panes: vt manducẽt hi: hoc aũt dicebat tentãs eũ. Ipſe.n. ſciebat qḋ eẽt facturus. Rñdit ei philippus. Ducentoꝝ denarioꝝ panes nõ ſufficiunt eis: vt vnuſq̃ſq̃ modicum qḋ accipiat. Dicit ei vn⁹ ex diſcipulis eius Andreas frater ſymonis petri. Eſt puer vnus hic: q hꝫ q̃nq̃ panes ordeaceos ⁊ duos piſces: Sed hec qḋ ſunt inter tantos. Dicit ergo ieſus. Facite hoĩes diſcumbere. Erat aũt fenum multũ in loco. Diſcubuerũt ergo viri numero quaſi q̃nq̃ milia. Accepit ergo ieſus panes: ⁊ cum gratias egiſſet: diſtribuit diſcumbẽtibus. Similiter ex piſcibus quantum volebant. Ut autem impleti ſunt: dixit diſcipulis ſuis. Colligite que ſuperauerunt fragmenta ne pereant. Collegerunt ergo ⁊ impleuerunt duodecim cophinos fragmẽtorũ ex quinq̃ panibus ordeaceis ⁊ duobus piſcib⁹: que ſuperfuerũt his qui manducauerãt. ᵉ Illi ergo homines cum vidiſſent qḋ ieſus fecerat ſignũ dicebãt. Quia hic eſt vere ppheta: qui venturus eſt in mũdũ. Jeſus ergo cũ cognouiſſet q: venturi eẽnt vt raperẽt eũ ⁊ facerẽt eũ regẽ fugit iterum in montẽ ipſe ſolus.

a 46 1 al. ✝ abijt b 47 mat.14.b 3 Luce.9.b c 43 Mat.14. 1 b. b 49 mar.6.c. Luce.9.b Mat.14. b. mar.6.c. Luce.9.b B Mat.14. b. mar.6.c. Luce.9.b di.36.c.q eccleſiaſti cis. e 50 10

Ut aūt sero factū est: descenderūt discipuli ei⁹ ad mare. Et cū ascēdissent nauim venerūt trans mare in capharnaū. Et tenebre iam facte erāt: ⁊ nō venerat ad eos iesus. Mare aūt vēto magno flante exurgebat. Cū remigassent ergo quasi stadia viginti-quinqȝ aut triginta vidēt iesum ambulantē supra mare ⁊ pximū naui fieri: ⁊ timuerūt. Ille autem dicit eis. Ego sum nolite timere. Voluerunt ergo accipe eū in nauim: ⁊ statiȝ nauis fuit ad terrā quā ibāt. [g] Altera die turba q̄ stabat trās mare vidit quia nauicula alia non erat ibi nisi vna: ⁊ q: nō introisset cū discipulis suis iesus in nauim: sȝ soli discipuli ei⁹ abiissent. Alie vō supuenerunt naues a tyberiade iuxta locum vbi māducauerāt panem grās agētes deo. Cū ergo vidisset turba q: iesus nō esset ibi neqȝ discipuli ei⁹: ascenderūt in nauiculas ⁊ venerunt capharnaū q̄rētes iesum. Et cū inuenissent eum trās mare: dixerūt ei. Rabbi qñ huc venisti? Rñdit ei iesus ⁊ dixit. Amē amē dico vobis q̄ritis me: nō q: vidistis signa: sȝ q: manducastis ex panibus ⁊ saturati estis. Operamini nō cibū q perit sȝ q permanet in vitā eternā: quē filius hominis dabit vobis. Hūc. n. pr̄ signauit de⁹. Dixerūt ergo ad eū. Quid faciemus vt operemur opa dei? Respōdit iesus: ⁊ dixit eis. Hoc est op⁹ dei: vt credatis in eū quē misit ille. Dixerunt ergo ei. [b] Qđ ergo tu facis signum: vt videam⁹ ⁊ credam⁹ tibi? Quid operis. [i] Patres nr̄i māducauerūt mana in deserto: sicut scriptū est. Panē de celo dedit eis manducare. Dixit ergo eis iesus. Amen amē dico vobis: nō moyses dedit vobis panē de celo: sȝ pr̄ meus dat vobis panē de celo verum. Panis. n. dei est q de celo descēdit: ⁊ dat vitam mūdo. Dixerūt ergo ad eum. Dñe semp da nobis panē hūc. Dixit aūt eis iesus. [k] Ego sum panis vite. Qui venit ad me nō esuriet: ⁊ qui credit in me nō sitiet in eternum. Sȝ dixi vobis: q: ⁊ vidistis me ⁊ nō creditis.

[l] Oē qđ dat mihi pr̄ ad me veniet: ⁊ eū q venit ad me nō eiciā foras: [m] q: descēdi de celo nō vt faciam volūtatē meā: sȝ volūtatē ei⁹ q misit me. [n] Hec est + enim volūtas ei⁹ q misit me patris: vt oē qđ dedit mihi nō perdam ex eo: sȝ resuscitē illud in nouissimo die. Hec est aūt voluntas patris mei q misit me: vt omnis q videt filiū ⁊ credit in eū habeat vitam eternā: ⁊ ego resuscitabo eum in nouissimo die. [o] Murmurabant ergo iudei de illo: q: dixisset ego sum panis viuus q de celo descēdi. Et dicebāt. Nōne hic est fili⁹ ioseph cuius nos nouim⁹ patrē ⁊ matrem? Quō ergo dicit hic: q: de celo descēdi? [p] Rñdit ergo iesus ⁊ dixit eis. Nolite murmurare in inuicē. Nemo pōt venire ad me nisi pr̄ q misit me traxerit eum: ⁊ ego resuscitabo eū in nouissimo die. Et scriptū in pphetis. Erūt oēs docibiles dei. Ois qui audiuit a pr̄e ⁊ didicit: venit ad me. [q] Nō q: patrē vidit qsq̄: nisi is q est a deo: hic vidit patrem. [r] Amen amen dico vobis: q credit in me hȝ vitā eternā. [s] Ego sum panis vite. [t] Patres vestri māducauerūt māna in deserto: ⁊ mortui sunt. Hic est panis de celo descēdens: vt si qs ex ipo māducauerit nō moriať. [u] Ego sum panis viuus q de celo descēdi. Si qs manducauerit ex hoc pane viuet in eternū. Et panis quē ego dabo caro mea est p mūdi vita. [x] Litigabāt ergo iudei adinuicē dicētes. Quō pt hic nobis carnē suā dare ad mānducandū. Dixit ergo eis iesus. Amen amē dico vobis: nisi manducaueritis carnē filij hois ⁊ biberitis ei⁹ sanguinē non habebitis vitā in vobis. Qui manducat meā carnē ⁊ bibit meū sanguinē hȝ vitā eternā: ⁊ ego resuscitabo eum in nouissimo die. [y] Caro. n. mea vere est cib⁹: ⁊ sanguis me⁹ vere est potus. [z] Qui māducat meā carnē ⁊ bibit meū sanguinem: in me manet ⁊ ego in illo. Sicut misit me viuēs pater ⁊ ego viuo ppter patrē: ⁊ q māducat me ⁊ ipse viuet ppter me. Hic est panis q de celo de-

f 51 mat.14.e mar.6.f. Luce.6.b
mat.14.e mar.6.g
g 52
mat.16.a mar.8.b
h 53
i 54 Psal.77. Sap.16.c
mat.26.c mar.14.c Luc.22.b
k 55

mat.26.d mar.14. Luc.22.c. Sup.5.e
l 56 m 57 58
o 59 p 60
mat.13.d mar.6.a. Luc.4.d. infra.7.p
mat.11.d Luc.10.d
q 61 r 62 s 63 t 64 u 65 x 66 y 67 z 68

scendit. Nō sicut māducauerūt patres vestri mānna ⁊ mortui sūt. Qui māducat hūc panem: viuet in eternū. Hec dixit in synagoga docēs in capharnaū. Multi ergo audiētes ex discipulis ei⁹ dixerūt. Durus ē hic sermo. Et qs pōt eū audire? Sciēs aūt iesus apud semetipm qꝛ murmurarēt de hoc discipuli eius: dixit eis. Hoc vos scādalizat. Si ergo videritis filiū hoīs ascendētē vbi erat pri⁹. Spūs est q viuificat: caro nō ꝓdest quicq̄. Uerba que ego locut⁹ sū vobis: spūs ⁊ vita sunt. Sȝ sunt qdā ex vobis q nō credūt. Sciebat enim ab initio iesus q eēnt credentes: ⁊ qs traditurus eēt eū. Et dicebat. Propterea dixi vobis: qꝛ nemo pōt venire ad me nisi fuerit ei datū a pr̄e meo. Et hoc multi discipuloꝝ ei⁹ abierūt retro ⁊ iā nō cū illo ambulabāt. Dixit ergo iesus ad duodecim. Nūqd ⁊ vos vultis abire? Respondit ergo ei symon petrus. Dn̄e ad quē ibim⁹. Uerba vite eterne habes. Et nos credim⁹ ⁊ cognouimus: qꝛ tu es xp̄s fili⁹ dei. Respōdit eis iesus. Nōne ego vos duodecim elegi: ⁊ ex vobis vn⁹ diabolus est. Dicebāt aūt de iuda symonis scariothis. hic enim erat traditurus eum cū esset vnus ex duodecim.

¶ Ca. vii. ¶ Jesus in scenophegia ascēdit ad diē festum dī iesu demoniū habes: de turba multi credebāt in eū: clamat iesus: siqs sitit veniat ad me ⁊ bibat: cū ministris ⁊ nicodemo pncipes ꝯtēdūt. Ca. vij.

Post hec autē ambulabat iesus in galilea. Nō. n. volebat in iudeā ābulare qꝛ q̄rebāt eū iudei interficere. Erat aūt in ꝓximo dies festus iudeoꝝ scenophegia. Dixerunt aūt ad eū fr̄es ei⁹. Trāsi hinc ⁊ vade in iudeā: vt ⁊ discipuli tui videant opa tua que ⁊ facis. Nemo quippe in occulto aliqd facit: ⁊ q̄rit ipse in palā eē. Si hec facis: manifesta teipsū mūdo. Neqȝ enim fratres ei⁹ credebant in eū. Dicit eis ergo iesus. Tēpus meū nōdū aduenit: tēpus aūt vestrū semp est paratū. Nō pōt mūdus odisse vos. Me aūt odit: qꝛ ego testimoniū perhibeo de illo: qꝛ opera eius mala sunt. Uos ascēdite ad diē festū hūc. Ego. n. nō ascēdam ad diē festū istū: qꝛ meū tp̄s nōdū impletū est. Hec cū dixisset ipse mansit in galilea. Ut aūt ascēderūt fratres ei⁹: tūc ⁊ ipse ascēdit ad diē festū nō manifeste: sȝ q̄si i occulto. Judei ergo q̄rebāt eū i die festo: ⁊ dicebāt. Ubi ē ille? Et murmur mult⁹ erat in turba de eo. Quidā. n. dicebāt qꝛ bon⁹ ē: alij āt dicebāt nō sȝ seducit turbas. Nemo tn̄ palā loqbat de illo pp metū iudeoꝝ. Jaȝ aūt die festo mediāte ascēdit iesus in tēpluȝ: ⁊ docebat. Et mirabant iudei dicentes. Quō hic lr̄as scit cū nō didicerit? Respōdit eis iesus: ⁊ dixit. Mea doctrina nō est mea: sed ei⁹ q misit me. Si qs voluerit volūtatē eius facere: cognoscet de doctrina: vtꝫ ex deo sit: an ego a meipso loquar. Qui a semetipso loqtur: gloriā ꝓpriā querit. Qui āt querit gloriā ei⁹ q misit eū: hic verax est: ⁊ iniustitia in illo nō ē. Nōne moyses dedit vobis legē? Et nemo ex vobis facit legē. Quid me q̄ritis interficere? Respōdit turba ⁊ dixit. Demonium habes. Quis te q̄rit interficere? Rn̄dit iesus ⁊ dixit eis. Unum opus feci ⁊ oēs miramini. Propterea moyses dedit vobis circūcisionē: nō qꝛ ex moyse est sed ex pr̄ibus. Et in sabbato circūciditis hominē. Si circūcisionē accipit hō in sabbato vt non soluat lex moysi: mihi indignamini: qꝛ totū hoīem sanū feci in sabbato? Nolite iudicare fȝ faciē: sȝ iustū iudiciū iudicate. Dicebant ergo quidā ex hierosolymis. Nōne hic est quem querūt interficere? Ecce palam loquitur: ⁊ nihil ei dicunt. Nunquid vere cognouerūt principes qꝛ hic est christus? Sed hunc scimus vnde sit: christus autem cum venerit nemo scit vnde sit. Clamabat ergo iesus in templo docēs ⁊ dicens. Et me scitis ⁊ vnde sim scitis: ⁊ a meipso nō veni: sed est verus qui misit me quē vos nescitis. Ego scio eum: ⁊ si dixe-

Marginalia: B; 24. q. i. c. audiuimus. 69 de pe. dis. 4. ca. si de bono. 70 de ꝯse. di. 2. c. i. 71 mat. 26. f Mar. 14. g 72 Luc. 22. g mat. 26. d Mar. 14. d. 73 Mat. 16. 23. q. 4. c. displicet de ꝯse. di. 2. c. forte. 74 75; B; Sup. 6. c; C; Infra. 8. g; Deut. i. c; D; mat. ii. b Luc. io. d infra. 8. d. ⁊ infra. 8. g

re: q: nescio eum: ego similis vobis mendax. Sed scio eum: q: ab ipso sum: et ipse me misit. Querebant ergo eu3 apprehendere: et nemo misit in illum manus: q: nondum venerat hora eius. De turba autem multi crediderunt in eum. Et dicebant. Christus cum venerit nunqd plura signa faciet q̃ que hic facit? Audierunt pharisei turbam murmurantem de illo hec: et miserunt principes et pharisei ministros vt apprehenderent iesum. Dixit ergo eis iesus. Adhuc modicu3 tēpus vobiscū sum: et vado ad eū q me misit. Queritis me et nō inuenietis: et vbi ego sum vos nō potestis venire. Dixerūt ergo iudei ad semetipsos. Quo hic itur9 est q: nō inueniem9 eū: hic nūqd in dispersionē gētiū itur9 ē: et docetur9 gētes? Quis est hic sermo quē dixit: q̄retis me et nō inuenietis: et vbi sum ego vos non potestis venire? In nouissimo aūt die magno festiuitatis stabat iesus et clamabat dicēs. Si qs sitit: veniat ad me et bibat. Qui credit in me sicut dicit scriptura: flumina de ventre eius fluent aque viue. Hoc autem dixit de spiritu: quem accepturi erant credentes in eū. Nondum enim erat spiritus datus: q: iesus nondu3 erat glorificatus. Ex illa ergo turba cū audissent hos sermones eius dicebāt. Hic ē vere ꝓpheta. Alij dicebāt. Hic est xp̄s. Quidā3 aūt dicebant. Nunqd a galilea venit xp̄s? Nōne scriptura dicit q: ex semine dauid et de bethleem castello vbi erat dauid venit christus? Dissensio itaq3 facta est in turba propter eu3. Quidam aūt ex ipsis volebāt apprehendere eū: sed nemo misit sup eu3 man9. Venerunt ergo ministri ad pōtifices et phariseos: et dixerūt eis illi. Qr nō adduxistis illū? Rñderunt ministri. Nūq̄ sic locut9 ē hō: sicut hic loquit. Rñderunt ergo eis pharisei. Nunqd et vos seducti estis? Nunqd ex pncipibus aliqs credidit in eum: aut ex phariseis? Sed turba hec que nō nouit legē: maledicti sunt. Dixit nicodemus ad eos: ille q venit ad eū nocte: q vnus erat ex ipsis. Nūqd lex nostra iudicat hoiem: nisi prius audierit ab ipso et cognouerit quid faciat? Rñderūt: et dixerunt ei. Nunqd et tu galileus es? Scrutare + scripturas et vide: quia a galilea propheta non surgit. Et reuersi sunt vnusquisq3 in domum suam.

¶Ca. viii ¶De muliere adultera: et se fore lucē mūdi se esse iudicat: iesus interrogatus principiū se esse respondit: q omnis peccator seruus sit: et q iesus ante abrahā sit. Cap. viii.

Iesus autem perrexit in mōte oliueti: et diluculo iterum venit in templum: et omnis populus venit ad eum: et sedēs docebat eos. Adducunt autem scribe et pharisei mulierem in adulterio deprehensa3: et statuerūt eā in medio: et dixerūt ei. Magister: hec mulier mō deprehensa est in adulterio. In lege autem moyses mādauit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis. Hoc autem dicebant tētātes eū: vt possent accusare eum. Iesus autem inclināś se deorsum: digito scribebat in terrā. Cu3 + ergo perseuerarent interrogantes: erexit se: et dixit eis. Qui sine peccato est vi3 prim9 in illam lapidem mittat. Et itez se inclinans scribebat in terra. Audiētes aūt hec vnus post vnum exibāt incipiētes a seniorib9: et remansit solus iesus: et mulier i medio stās. Erigens aūt se iesus dixit ei. Mulier: vbi sunt q te accusabāt? Nemo te cōdemnauit? Que dixit. Nemo dñe. Dixit autem iesus. Nec ego te cōdemnabo. Vade et iam amplius noli peccare. Iterum ergo locutus est eis iesus dicēs. Ego sum lux mundi. Qui sequit me nō ambulat in tenebris: sed hēbit lumē vite. Dixerūt ergo ei.

Marginalia: mat. 21. mar. 11. 12.a Luce. 19. 20.c. et 2. — infra.13.d — Joan.4.c — mat.2.a — mich.5.a — sup.10.d — infra.3.a — infra.19.g — sup. 5. f — al. nō h3 + scripturas — Luc.21.g — Le. 20.b — al's + aūt — 3.q.7.c. qui sine et ca. postulat. 32.q.6.in prin. de pe. dis. 2. c. si enim .h. rursus D — infra.9.a — 1.j.12.g

pharisei. Tu de teipso testimonium perhibes: testimonium tuum non est verum. Respondit iesus et dixit eis. Et si ego testimonium perhibeo de meipso: verum est testimonium meum: quia scio unde veni: et quo vado. Vos autem nescitis unde venio aut quo vado. Vos secundum carnem iudicatis: ego non iudico quenquam. Et si iudico ego: iudicium meum verum est: quia solus non sum: sed ego et qui misit me pater. Et in lege vestra scriptum est. quia duorum hominum testimonium verum est. Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso: et testimonium perhibet de me qui misit me pater. Dicebant ergo ei. Ubi est pater tuus?[a] Respondit iesus. Neque me scitis, neque patrem meum. Si me sciretis: forsitan et patrem meum sciretis.[b] Hec verba locutus est iesus in gazophilacio: docens in templo. Et nemo apprehendit eum: quia necdum venerat hora eius?[c] Dixit ergo iterum eis iesus. Ego vado et queretis me: et in peccato vestro moriemini. Quo ego vado: vos non potestis venire. Dicebant ergo iudei. Nunquid interficiet semetipsum: quia dicit quo ego vado vos non potestis venire? Et dicebat eis. Vos de deorsum estis: ego de supernis sum. Vos de mundo hoc estis: ego non sum de hoc mundo. Dixi ergo vobis: quia moriemini in peccatis vestris. Si enim non credideritis quia ego sum: moriemini in peccato vestro. Dicebant ergo ei. Tu quis es? Dixit eis iesus. Principium: qui et loquor vobis. Multa habeo de vobis loqui et iudicare: sed qui me misit verax est: et ego que audivi ab eo hec loquor in mundo. Et non cognoverunt quia patrem eius dicebat deum. Dixit ergo eis iesus. Cum exaltaveritis filium hominis: tunc cognoscetis quia ego sum: et a meipso facio nihil: sed sicut docuit me pater hec loquor. Et qui me misit mecum est: et non reliquit me solum: quia ego que placita sunt ei facio semper. Hec illo loquente: multi crediderunt in eum. Dicebat ergo iesus ad eos qui crediderunt ei iudeos. Si vos manseritis in sermone meo vere discipuli mei eritis: et cognoscetis veritatem: et veritas liberabit vos. Responderunt ei. Semen abrahe sumus: et nemini servivimus unquam. Quomodo tu dicis liberi eritis? Respondit eis Jesus. Amen amen dico vobis: quia omnis qui facit peccatum servus est peccati. Servus autem non manet in domo in eternum. Filius autem manet in eternum. Si ergo vos filius liberaverit: vere liberi eritis. Scio quia filii abrahe estis: sed queritis me interficere: quia sermo meus non capit in vobis. Ego quod vidi apud patrem loquor: et vos que vidistis apud patrem vestrum facitis. Responderunt: et dixerunt ei. Pater noster abraham est. Dicit eis iesus. Si filii abrahe estis: opera abrahe facite. Nunc autem queritis me interficere: hominem qui veritatem vobis locutus sum quam audivi a deo. Hoc abraham non fecit. Vos facitis opera patris vestri. Dixerunt itaque ei. Nos ex fornicatione non sumus nati. Unum patrem habemus deum. Dixit ergo eis iesus. Si deus pater vester esset: diligeretis utique me. Ego enim ex deo processi: et veni. Neque enim a meipso veni: sed ille me misit. Quare loquelam meam non cognoscitis? Quia non potestis audire sermonem meum. Vos ex patre diabolo estis: et desideria patris vestri vultis facere. Ille homicida erat ab initio: et in veritate non stetit: quia non est veritas in eo. Cum loquitur mendacium: ex propriis loquitur: quia mendax est et pater eius. Ego autem si veritatem dico non creditis mihi. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico: quare non creditis mihi. Qui ex deo est: verba dei audit. Propterea vos non auditis: quia ex deo non estis. Responderunt ergo iudei: et dixerunt ei. Nonne bene dicimus nos quia samaritanus es tu: et demonium habes? Respondit iesus. Ego demonium non habeo sed honorifico patrem meum: et vos inhonorastis me. Ego autem non quero gloriam meam. Est qui querat: et iudicet. Amen amen di-

Marginal notes: de testi. Ic. in omni; C; Deu.7.b; mat.18.b; 2.cor.13.a; sup.5.f; mat.11.d; Luc.10.b; sup.7.d; a 87 mat.11.d 3; mat.11.c; 9.12.a; b 88 Luc.19.g 1; 9.20.g.1.; 22.a; c 89 sup.7.d 10; D; sup.7.b; Ro.3.d; sup.3.b; infra.12.c; Ro.6.b; 2.Pe.2.d; E; 1.Jo.3.b; F; 2.q.7.c.Ni; lle de heretic. c.Cum; et infum cto; 1.Jo.4.a; sup.7.e; infra.10.b; de pni.ca. nonne.

co vobis: si qs sermonē meū seruauerit mortē nō videbit in eternū. Dixerūt ergo iudei. Nunc cognouimus: q demoniū habes. Abraham mortuus ē ꝛ ꝓphete: ꝛ tu dicis: si qs sermonē meū ſuauerit: nō ✝ gustabit mortē in eternū. Nunqd tu maior es patre nostro abraam qui mortuus est? Et ꝓphete mortui sunt. Quē teipsum facis? Rn̄dit iesus. Si ego glorifico meipsum: glia mea nihil ē. Est pr̄ meus q glificat me: quē vos dicitis: q deus nr̄ est: ꝛ nō cognouistis eū. Ego aūt noui eū: ꝛ si dixero q non scio eū: ero similis vobis mendax. Sed scio eū: ꝛ sermonē ei⁹ ſuo. Abraā pater vester exultauit vt videret diē meū: vidit ꝛ gauisus est. Dixerūt ergo iudei ad eū. Quinquaginta annos nondum habes: ꝛ abraam vidisti? Dixit eis iesus. Amen amen dico vobis: antequā abraam fieret ego sum. Tulerunt ergo lapides vt iacerent in eū. Jesus autem abscondit se ꝛ exiuit de templo.

¶ Ca. S. ¶ Cecū a natiuitate curat iesus dicit in iudiciū i hūc mūdū veni: vt q nō vidēt videāt. Cap. ix.

Et preteriēs iesus vidit hoīem cecū a natiuitate. Et interrogauerūt eū discipuli eius. Rabbi: ✝ qs peccauit: hic aut parētes eius vt cec⁹ nasceret? Respondit iesus. Neqz hic peccauit neqz parentes eius: sed vt manifestent̄ opa dei in illo. Me opꝫ operari opa eius q misit me: donec dies est. Venit nox: qū nemo pōt operari. Quādiu sū in mūdo: lux sum mūdi. Hoc cum dixisset expuit i terrā ꝛ fecit lutū ex sputo: ꝛ liniuit lutū sup oculos eius ꝛ dixit ei. Vade laua in natatoria syloe quod interpretat̄ missus. Abijt ergo ꝛ lauit: ꝛ venit videns. Itaqz vicini ꝛ q viderāt eum prius q mendicus erat: dicebant. Nonne hic est qui sedebat et mendicabat? Alij dicebant q hic ē: alij autem nequaqꝫ: sed similis est eius. Ille vero dicebat: q ego sum. Dicebant ergo ei. Quomodo aperti sunt tibi oculi? Respondit. Ille homo qui dicitur iesus lutum fecit et vnxit oculos meos: ꝛ dixit mihi. Vade ad natatoria syloe: ꝛ laua. Et abij ꝛ laui ꝛ video. Et dixerunt ei. Ubi ē ille? Ait. Nescio. Adducunt eum ad phariseos qui cecus fuerat. Erat aūt sabbatum qū lutum fecit iesus ꝛ aperuit oculos eius. Iterum ergo interrogabant eū pharisei: quō vidisset. Ille aūt dixit eis. Lutū mihi posuit sup oculos: ꝛ laui ꝛ video. Dicebant ergo ex phariseis qdā. Nō est hic homo a deo: qui sabbatū non custodit. Alij autē dicebant. Quō pōt homo peccator hec signa facere? Et scisma erat inter eos. Dicunt ergo ceco iterum. Tu qd dicis de illo qui aperuit oculos tuos? Ille aūt dixit: q propheta est. Non crediderunt ergo iudei de illo q cecus fuisset ꝛ vidisset: donec vocauerūt parētes eius q viderant: ꝛ interrogauerūt eos dicētes. Hic est filius vester quē vos dicitis q cec⁹ natus est? Quomodo ergo nunc videt? Rn̄derunt eis parētes ei⁹: ꝛ dixerunt. Scim⁹ q hic est fili⁹ noster: ꝛ q cecus nat⁹ est: quomodo autem nūc videat nescimus: aut qs ei⁹ aperuit oculos nos nescimus. Ipsū interrogate. Etatē habet: ipse de se loqtur. Hec dixerūt parentes eius: quoniā timebāt iudeos. Jaꝫ enim cōspirauerāt iudei: vt si qs eū cōfiteretur esse xp̄m: extra synagogas fieret. Propterea parētes eius dixerunt: q etatē habet ipsum interrogate. Vocauerunt ergo rursum hoīnē qui fuerat cecus: ꝛ dixerūt ei. Da gliam deo. Nos scimus q hic homo peccator ē. Dixit ergo eis ille. Si peccator est nescio: vnum scio q cecus cum essem mō video. Dixerunt ergo illi. Quid fecit tibi? Quomō aperuit tibi oculos? Respondit eis. Dixi vobis iam: ꝛ audistis. Quid iterum vultis audire? Nūquid ꝛ vos vultis discipuli eius fieri? Maledixerūt ergo ei ꝛ dixerunt. Tu discipulus illi⁹ sis: nos aūt moysi discipuli sumus. Nos scimus q moysi locut⁹ est de⁹: hūc aūt nescim⁹ vnde sit. Rn̄dit ille homo ꝛ dixit eis. In hoc enim mirabile est: q vos nescitis vnde sit: ꝛ aperuit meos

Marginalia: B; Alias ✝ videbit; C; Sup. 2. d; 7. q. i. c. ad veritas 23. qō. 3. post p̄n.; A; Alias ✝ qd 24. q. i. S. i.; Sup. 8. b infra. 12. g de ɔse. di. 4. c. añ baptismū; B; C; D; E; de ɔse. di. 4. c. cū p paruulis; Josu. 7. e; F

os oculos. Scimus autem quia peccatores deus non audit: sed si quis dei cultor est ⁊ voluntatem eius facit hunc exaudit. A seculo nõ est auditum: quia quis aperuit oculos ceci nati. Nisi esset hic a deo: non poterat facere quicquam. Responderunt: ⁊ dixerũt ei. In peccatis nat⁹ es totus: ⁊ tu doces nos? Et eiecerunt eum foras. Audiuit iesus quia eiecerũt eũ foras: ⁊ cum inuenisset eũ dixit ei. Tu credis in filium dei? Respondit ille ⁊ dixit. Quis est domine vt credam in eum? Et dixit ei iesus. Et vidisti eum: ⁊ qui loquitur tecum: ipse est. At ille ait. Credo domine. Et procidens adorauit eum. Et dixit ei iesus. In iudiciũ ego in hunc mundum veni: vt qui non vident videant: ⁊ qui vident ceci fiant. Et audierunt quidam ex phariseis qui cũ ipso erant: ⁊ dixerunt ei. Nũquid ⁊ nos ceci sumus. Dixit eis iesus. Si ceci essetis non haberetis peccatum. Nunc vero dicitis quia videmus: ⁊ peccatum vestrum manet.

¶ Ca. Sũ. ¶ Qui non intrat p ostiũ in ouile: dicit ego sum pastor bonus: potestatem habeo ponendi animam meam. Judei dicunt si tu es christus dic nobis palam: ego ⁊ pater vnum sumus: sustulerunt lapides iudei vt lapidarent iesum ⁊ exiuit de manibus eorum. Cap. x.

PRimus q̄ritur: q̄re post euan gelia q̄ sup plementū legis sūt a et in q̄bus nobis exē pla et p̄cep ta viuen di plenissi me dige sta sunt: vo luerit aplūs has epistolas ad singu las ecclesias destinare. Hac aūt cā fa ctū videt vt s. initia nascentis eccle sie nouis causis existētib⁹ pueniret et vt p̄ntia atq₃ orientia resecaret vi tia: et post futuras excluderet q̄ones: exēplo pphetarū q post ei⁹ editā legem moysi in qua omnia dei mādata le gebant: nihilomin⁹ tñ doctrina sua rediuiua semp pplī cōprimere pecca ta: et pp exēplū viuēdi libros ad no strā etiā memoriā trāsmiserūt. De inde querit. Cur nō ampli⁹ q̄ decē epistolas ad ecclesias scripserit. De cem sunt. n. cū ea que dicitur ad he

hebreos. Nam relique quatuor ad discipulos specialiter sunt porrecte. Ut ostenderet nouum non discrepare a veteri testamento: et se contra leges non facere moysi: ad numerum primorum decalogi mandatorum suas epistolas destinauit: et quos ille preceptis a Pharaone instituit liberatos: totidem hic epistolis a diaboli et idolatrie seruitute edocet aquisitos. Nam et duas tabulas lapideas duorum testamentorum figuram habuisse viri eruditissimi tradiderunt. Epistolam sane que ad hebreos scribitur quidam pauli non esse contendunt: eo quod non sit eius nomine titulata: et propter sermonis stilique distantiam: sed aut barnabe iuxta tertullianum: aut luce iuxta quosdam vel certe clementis discipuli apostolorum et episcopi Romane ecclesie post apostolos ordinati. Quibus respondendum est si propterea pauli non erit: quia eius non habet nomen: ergo nec alicuius erit: quia nullius nomine titulatur.

Quod si inconueniens absurdumque est: ipsius magis esse credenda est: que tanto doctrine sue fulget eloquio. Sed quoniam apud hebreorum ecclesias quasi destructor legis falsa suspitione habebatur: voluit tacito nomine de figuris legis et veritate christi reddere rationem: ne odium nominis in fronte prescriptum lati vtilitatem excluderet lectionis. Non est sane mirum si eloquentior videatur in proprio idest hebreo quam in peregrino idest in greco quo cetere epistole sunt scripte sermone. Mouet etiam quosdam quare romanorum epistola in primo sit posita: cum eam non primo scriptam ratio manifestet. Nam hanc se proficiscentem hierosolymam scripsisse testatur cum corinthios et alios iam ante vt ministerium quod secum portaturus erat colligerent: litteris adhortatus sit. Unde et intelligi quidam volunt ita omnes epistolas ordinatas: vt prima poneretur quamuis posterior fuerit destinata: vt per singulas epistolas gradibus ad perfectiora veniret.

Romanorum namque plerique tam rudes erant: vt non intelligerent dei se gratia et non suis meritis esse saluatos: et ob hec duo inter se populi conflictarent. Iccirco illos indigere asserit confirmari: et vitia gentilitatis priora commemorans. Corinthijs autem iam dicit scientie gratiam esse concessam: et non tam omnes increpat quam cur peccantes non increpauerunt reprehendit sicut ait. Auditur inter vos fornicatio. Et iterum congregatis vobiscum meo spiritu: tradere huiusmodi sathane. In secunda vero laudantur: et vt magis ac magis proficiant commonentur. Galathe vero iam nullius criminis arguuntur: nisi hoc tantum quod callidissimis pseudo apostolis crediderunt. Ephesij sane nulla reprehensione: sed multa laude sunt digni: quia fidem apostolicam seruauerint. Philippenses etiam multo magis collaudantur: quod nec audire quidem falsos apostolos voluerunt. Thessalonicenses nihilominus in duabus epistolis omni laude prosequitur: eo quod non solum fidem inconcussam seruauerint veritatis: sed etiam in persecutione ciuium fuerint constantes inuenti. Colossenses autem tales erant vt cum ab apostolo visi corporaliter non fuissent: hac laude digni haberentur. Et si corpore inquit absens sum: sed spiritu vobiscum sum gaudens et videns ordinem vestrum. De hebreis vero quid dicendum est: quorum thessalonicenses qui plurimum laudati sunt imitatores facti esse dicuntur. Sicut ipse ait. Et vos fratres imitatores facti estis ecclesiarum dei que sunt in iudea. Eadem enim passi estis et vos a contribulibus vestris: que et illi a iudeis. Apud ipsos quoque hebreos eadem commemorat dicens. Nam et vinctis compassi estis: et rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis: cognoscentes vos habere meliorem et manentem substantiam.

[Margin: ad Ro. 1. c. / confirmari — 1. cor. 5. a. — Ibidem. — j. thes. 2. c — Thes. 2. c — E — Heb. 10. f]

¶ Incipit prologus beati hieronymi presbyteri specialis in epistolas ad Romanos.

Romani sunt qui ex iudeis et gen

tibus crediderunt. hi superba contentione volebant se alterutrum superponere. Nam iudei dicebant. Nos sumus populus dei quos ab initio dilexit et fouit: nos circumcisi ex genere abraham: sancta descendimus ex stirpe: et notus retro apud iudeam tantum deus. Nos de egypto signis dei et virtutibus liberati: mare sicco pertransiuimus pede. cum inimicos nostros grauissimi fluctus inuoluerent. Nobis pluit manna dominus in deserto: et quasi filiis suis celeste pabulum ministrauit. Nos die noctuque in columna nubis ignisque precessit: vt nobis in inuio iter ostenderet. Atque vt cetera eius circa nos immensa beneficia taceamus: nos soli digni fuimus dei leges accipere: et vocem dei loquentis audire: eiusque cognoscere voluntatem. In qua

Mat. 15. c

lege nobis promissus est xpus: ad quos etiam ipse se venisse testatus est: dicens: non veni nisi ad oues que perierant domus israel cum vos canes potius quam homines appellauerit. Equum ne ergo est vt idola hodie deserentes quibus ab initio deseruistis nobis comparemini: et non potius in proselitorum locum ex legis auctoritate et consuetudinem deputemini. Et hoc ipsum non merebamini, nisi quia larga semper dei clementia voluit vos ad nostram imitationem admittere. Gentes etiam econtrario respondebant. Quanto enim maiora erga vos dei beneficia narraueritis tanto maioris vos criminis reos esse monstrabi-

Exo. 14. c

tis: Semper enim his omnibus extitistis ingrati. Nam ipsis pedibus quibus aridum mare transistis: ludebatis ante idola que fecistis: et ipso ore quo paulo ante ob necem aduersariorum domino cantaueratis: simulachra vobis fieri poposcistis: illis oculis quibus venerando deum in nube vel igne conspicere solebatis simulachra intuebamini. Manna quoque vobis fastidio fuit: et semper in deserto contra dominum murmurastis: ad egyptum vnde vos manu valida eiece-

Nu. 14. b

rat redire cupientes. Quid plura? Ita patres vestri crebra prouocatione dominum irritauerunt vt omnes in heremo morerentur: nec plus ex senioribus eorum quam duo homines terram repromissionis intrarent. Sed quid antiqua replicamus: cum etiam si illa minime fecissetis de hoc solo nemo vos dignos venia iudicaret: quod dominum christum prophetarum semper vobis vocibus repromissum non solum suscipere noluistis sed etiam morte pessima peremistis. Quem vt nos cognouimus statim credimus: cum nobis de eo antea non fuerit predicatum. Unde probatur quod idolis seruiuimus non obstinationi mentis: sed ignorantie deputandum. Qui enim cognitum illico sequimur: olim vtique sequeremur si antea cognouissemus. Sic autem vos de generis nobilitate iactatis quasi non morum imitatio magis quam carnalis natiuitas filios vos faciat esse sanctorum. Denique esau et ismahel cum de stirpe sint abrahe minime tamen in filiis reputantur. His taliter altercantibus apostolus se medium interponens ita partium dirimit questiones vt neutrum eorum sua iustitia salutem meruisse confirmet: ambos vero populos et scienter et grauiter deliquisse. Iudeos quidem quod per preuaricationem legis deum inhonorauerint: gentes vero quod cum cognitum de creatura creatorem vt deum debuerint venerari: gloriam eius in manu facta mutauerint simulachra. Utrosque etiam similiter veniam consecutos: equales esse verissima ratione demonstrat presertim cum in eadem lege predictum sit et iudeos et gentes ad christi fidem vocandos esse. Quamobrem vicissim eos humilians ad pacem et concordiam cohortatur.

¶ Explicit prologus.

¶ Incipit argumentum.

Romani sunt partis italie. Hi preuenti sunt a falsis apostolis: et sub nomine domini nostri iesu christi in leges et prophetas erant inducti. Hos reuocat apostolus ad veram et euangelicam fidem: scribens eis a corintho.

¶ Explicit argumentum.

¶ Incipit prologus et dictio sacrorū doctorꝫ in epl̄as beati pauli apostoli.

PRincipia rerꝫ requirenda sunt prius: vt eorum noticia plenior possit haberi. Tunc enim demum facilius poterit cause ratio declarari: si eius origo dicatur. Si ergo epistolarum scripture post euangeliuꝫ edite modum ⁊ rationem ostenderimus: poterit videri verum quod dicimus. Sciendum igitur ꝙ sicut in veteri testamento post legis mosaice eruditionem vbi culture diuine mandata continebantur prophetica doctrina fuit necessaria que recidiua populi peccata suppliciorū denunciatione compesceret: atqꝫ eundem populum bonorum repromissionibus ad obediendum ac seruiendum deo viuenti commoneret: ita in nouo testamento post euangelium in quo christiane religionis ordo ⁊ perfecte sanctitatis doctrina tradit: epistolarum pauli ⁊ aliorū perutilis secuta est doctrina: vt ecclesiaꝫ dei contra hereticas prauitates premuniret: ⁊ suborientia vitia resecaret et post futuras questiones excluderet. Hi sunt panni qui ad extrahendum hieremiam de lacu funibus circūligati sunt. Epistolarum siquidem doctrina legis ⁊ prophetie atqꝫ euāgelij consonis testimonijs velut triplici fune circūligata de lacu ignorātie ⁊ infidelitatis peccatorē ad lucem gratie ⁊ veritatis educit. Inter omnes vero epistolaruꝫ scriptores paulus in tribus ⁊ pluribus forte excellit. s. in operis profunditate: in fidei assertione ⁊ in gratie cōmendatione seu spei subleuatione. In operis profunditate: qr hoc opus ⁊ ceteris prolixius: ⁊ ad intelligenduꝫ difficilius est. In fidei assertione: quia Paulus in lege ⁊ prophetis peritus: ad fidei catholice assertionem congrua auctoritatum legis ⁊ prophetie induxit testimonia: vt esset basis sub columna. In gratie commendatione seu spei subleuatione: quia contra superbos ⁊ arrogantes ⁊ de suis operibus presumentes: pro commendāda dei gratia: fortiter: prudenter: atqꝫ acriter dimicauit: que nimirum in illo euidentior ⁊ clarior apparuit: quia inter alia opera vehementer ecclesiam dei persecutus: pro quo summo fuit dignus supplicio: pro maledictione consecutus est gratiā ⁊ pro damnatione suscepit misericordiaꝫ: in quo ipso spes nostra plurimum subleuatur. Sicut eniꝫ cuꝫ audiuimus dauid homicidam et adulterum per penitentiam prophetie recuperasse spiritum: omnis venie diffidentia peccatori tollitur: ita cum saulum prius ecclesie persecutorem: postea factum apostolum et predicatorem aduertimus: nō modicum spes nostra attollitur. Inde est ꝙ in ecclesia he epistole plus ceteris frequentantur: vt psalmi dauid magis alijs prophetijs. Sciendum vero est ꝙ quattuordeciꝫ scripsit epistolas: decem ad ecclesias: quattuor ad personas: sub huiusmodi mysterij insinuatione: vt scilicet in hoc opere vtriusqꝫ testamenti summa contineri monstraret: per denariuꝫ nāqꝫ vetus testamentuꝫ signatur: quaternarius vero noui testamenti nota est. Ideo itaqꝫ decem ⁊ quatuor scripsit: vt vtriqꝫ legi se consentire insinuaret: atqꝫ emulorum calumniaꝫ dilueret ipsuꝫ legis dei p̄ moysen date destructorem fore calūniantiū: eumqꝫ in odium iudeorꝫ trahētiū: quos placatos habere volens: decē ad ecclesias scripsit. Et sicut moyses israelitico populo a pharaonis ⁊ egyptiorum seruitute educto: deceꝫ mādatorum doctrinam tradidit: ita et apostolus dei ecclesias a diaboli potestate ⁊ idolatrie seruitute redēptas: decē epl̄arū doctrina informaret. Id̄o etiam decē ⁊ quatuor scripsit: vt duorum testamentorum concordiam atqꝫ cōuenientiā signaret: quā moyses in duabus tabulis lapideis simul iunctis qbus legis decalog⁹ inscriptus erat ostendit. Moyses quoqꝫ noster id est christus idem in cena cum discipulis pascha celebrans figurauit. Ibi etenim lapis re pro

bus que gessit angulus mira prestans in oculis nostris: panē supercelestē cū typico agno coniunxit: finiens vetus: incipiens nouū. Per agnū etenim q in veteri lege solēnis hostia erat: & panem q noue legis sacrificium forma est duo testamēta figurauit: atq3 illa duo coniungens pdictoꝝ testamentorum consonantiā declarauit. Est.n. rota in medio rote sicut vidit Ezechiel. Ex predictis itaq3 patet mysterij euidentissima rō qua eplas quattuordecim conscripsit: & distincte decem ad ecclesias: quattuor ad psonas direxit. Unde quorundā insania percutitur: dicentium eplam q̄ ad hebreos scribitur non fuisse pauli: sed barnabe vel clemētis vel tertuliani vel luce: quos in hunc errorem occasio deduxit huiusmodi: quia nec salutatio eius nomine intitulata prescribitur: & longe facundiore & splendidiore stilo q̄3 cetere edita est. Quibus sufficiēter respondetur hoc modo: q: si ideo non est dicenda pauli q nomen eius in titulo nō habet: ergo nec barnabe nec alicuius predictorum: cum nullius eorū nomine pretitulata sit: nec ob id quoq3 pauli nō esse putanda ē: q: diligētius est scripta: cū naturale sit vnicuiq3 plus valere in sua lingua q̄3 in peregrina. Illā enim hebraice: ceteras vero scripsit grece: nomen vero suum ideo pmittere noluit: quia hebreis odiosus erat: eum legis destructorem arbitrantibus. Quocirca de legis atq3 cerimoniarum abolitione tracturus: recte nomē suum substituit ne prescripti nominis inuidia vtilitatem sequentis excluderet lectionis. Est itaq3 & illa epistola pauli sicut & alie. De ordine quoq3 epistolarum que ri solet: quare non eo ordine sint disposite quo ab aplo edite: quod constat nō esse cum epla que romanis scribitur prima ponatur: que tñ ante alias omnes nō ē scripta. Epistolam enim que ad corinthios scribit: ante istam scripsisse videtur: quia hāc de corintho scripsisse euidenter mostratur: ex eo q dicit. Commendo vobis phebem sororem nostram ministram ecclesie que est chencris. Chencris enim dicitur locus corintho vicinus immo portus ipsius corinthi. Ex hoc ergo apparet de corintho scriptā & ex eo q dicit. Salutat vos Caius hospes meus: de quo scribens corinthijs cōmemorat dicens. Gratias ago deo meo q neminem vestrum baptiçaui nisi crispū & caium. Hec ergo epistola ad intelligendum ceteris difficilior: in qua & apostolus videtur perfectior: primatum obtinuit in corpore epistolarum: non q prius ab apostolo sit scripta: sed causa dignitatis romanoꝝ qui tunc tēporis vniuersis gentibus imperabāt. Interpretant romani sublimes siue tonātes: q: illo tēpore quo apostolus hāc epistolam eis misit cunctis gentibus dominabant. Ideoq3 sublimiores erant omnibus populis. Et intonabāt precepta publica & priuata: eorūq3 fama cunctis totum resonabat in ore. Haimo autem ab athenis apostolum scripsisse romanis dicit: his verbis. Ab athenis ciuitate grecorum scripsit apostolus romanis hanc epistolā: quos non ipse: nō petrus: nō aliquis duodecim discipulorum primum instruxit: sed quidam iudeoꝝ credentium q fide christi ab apostolis pcepta venientes romam vbi princeps orbis residebat: cui erant ipsi subiecti: que apud hierosolymā didicerant: romanis euāgeliçauerūt. Attende diligenter q haimo dicit apostolū ab athenis scripsisse: origenes vero de corintho. Item inspice q idē haimo ait petrum romanis primum non pdicasse: cū ecclesiastica historia sic contineat. Claudij tēporibus clementia diuine prouidentie petrum ad vrbem romā deducit. Iste aduenięns primus in vrbe roma euāgelij christi clauib⁹ ianuā regni celestis aperuit. Hieronymus quoq3 sup eplam ad romanos vbi scriptū ē. Ut aliquid impertiar vobis gratie spiritualis: ait sic. Romanos Petri predicatione fidē tenētes cōfirmare se velle paulus dicit: nō q minus accepissent a petro: s3 vt duob⁹ aplis attestātibus atq3 doctoribus: eoꝝ corroboraret fides. Harū itaq3 auctoritatū cōflictū q videt dirimētes: dicimus petrū primū pdicasse romanis quantū ad alios aplos: s3 nō primum quantū ad oēs credētes. Itē dicim⁹ athenis eple vel partē scripsisse: corinthi vero pfecisse: atq3 inde romanis eas destinasse. Uel potius ideo pma ponit q: primū grādū erroris destruit: scilicet supbiā omniū maloꝝ radicem: sicut scriptū est. Initium oīs peccati supbia est: que natione celestis sublimium mentes inhabitat sub cinere & cilitio latitans: que romanos adeo oc-

Infra.16.a.

Infra.16.d.

1.cor.1.b.

infra.1.b

cupauerat vt inter se altercantes & se sibi inuicem preferentes dissensiones & scismata facerent. Erant enim romani de iudeis & gentibus ad christu3 conuersi. Judei autē propter sanctos patres a quibus originē ducebant & pp̄ter legē quā soli inter ceteras gētes acceperūt gentiles credētes despiciebāt: dicētes se pp̄ter obseruantiā legis & cui seruierāt meruisse accipere grām christi & fidez euangelij: & pp̄ter merita operū legis sibi venisse euāgeliu3 dn̄i nostri iesu christi atq3 his insiant gentib⁹ se pferebant dicētes. Nos de gēte abrahe sumus: cui primū facta fuit promissio. nos populus peculiaris dei sumus: nos de egypto forti manu & mirabilib⁹ signis deus eduxit: nos sicco vestigio mare rubrū transire fecit: in deserto māna pauit: aquā de petra pduxit atq3 alijs sub silētio relictis: nos soli digni fuimus legē dei accipe: & ei⁹ voluntatē cognoscere. Ad nos quoq3 specialiter dei fili⁹ venit: vt ipse in euāgelio ait.

Mat.15.c

Non su3 missus nisi ad oues q̄ perierunt domus israel. Gentiles autem ecōtra dicebant: quanto plura beneficia vobis exhibita memoratis: tanto vos deteriores esse ostēditis Eisdem siquidem pedibus quibus mare transistis: ante idola postea saltastis: que & proprijs manibus fecistis & illo ore quo paulo ante de submersione Pharaonis & egyptiorū laudes deo persoluistis: idola adorastis. Preterea manna celitus datum in deserto fastidistis cupientes redire in egyptū ad ollas carniū. Sepe etiā deū in irā irritastis. Ad vltimū christū in lege & pphetis pmissu3 occidistis. Nos itaq3 vobis digniores sumus qui vt de christo audiuim⁹: in eū credidimus. Un

Ps.17.

de p pphetā dn̄s ait. Populus quē nō cognoui seruiuit mihi i auditu auris obediuit mihi. Unde cōstat nos non ex industria: sed ex ignorantia deliquisse. Si eni3 prophetas aut aplos ante habuissem⁹ idola non coluissemus. De autē de generis nobilitate vos iactatis: si qua taliu3 gloria est: tūc hismael & esau possunt pariter gloriari: cum de eisdem parentibus sint nati. His itaq3 altercantibus apls se mediū interposuit: oēs illoꝝ contentiones hinc inde dirimens: & quasi bonus cōcionator voce sonora illos alloquens: ad vnam oēs concordiam adduxit: ostendens nullos ē⁊ lege suis meritis esse saluatos: quia oēs & iudei & gētiles sub peccato tenebant: sed p grām dei liberati sunt. Pro altercatione itaq3 predicta scribit romanis cōfutās modo gentiles modo iudeos: docēs eos humiliari: vt omnia attribuāt gratie dei & ostēdens omnibus gratis venisse grā3 fidei & euāgelij christi: quā pptereā & gratiam vocari ostēdit: q2 nō quasi debitū iustitie reddita est sed gratuito data. Quid enim ē gratia: gratis data donata nō reddita. Si enim tibi debebaᵗ anteq̄3 gratia3 haberes merces tibi reddita est nō gratia donata. Merito itaq3 hec epistola pma ponit: q2 oiu3 maloꝝ vt pdictū ē radicē ꝑimit. Assignatis rōnibus operis nūeri & ordinis epistolarū explicato quoq3 vnde & quare apostolus romanis scripserit superest de materia & intētione & modo tractandi exequi. Generalis omniū epistolarū materia est doctrina euāgelij. Intentio est monere ad obediēdu3 euāgelice doctrine. Preter hec aūt in singulis pprias intentiones & materias reqrimus. Prima itaq3 epistola materia3 habet romanorum vitia atq3 gratie dei dona ad que eos hortatur. Intentio est vitia eorūdem increpare & ad veram pacem & fraternam concordiā sub manu gratie humiliare. Modus tractandi talis est: more scribentium epistolas: salutatiōnē premittit in qua tria facit. Cōmendat enim personam suam & negocium & auctorē negocij: in quibus cōgruē captat beniuolentiā. Post salutationem vero vtriusq3 partis vitia arguit: ostendēs gētiles a naturali ratione & iudeos a lege exorbitasse. Deinde pluribus modis ostendit iustitiam & salutē eque vtriq3 esse: nō per legem sed per fide3 iesu christi: vt a lege eos tollat & in sola fide christi eos constituat. Circa fine3 vero moralis subdit instructio: atq3 in actione gratiarum finem tenet epistola. Premittit autem salutationem dicens.

¶ Explicit prologus doctorum.

¶ Incipit epistola beati Pauli apostoli ad Romanos.

¶ Capituli. Sūmariu3. ¶ Ostendit apostolus charitatem se habere ad romanos ac deinde vitia eorum redarguit quia sequuntur desideria sua. Cap. 1.

Paulus seruus iesu xpi vocatus apostolus: segregatus in euangelium dei quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo qui factus est ei ex semine dauid secundum carnem qui predestinatus est filius dei in virtute: secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum iesu xpi domini nostri: per quem accepimus gratiam et apostolatum ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius: in quibus estis et vos vocati iesu xpi: omnibus qui sunt rome dilectis dei vocatis sanctis. Gratia vobis et pax a deo patre et domino nostro iesu xpo. Primum quidem gratias ago deo meo per iesum xpm pro omnibus vobis: quia fides vestra annunciatur in vniuerso mundo. Testis enim mihi est deus cui seruio in spiritu meo in euangelio filij eius: quod sine intermissione memoriam vestri facio semper in orationibus meis: obsecrans si quomodo tandem aliquando prosperum iter habeam in voluntate dei veniendi ad vos. Desidero enim videre vos: vt aliquid impartiar vobis gratie spiritualis ad confirmandos vos. i. simul consolari in vobis per eam que inuicem est fidem vestram atque meam. Nolo autem vos ignorare fratres: quia sepe proposui venire ad vos et prohibitus sum vsque adhuc: vt aliquem fructum habeam in vobis sicut et in ceteris gentibus. Grecis ac barbaris sapientibus et insipientibus debitor sum: itaque quod in me promptum est et vobis qui rome estis euangelizare. Non enim erubesco euangelium. Virtus enim dei est in salutem omni credenti iudeo primum et greco. Justitia enim dei in eo reuelatur ex fide in fidem: sicut scriptum est. Justus autem ex fide viuit. Reuelatur enim ira dei de celo super omnem impietatem et iniustitiam hominum eorum qui veritatem dei in iniustitia detinent: quia quod notum est dei: manifestum est in illis. Deus enim illis + manifestauit. Inuisibilia enim ipsius a creatura mundi per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur: sempiterna quoque eius virtus et diuinitas: ita vt sint inexcusabiles. Quia cum cognouissent deum non sicut deum glorificauerunt aut gratias egerunt: sed euanuerunt in cogitationibus suis: et obscuratum est insipiens cor eorum. Dicentes enim se esse sapientes stulti facti sunt. Et mutauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis: et volucrum et quadrupedum et serpentium. Propter quod tradidit illos deus in desideria cordis eorum in immunditiam: vt contumelijs afficiant corpora sua in semetipsis +. Qui commutauerunt veritatem dei in mendacium: et coluerunt et seruierunt creature potiusque creatori: qui est benedictus in secula amen. Propterea tradidit illos deus in passiones ignominie. Nam femine eorum immutauerunt naturalem vsum in eum vsum qui est contra naturam. Similiter autem et masculi relicto naturali vsu femine exarserunt in desiderijs suis in inuicem masculi in masculos turpitudinem operantes: et mercedem quam oportuit erroris sui in semetipsis recipientes. + Et sicut non probauerunt deum habere in noticia: tradidit illos deus in reprobum sensum: vt faciant ea que non conueniunt repletos omni iniquitate malitia: fornicatione auaritia nequitia plenos inuidia homicidijs contentione dolo: malignitate susurrones detractores deo odibiles: contumeliosos superbos: elatos inuentores malorum parentibus non obedientes insipientes incompositos sine affectione: absque federe: sine misericordia. Qui cum iustitiam dei cognouissent: non intellexerunt quoniam qui talia agunt digni sunt morte non solum qui ea faciunt sed et qui consentiunt facientibus.

¶ Ca. Sii. ¶ Redarguit apostolus vicia iudeorum: dicens eos in culpa gentilibus iniquos quo ad aliquid peiores. Cap. ij.

Propter quod inexcusabilis es o homo omnis qui iudicas. In quo enim alterum iudicas teipsum condemnas. Eadem enim agis que iudicas. Scimus enim quoniam iudicium dei est secundum veritatem in eos qui talia agunt. Existimas autem hoc o homo qui iudicas eos qui talia agunt: et facis ea: quia tu effugies iudicium dei? An diuitias bonitatis eius et patientie et longanimitatis contemnis? Ignoras quoniam benignitas dei ad + penitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam et impenitens cor thesaurizas tibi iram in die ire et reuelationis iusti iudicij dei: qui reddet vnicuique secundum opera eius. His quidem qui secundum patientiam boni operis gloriam et honorem et incorruptionem querentibus vitam eternam. his autem qui sunt ex contentione et qui non acquiescunt veritati: credunt autem iniquitati: ira et indignatio tribulatio et angustia in omnem animam hominis operantis malum: iudei primum et greci. Gloria autem et honor et pax omni operanti bonum: iudeo primum et greco. Non enim est acceptio personarum apud deum. Quicumque enim sine lege

1.Thi.1. a. B Abacuc. 2.a. Hebr.x.g. C Al. + reuelauit. 1.co.3.b Eph.4.b al. + qui infra.9.a. D 32.q.7.c. vlus. 32.q.7.c. vlus. al. + qd 27.q.1.c. vidue A mat.7.a. 3.q.9.c. iniqui. al. + penitentiam. mat.16. b. B Ephe.6.b Col.3.d. Act.10.f. Jaco.2.b

peccauerit: sine lege peribunt. Et quicunque in lege peccauerit: per legem iudicabuntur. Non enim auditores legis iusti sunt apud deum: sed factores legis iustificabuntur. Cum enim gentes que legem non habent naturaliter ea que legis sunt faciunt: eiusmodi legem non habentes ipsi sibi sunt lex: qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis testimonium reddente illis conscientia ipsorum et inter se inuicem cogitationum accusantium aut etiam defendentium: in die cum iudicabit deus occulta hominum secundum euangelium meum per iesum christum. Si autem tu iudeus cognominaris et requiescis in lege: et gloriaris in deo: et nosti voluntatem eius: et probas vtiliora instructus per legem: confidis teipsum esse ducem cecorum lumen eorum qui in tenebris sunt eruditorem insipientium: magistrum infantium: habentem formam scientie et veritatis in lege: qui ergo alium doces teipsum non doces? Qui predicas non furandum: furaris? Qui dicis non mechandum: mecharis? Qui abominaris idola: sacrilegium facis? Qui in lege gloriaris: per preuaricationem legis deum inhonoras? Nomen enim dei per vos blasphematur inter gentes sicut scriptum est. Circuncisio quidem prodest si legem obserues: si autem preuaricator legis sis: circuncisio tua preputium facta est. Si igitur preputium iustitias legis custodiat: nonne preputium illius in circuncisionem reputabitur? Et iudicabit id quod ex natura est preputium legem consummans te: qui per literam et circuncisionem preuaricator legis es. Non enim qui in manifesto iudeus est neque que in manifesto in carne est circuncisio: sed qui in abscondito iudeus est: et circuncisio cordis in spiritu non litera: cuius laus non ex hominibus est sed ex deo.

¶ Ca. Sū. ¶ Ostendit in quo iudei erant gentibus meliores probans tamen gentiles et iudeos indigere gratia christi. Cap. iij.

Quid ergo amplius est iudeo: aut que vtilitas circuncisionis? Multum per omnem modum. Primum quidem: quia credita sunt illis eloquia dei. Quid enim si quidam illorum non crediderunt? Numquid incredulitas illorum fidem dei euacuauit? Absit. Est autem deus verax omnis autem homo mendax sicut scriptum est: vt iustificeris in sermonibus tuis et vincas cum iudicaris. Si autem iniquitas nostra iustitiam dei commendat quid dicemus? Numquid iniquus est deus qui infert iram? Secundum hominem dico. Absit. alioquin quomodo iudicabit deus hunc mundum? Si enim veritas dei in meo mendacio abundauit in gloriam ipsius: quid adhuc et ego tanquam peccator iudicor? Et non sicut blasphemamur: et sicut aiunt quidam nos dicere: faciamus mala vt veniant bona. Quorum damnatio iusta est. Quid ergo? Precellimus eos? Nequaquam. Causati enim sumus iudeos et grecos omnes sub peccato esse: sicut scriptum est: quia non est iustus quisquam non est intelligens: non est requirens deum. Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum: non est vsque ad vnum. Sepulchrum patens est guttur eorum: linguis suis dolose agebant: venenum aspidum sub labiis eorum. Quorum os maledictione et amaritudine plenum est: veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Contritio et infelicitas in viis eorum: et viam pacis non cognouerunt: non est timor dei ante oculos eorum. Scimus autem: quoniam quecunque lex loquitur: his qui in lege sunt loquitur. Ut omne os obstruatur et subditus fiat omnis mundus deo: quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo. Per legem enim cognitio peccati. Nunc autem sine lege iustitia dei manifestata est: testificata a lege et prophetis. Iustitia autem dei per fidem iesu christi in omnes et super omnes qui credunt in eum. Non enim est distinctio. Omnes enim peccauerunt: et egent gloria dei. Iustificati gratis per gratiam ipsius per redemptionem que est in christo iesu quem proposuit deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius ad ostensionem iustitie sue propter remissionem precedentium delictorum in sustentatione dei ad ostensionem iustitie eius in hoc tempore: vt sit ipse iustus et iustificans eum qui ex fide est iesu christi. Ubi est ergo gloriatio tua? Exclusa est. Per quam legem? Factorum? Non: sed per legem fidei. Arbitramur enim iustificari hominem per fidem sine operibus legis. An iudeorum deus tantum? Nonne et gentium? Immo et gentium. Quoniam quidem vnus est deus qui iustificat circuncisionem ex fide: et preputium per fidem. Legem ergo destruimus per fidem? Absit. Sed legem statuimus.

¶ Ca. Sū. ¶ Declarat apostolus per exemplum habrae fidem requiri ad salutem: et legem veterem ad salutem non sufficere. Cap. iiij.

Quid ergo dicemus inuenisse abraham patrem nostrum secundum carnem. Si enim abraham ex operibus legis iustificatus est habet gloriam: sed non apud deum. Quid enim dicit scriptura. Credidit abraham deo: et reputatum est illi ad iustitiam. Ei autem qui operatur: merces non imputatur secundum gratiam sed secundum debitum. Ei vero qui non operatur: credenti autem in eum qui iustificat impium reputatur fides eius ad iustitiam secundum propositum gratie dei: sicut et dauid dicit beatitudinem hominis cui deus accepto fert iustitiam sine operibus. Beati quorum remisse sunt iniquitates: et quorum tecta sunt peccata: Beatus vir cui non impu-

Marginalia: i. Pe. 2. c; mat. 7. c; Jaco. 1. d; C; de pe. dis. 4. ca. si ex bono. 19. q. ij. capi. due sunt; D; Esa. 36. f; A; Jo. 3. d; 28. c; Ps. 50.; B; Ps. 13. et 52.; Ps. 5. et 13; C; Gal. 2. d; D; A; Gen. 15. b; Gal. 3. a; Jaco. 2. f; Ps. 31.

tauit dns peccatū. Beatitudo ergo hec in circūcisione tm̄ manet an ēt in preputio? Dicimus.n.q2 reputata ē fides abrahe ad iustitiā. Quō ergo reputata est: In circūcisione: an in preputio? Nō in circūcisione: sed in preputio. Et signum accepit circūcisionis signaculum iustitie fidei q̄ est in pputio: vt sit pr̄ omniū credētiū p preputium vt reputetur ⁊ illis ad iustitiā. Et sit pr̄ circūcisionis: nō his tantū qui sunt ex circūcisiōe: sed ⁊ his qui sectātur vestigia fidei que ē in pputio pris nostri abrahe. Nō enim p legē ꝓmissio abrahe aut semini eius vt heres eēt mūdi: sꝫ p iustitiā fidei. Si enim qui ex lege heredes sunt: exinanita est fides abolita ē ꝓmissio. Lex enim iram operatur. Ubi enim nō est lex nec preuaricatio. Ideo ex fide: vt sm̄ grāꝫ firma sit ꝓmissio omni semini: non ei q ex lege est solū sed ⁊ ei q ex fide est abrahe qui pater est omniū nostrū sicut scriptū est. Q2 patrē multarū gentiū posui te an deum cui credidit: q viuificat mortuos ⁊ vocat ea que nō sunt: tanq̄ ea que sunt. Qui cōtra spē: in spem credidit: vt fieret pater multarū gentium: secundū q̄ dcm̄ est ei. Sic erit semē tuū: sicut stelle celi ⁊ arena maris. Et nō infirmatus est i fide: nec considerauit corpus suū emortuū: cū iā fere centū eēt ānoꝝ ⁊ emortuā vuluā sare. In repromissiōe ēt dei nō hesitauit diffidētia: sꝫ cōfortat⁹ est fide: dans gl'iā deo plenissime sciēs q2 quecūq; ꝓmisit de⁹ potens est ⁊ facere. Jō ⁊ reputatū est illi ad iustitiā. Nō ē aūt scriptū tm̄ pp ipsū: q2 reputatū est illi ad iustitiā: sed ⁊ pp nos quibus reputabit credentibus i eū: q suscitauit iesum xp̄m dn̄m nr̄m a mortuis: q traditus est pp delicta nostra: ⁊ resurrexit propter iustificationem nostram.

Ca. Sū. Aplūs ondit virtutē fidei in credētiū iustificatōe: q̄ regnauit mors ab adam vsq; ad christum. Cap. v.

Iustificati ergo ex fide pacē habeamus ad deū p dn̄m nr̄m iesū xp̄m: p quē habemus accessum p fidē in grām istā i q̄ stamus: ⁊ gl'iamur i spe glie filiorꝫ dei. Nō solū aūt: sed ⁊ gl'iamur in tribulatiōib⁹: scientes q̄ tribulatio patientiam operat: patientia aūt ꝓbationē: ꝓbatio vero spē. Spes aūt nō ꝯfundit: q2 caritas dei diffusa est in cordib⁹ nr̄is: p sp̄m sctm̄ qui datus est nobis. Ut qd enim christus cū adhuc infirmi essemus sm̄ tp̄s pro impiis mortuus est. Uix enim p iusto quis morit. Nā p bono forsitā qs audeat mori. Cōmēdat aūt caritatē suam deus in nobis: q̄m si cū adhuc petō: es eēmus sm̄ tp̄s xp̄s p nobis mortuus est: multo igit magis nūc iustificati in sanguine ipsius salui erimus ab ira p ipm̄. Si.n.cū inimici eēmus reconciliati sum⁹ deo p mortē filij ei⁹: multo magis recōciliati salui erim⁹ in vita ipsi⁹. Nō solū aūt: sꝫ ⁊ gl'iamur i deo p dn̄m nr̄m iesū xp̄m: p quē nūc recōciliationē accepimus. Propterea sicut p vnū hoiēm peccatū i hūc mūdū intrauit: ⁊ p petm̄ mors: ⁊ ita in oēs hoies mors ptransijt: in quo oēs peccauerūt. Usq; ad legē.n. peccatum erat in mūdo. Petm̄ aūt nō iputabat cū lex non esset. Sꝫ regnauit mors ab adam vsq; ad moysen: ēt in eos q nō peccauerūt in similitudinē puaricatiōis ade: q ē forma futuri. Sꝫ nō sicut delictū: ita ⁊ donū. Si.n.vni⁹ delicto multi mortui sūt: multo magis grā dei ⁊ donū in grā vni⁹ hois iesu xp̄i i plures abūdauit. Et nō sicut per vnū petm̄: ita ⁊ donū. Nā iudiciū qdē ex vno in cōdēnationē: grā aūt ex multis delictis in iustificationē. Si.n. vni⁹ delicto mors regnauit p vnū: multo magis abūdantiā grē ⁊ donatiōis ⁊ iustitie accipientes in vita regnabūt p vnū iesū xp̄m. Igr sicut p vni⁹ delictū in oēs hoies i ꝯdēnationē: sic ⁊ p vni⁹ iustitiā i oēs hoies i iustificationē vite. Sicut.n. p inobediētiam vni⁹ hois peccatores ꝯstituti sūt multi: ita ⁊ p vni⁹ obeditionē iusti ꝯstituent multi. Lex aūt subintrauit: vt abūdaret delictū. Ubi aūt abūdauit delictū: supabūdauit ⁊ grā: vt sicut regnauit peccatū in mortē: ita ⁊ grā regnet per iustitiam in vitā eternā: p iesum christum dominum nostrum.

Ca. Sū. Declarat apls in petis nō eē manendū: ⁊ q̄ sit virtuose opandū. C. vj.

Quid ergo dicemus: Permanebim⁹ in peccato vt grā abundet: Absit. Qui enim mortui sum⁹ peccato: quō adhuc viuemus in illo? An ignoratis: q2 quicunq; baptizati sumus in xp̄o iesu: i morte ipsi⁹ baptizati sumus? Cōsepulti.n.sum⁹ cū illo p baptismū i mortē: vt quō mō xp̄s surrexit a mortuis p gloriam patris ita ⁊ nos in nouitate vite ambulemus. Si.n.cō-

Gen. 17. a. Gen. 15. d. Jac. 2. a. Hebr. 9. d. 1. Pe. 3. d. 1. Cor. 15. e. Ephe. 4. c. Colo. 3. b.

plantati facti sum⁹ similitudini mortis ei⁹: simul & resurrectiõis erim⁹. hoc scientes q: vetus hõ nr̃ simul crucifix⁹ ẽ vt destru-atur corpus peccati: vt vltra nõ seruiamus pcõ. Qui.n.mortu⁹ est iustificat⁹ ẽ a pecca-to. Si ãt mortui sum⁹ cũ xp̃o: credim⁹ q: simul ẽt viuem⁹ cũ illo. Sciẽtes q xp̃s resurgẽs ex mortuis iã nõ morit: mors illi vltra nõ dñabit. Qđ.n. mortu⁹ ẽ pcõ: mortu⁹ ẽ semel: qđ ãt viuit viuit deo. Ita & vos existimate vos mortuos qdẽ eẽ pcõ: viuẽtes aũt deo i xp̃o iesu. Nõ ergo regnet pcm̃ in vr̃o mortali corpore: vt obediatis cõcupiscẽtijs ei⁹. Sz neqz exhibeatis mem-bra vr̃a arma iniqtatis pcõ: sz exhibete vos deo tanqz ex mortuis viuẽtes: & mẽbra ve-stra arma iusticie deo. Pcm̃.n. vobis non dñabit. Non.n. sub lege estis: sed sub gr̃a. Quid ergo? Peccauim⁹ qm̃ nõ sum⁹ sub lege sz sub gr̃a. Absit. An nescitis qm̃ cui exhibetis vos seruos ad obediendũ: serui estis ei⁹ cui obedistis: siue pcĩ ad mortẽ siue obe-ditiõis ad iustitiã. Gr̃as aũt deo q fuistis serui pcĩ: obedistis ãt ex corde in eã formaz doctrine i q̃ traditi estis. Liberati ãt a pcõ serui facti estis iustitie. humanũ dico pp̃ i firmitatez carnis vr̃e. Sic.n. exhibuistis mẽbra vr̃a seruire imũdicie & iniqtati ad iniqtatẽ ita nũc exhibete mẽbra vr̃a seruire iustitie in sanctificationẽ. Cũ.n. serui ẽẽtis pcĩ liberi fuistis iustitie. Quẽ ergo fructũ habuistis tũc in illis: in qb⁹ nũc erubesci-tis? Nã finis illoꝝ mors ẽ. Nũc vo libera-ti a peccato: serui aũt facti deo: hẽtis fructũ vr̃m in sanctificationẽ: finẽ vero vitã eter-nã. Stipendia.n. peccati mors: gr̃a aũt dei vita eterna: in xp̃o iesu domino nostro.

¶ Ca. vij. ¶ Ponit apostolus cessationẽ legis veteris que est lex mortis: & tractat de lege fomitis. Cap. vij.

Ançi ignoratis fr̃es (sciẽtib⁹.n. legẽ lo-quor) q: lex in hoĩe dñat quãto tpe viuit? Nã q̃ sub viro ẽ mulier: viuẽte vi-ro alligata ẽ legi. Si ãt mortu⁹ fuerit vir ei⁹: soluta ẽ a lege viri. Igr̃ viuẽte viro vo-cabit adultera: si fuerit cũ alio viro: si aũt mortu⁹ fuerit vir ei⁹: liberata est a lege vi-ri: vt nõ sit adultera: si fuerit cũ alio viro. Itaqz fr̃es mei & vos mortificati estis legi p corp⁹ xp̃i: vt sitis alteri⁹ q ex mortuis resurrexit: vt fructificetis deo. Cũ.n. eẽm⁹ i carne: passiões pcõꝝ que p legẽ erãt opa-bant in mẽbris nr̃is: vt fructificarẽt mor-ti. Nũc aũt soluti sumus a lege mortis i qua detinebamur ita vt seruiam⁹ i nouí-tate spũs & nõ in vetustate lr̃e. Quid ergo dicem⁹? Lex pcm̃ ẽ? Absit. Sz pcm̃ nõ co-gnoui nisi p legẽ. Nã cõcupiscẽtiã nescie-bã: nisi lex diceret. Nõ cõcupisces. Occasiõe aũt accepta: pcm̃ p mãdatũ opatũ ẽ in me oẽm cõcupiscẽtiã. Sine lege.n. pcm̃ mor-tuũ erat. Ergo aũt viuebã sine lege aliqñ. Sz cũ venisset mãdatũ: pcm̃ reuixit. Ego aũt mortu⁹ sum: & inuẽtũ ẽ mihi mãdatũ: qđ erat ad vitã: hoc eẽ ad mortez. Nã pcm̃ occasiõe accepta p mãdatũ seduxit me: & p illud occidit. Itaqz lex qdẽ sctã: & mãdatũ sanctũ & iustũ & bonũ. Qđ ergo bonũ ẽ mi-hi fctm̃ est mors? Absit. Sz pcm̃ vt appare-at pcm̃ p bonũ opatũ est mihi mortez: vt fiat supra modũ pccãs pcm̃ p mãdatum. Scim⁹.n. q: lex spũalis ẽ. Ego ãt carnalis sum: venũdat⁹ sub pcõ. Qđ.n. opor nõ in-telligo. Nõ.n. qđ volo bonũ hoc ago: sz qđ odio malũ: illđ facio. Si ãt qđ volo illđ fa-cio: cõsentio legi qm̃ bona ẽ. Nũc aũt iã nõ ego opor illđ: sz qđ hitat i me pcm̃. Scio n. q: nõ hitat i me hoc ẽ in carne mea bo-nũ. Nã velle adiacet mihi: pficere ãt bonũ nõ inuenio. Nõ.n. qđ volo bonũ hoc facio: sz qđ nolo malũ hoc ago. Si aũt qđ nolo il-lud facio: nõ iã ego opor illđ sz qđ hitat i me pcm̃. Inuenio igr̃ legẽ volẽti mihi fa-cere bonũ: q: mihi malũ adiacet. Cõdele-ctor.n. legi dei sz iteriorẽ hoiez. Uideo aũt aliã legẽ in mẽbris meis repugnãtẽ legi mẽtis mee: & captiuantẽ me in lege: pecca-ti: q ẽ in mẽbris meis. Infelix ego hõ: qs me liberabit de corpore mortis huj⁹? Gr̃a dei: p iesum xp̃m dñm nr̃m. Igit ego ipse mente seruio legi dei: carne aũt legi pcĩ.

¶ Ca. viij. ¶ Ostẽdit legi christi eẽ firmi-ter adherendũ qm̃ sua lex: est lex vite & lex spiritus. Cap. viij.

Nihil ergo nũc dãnationis est his q sunt in xp̃o iesu: qui nõ sm̃ carnem ambulant. Lex enĩz spũs vite in xp̃o iesu: liberauit me a lege peccati & mortis. Nam qđ impossibile erat legi in quo infirma-bat p carnẽ: deus filiũ suũ mittẽs in simi-tudinẽ carnis pcĩ & de peccato dãnauit peccatũ in carne: vt iustificatio legis imple-ret in nobis qui nõ secũdũ carnẽ ambu-lamus: sed sm̃ spiritũ. Qui enĩz sm̃ car-

B — C — D — A — B — C — D — A

Marginalia: nos + cũ illo. — de cõse. di. 2. c. itez & ca. q̃d sit sanguis. 27. q. i. c. nuptiaꝝ de cõsec. di. i. c. suf ficit. — de cõse. di. 4. c. vt onẽ deret. 50. di. ca. põderet. — di. 47. ca. olis. 33. q. i. c. requi sisti. — i. Cor. 7. g. — de cõsi. c. nam. — Exo. 20. c. Deu. 5. b. — Timo. i b. — di. 6. c. in fi. 32. q. 5. c. si paul⁹. 15. q. i. c. i.

ne sunt q carnis sunt sapiunt: qui vero se cundu spiritu que sunt spiritus sentiunt. Na prudentia carnis mors est: prudentia aut spirit vita et pax. Qm sapientia carnis inimica est deo. Legi. n. dei no e subiecta. Nec enim pot. Qui aut in carne sunt deo placere no psit. Uos aut in carne no estis: sz in spu: si tn spus dei habitat in vobis. Si qs aut spiritu xpi no hz: hic no est ei. Si at xps in vobis est: corpus qde mortuu e pp peccatu: spus vero vivit, ppter iustificatione. Qd si spus eius q suscitavit iesu a mortuis hitat in vobis: q suscitavit iesu xpz a mortuis vivificabit et mortalia corpa vra: pp inhitante spm ei in vobis. Ergo fres debitores sumus no carni vt sz carne vivamus. Si n. sz carne vixeritis moriemini. Si at spu fca carnis mortificaveritis: vivetis. Quicuqz. n. spu dei agunt hi sut filij dei. No. n. accepistis spm fuitutis iteru in timore: sz accepistis spm adoptionis filiorum in quo clamamus abba pi. Ipe. n. spus testimoniu reddit spiritui nro: q sumus filij dei. Si at filij et hedes. hedes qdez dei: coheredes at xpi: si tn copatimur: vt et conglorificemur. Existimo. n. q no sut condigne passiones hui tpis ad futura gliam q reuelabit in nobis. Na expectatio creature reuelatione filioz dei expectat. Uanitati. n. creatura subiecta e no voles: sz pp eu q subiecit eam in spe: q et ipsa creatura liberabit a seruitute corruptionis in libertate glie filiorum dei. Scimus. n q ois creatura ingemiscit et parturit vsqz adhuc. No solu at illa: sed et nosipsi primitias spus hntes: et ipi intra nos gemimus adoptione filioz di expectantes redemptione corpis nri. Spe. n. salui facti sumus. Spes at q vz: no e spes. Na qd videt qs qd sperat? Si at qd no videmus speramus: p patientia expectamus. Silr aut et spus adiuvat infirmitate nram. Na qd oremus sicut opz nescimus. Sz ipse spus postulat p nobis gemitib inenarrabilib. Qui aut scrutat corda: scit qd desideret spus: q sm deu postulat p scis. Scimus aut qm diligentib deu ois cooperant in bonu: his q sm ppositu vocati sunt sci. Na quos pscivit: et pdestinavit conformes fieri imaginis filij sui: vt sit ipse primogenitus in multis frib. Quos at pdestinavit: hos et vocavit: et quos vocavit: hos et iustificavit. Quos aute iustificavit: illos et magnificavit. Quid ergo dicemus ad hec? Si deus p nobis: qs 9 nos? Qui et pprio filio suo no pepercit sz p nobis oibus tradidit illu: quo no et cu illo oia nobis donavit? Quis accusabit adversus electos dei? Deus q iustificat: qs e q condenet? Xps iesus q mortuus e imo q et resurrexit: q e ad dextera dei: q et interpellat p nobis. Quis ergo nos separabit a caritate xpi. Tribulatio: an angustia: an fames: an nuditas: an periculu: an psecutio: an gladius? Sicut scriptu e: q pp te mortificamur tota die: estimati sumus sicut oves occisionis. Sz in his oibus supamus: pp eu q dilexit nos. Certus sum. n. q: neqz mors: neqz vita: neqz angeli: neqz pncipat: neqz virtutes: neqz instantia: neqz futura: neqz fortitudo neqz altitudo: neqz pfundu: neqz creatura alia poterit nos separare a caritate dei. Que est in christo iesu domino nostro.

Ca. Su. Dolet apostolus de iudeoz obstinatione et iudeos pmissione patruz non esse frustratos ostendit: et gentiles vocatos esse commemorat. Cap ix.

Veritate dico i xpo iesu: no mentior. testimoniu mihi phibente conscia mea in spu sco: qm tristitia est mihi magna et continuus dolor cordi meo. Optaba. n. ego ipse anathema e a xpo p frib meis q sunt cognati mei sm carne: q sunt israelite: quoz adoptio est filioz: et glia et testm et legislatio et obsequiu et pmissa: quoz patres ex qb e xps sm carne: q e sup oia deus benedict in secula amen. No at q exciderit verbu dei. No n. oes q ex israel: hi sut israelite: neqz q seme sunt abrahe oes filij: sz in ysaac vocabit tibi seme. i. no q filij carnis hi filij dei: sz q filij sunt pmissionis estimantur in semine. Promissionis. n. verbu hoc est. Scdm hoc tps veniam: et erit sare filius. Non solum aute illa: sed et rebecca ex vno concubitu hns ysaac patris nostri. Cum enim nondu nati fuissent aut aliqd boni egissent aut mali: vt sm electione ppositu dei maneret: no ex opibus sed ex vocatione dictu e ei q maior seruiet minori sic scriptu est. Jacob dilexi: esau aut odio habui. Quid ergo dicemus? Nuqd iniqtas apud deu? Absit. Moysi enim dicit. Miserebor cui misertus sum: et misericordia pstabo cui miserebor. Igit no volentis neqz currentis: sed miserentis est dei. Dicit enim scriptura pharaoni: Qz in hoc ipsuz excitavi

Marginalia (left): B; Sz. dis. ca. proinu; li. ij. q. r. nihil; C; aias. spu i.; 19. q. ij. c. due.; 2. Thi. 1. D.; Gala. 4. a; 1. cor. 12. b.; heb. 4. r.; D; j. q. 3. ca. saluator; de pe. di. 4. c. hanc societate; E; de pe. di. c. hac societatem; aias coo peratur.; de pe. di. ij. c. talibus; apis; di. 4. c. si quando.

Marginalia (right): G; Ps. 43.; A; ij. i. c. B; aias cir cucisione.; gen. 21. b; Gal. 4. d.; gen. 18. b; Gen. 25.; C; Gen. 25.; mala. j. a.; dis. 47. c. quantulibet; aias mi sereor.; de pe. di. ij. c. si n. ero. p. d.; D

Exo.9.c. te vt ostendam in te virtutem meam: et vt annuncietur nomen meum in vniuersa terra. Ergo cuius vult miseretur: et quem vult indurat. Dicis itaque mihi. Quid adhuc queritur? Voluntati enim eius quis resistit. O homo: tu quis es: qui respondeas deo? Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit: quid me fecisti sic? An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem: aliud vero in contumeliam. Quod si deus volens ostendere iram et notam facere potentiam suam sustinuit in multa patientia vasa ire apta in interitum: vt ostenderet diuitias glorie sue in vasa misericordie que preparauit in gloriam: quos et vocauit non solum ex iudeis sed etiam ex gentibus: sicut in osee dicit. Vocabo non plebem meam plebem meam: et non dilectam: dilectam: et non misericordiam consecutam misericordiam consecutam. Et erit. In loco vbi dictum est eis non plebs mea vos ibi vocabuntur filii dei viui: ysaias autem clamat pro israel. Si fuerit numerus filiorum israel tanquam arena maris: reliquie salue fient. Verbum enim consummans et abbreuians in equitate: quia verbum breuiatum faciet dominus super terram. Et sicut predixit ysaias nisi dominus sabaoth reliquisset nobis semen: sicut sodoma facti essemus: et sicut gomorra similes fuissemus. Quid ergo dicemus? Quod gentes que non sectabantur iusticiam apprehenderunt iusticiam: iustitiam autem que ex fide est: israel vero sectando legem iusticie in legem iusticie non peruenit. Quare? Quia non ex fide: sed quasi ex operibus. Offenderunt enim in lapidem offensionis sicut scriptum est. Ecce pono in syon lapidem offensionis et petram scandali: et omnis qui credit in eum non confundetur.

Capitulum X.

Orat apostolus pro iudeis ostendens quod iustitia faciens dignum vita eterna: solum ex lege et fide christi est.

Fratres: voluntas quidem cordis mei et obsecratio ad deum fit pro illis in salutem. Testimonium enim perhibeo illis quod emulationem quidem dei habent: sed non secundum scientiam. Ignorantes enim iusticiam dei et suam querentes statuere: iusticie dei non sunt subiecti. Finis enim legis christus: ad iusticiam omni credenti. Moyses enim scripsit: quoniam iustitiam que ex lege est qui fecerit homo viuet in ea. Que autem ex fide est iustitia sic dicit. Ne dixeris in corde tuo quis ascendet in celum idest christum deducere: aut quis descendet in abyssum: hoc est christum a mortuis reuocare. Sed quid dicit scriptura? Prope est verbum in ore tuo: et in corde tuo. Hoc est verbum fidei quod predicamus: quia si confitearis in ore tuo dominum iesum et in corde tuo credideris quod deus illum suscitauit a mortuis: saluus eris. Corde enim creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem. Dicit enim scriptura. Omnis qui credit in illum non confundetur. Non enim est distinctio iudei et greci. Nam idem dominus omnium diues in omnes qui inuocant illum. Omnis enim quicunque inuocauerit nomen domini saluus erit. Quomodo ergo inuocabunt in quem non crediderunt? Aut quomodo credent ei quem non audierunt? Quomodo autem audient sine predicante? Quomodo vero predicabunt nisi mittantur? Sicut scriptum est. Quam speciosi pedes euangelizantium pacem euangelizantium bona. Sed non omnes obediunt euangelio. Ysaias enim dicit. Domine quis credidit auditui nostro. Ergo fides ex auditu: auditus autem per verbum christi. Sed dico. Nunquid non audierunt? Et quidem in omnem terram exiuit sonus eorum: et in fines orbis terre verba eorum. Sed dico. Nunquid israel non cognouit? Primus moyses dicit. Ego ad emulationem vos adducam in non gentem: in gentem insipientem: in iram vos mittam. Ysaias autem audet et dicit. Inuentus sum a non querentibus me: palam apparui his qui me non interrogabant. Ad israel autem dicit. Tota die expandi manus meas ad populum non credentem: sed contradicentem mihi.

Capitulum XI.

Reprimit apostolus insultationem gentilium contra iudeos et ponit iudeorum presentem excecationem: et concluditur profunditas sapientie diuine.

Dico ergo. Nunquid deus repulit populum suum? Absit. Nam et ego israelita sum ex semine abraham de tribu beniamin. Non repulit deus plebem suam quam presciuit. An nescitis in helia quid dicit scriptura: quemadmodum interpellat deum aduersum israel? Domine, prophetas tuos occiderunt altaria tua suffoderunt: et ego relictus sum solus et querunt animam meam. Sed quid dicit illi diuinum responsum? Reliqui mihi septem millia virorum: qui non curuauerunt genua ante baal. Sic ergo et in hoc tempore reliquie secundum electionem gratie dei salue facte sunt. Si autem gratia iam non ex operibus. Alioquin gratia iam non est gratia. Quid ergo? Quod querebat israel hoc non est consecutus: electio autem consecuta est.

D patiẽtes estote ad oẽs. Uidete ne q̃s malũ p malo alicui reddat: sʒ semp qd̃ bonũ est sectamini in inuicẽ ⁊ in oẽs. Semp gaudete: sine itermissiõe orate: in oibus grãs agite. Hec est.n. volũtas dei in xpo iesu: in oibus vobis. Spũʒ nolite extinguere: pphetias nolite spnere. Oĩa aũt pbate: qd̃ bonũ est tenete: ab oi specie mala abstinete vos. Ipse ãt deus pacis scificet vos p oia: vt integer spũs vr̃ ⁊ aĩa ⁊ corpus sine q̃rela i aduentu dñi nostri iesu xpi seruet. Fidelis est qui vocauit vos: qui ẽt faciet. Frẽs orate p nobis. Salutate frẽs oẽs in osculo sancto. Adiuro vos per dñm vt legatur epla hec oibus sanctis fratribus. Gratia dñi nostri iesu xpi vobiscum. Amen.

¶ Explicit epistola beati Pauli apostoli ad Thessalonicenses prima.

¶ Incipit argumẽtũ in eplam secũdam.

Ad thessalonicẽses scdaʒ scribit eplaʒ aplus: ⁊ notũ facit eis de tẽporib⁹ nouissimis ⁊ de aduersarij deiectiõe. Scribit hanc epistolam ab athenis per titum diaconem ⁊ onesimum accolitum.

¶ Explicit argumentum.

¶ Incipit epla beati Pauli apli ad Thessalonicenses secunda.

¶ Ca. Sũ. ¶ Gratias agit aplus de bona thessalonicẽsium conuersatiõe: orãdo p meliori consũmatione. Cap. j.

Paulus

al. nõ hʒ ✠ xpi iesu
2.pe.3.c. apoc.3.a.
23.q.4.c. vnusqs. q̃s
Ro.12.a
Ephe.5.d
esa.59.d ephe.6.c
Jo.15.b
1.Jo.4.c.
eccli.18.a
2.mc.18.a
d ɔ̃se.di. 4.c. q̃ria.
di.15.ca. sanctaro mana.
22.q.5.c. de forma
De vita et ho. cle. c. cũ ab o de eo qui cogno.
gla. vxe. lu.e.c. venie.g.
1.cor.1.d
23.q.2.ca. q diuitia ⁊ ca. hñt.
1.cor.15.e
al. ✠ dño

A Paulus et siluan⁹ et thimotheus ecclesie thessalonicēsiū in deo patre nr̄o et dn̄o Jesu xp̄o. Gr̄a vobis et pax a deo patre nr̄o et dn̄o iesu xp̄o. B Gr̄as agere debem⁹ sp deo p vobis fr̄es ita vt dignū est: qm̄ supercrescit fides vr̄a et abūdat charitas vniuscuiusq; vr̄m inuicē: ita vt et nosipsi in vobis gl'iemur in ecclesijs dei p patiētia vr̄a et fide et in oib⁹ psecutioīb⁹ vr̄is et tribulatioīb⁹ q̄s sustinetis in exēplū iusti iudicij dei: vt digne habeamini i regno dei p q̄ et patimini: si C tn̄ iustū ē apd deū retribuere + retributionē his q vos tribulāt: et vobis q tribulamini reqē nobiscū in reuelatiōe dn̄i iesu d̄ celo cū āgelis vtutis ei⁹ i flāma ignis dātis vindictā his q nō nouerūt deū: et q nō D obediūt euāgelio dn̄i nr̄i iesu xp̄i. Qui penas dabūt in interitu eternas a facie dn̄i et a gl'ia vtutis ei⁹: cū venerit gl'ificari in sanctis suis: et āmirabilis fieri in oib⁹ q crediderūt: q: creditū ē testimoniū nr̄m sup vos in die illo. In quo et oram⁹ sp p vob: vt dignet vos vocatione sua de⁹ nr̄: et ipleat oēm voluntatē bōitatis sue et op⁹ fidei in vtute. vt clarificet nomē dn̄i nr̄i iesu xp̄i i vob et vos in illo s3 gr̄am dei nr̄i et dn̄i iesu xp̄i.

alś + tribulatōe3

¶ Ca. Sū. ¶ Rēouet errorē apl's de aduētu antixp̄i: de q̄ vlteri⁹ ostēdit vitatē. Ca. ij.

A Rogam⁹ aūt vos fr̄es p aduentū dn̄i nr̄i iesu xp̄i et nr̄e ggregatōis in ip3 vt nō cito moueamini a vr̄o sensu: neq; terreamini neq; p spm̄: neq; p sermonē: neq; p ep'lam tāq3 p nos missā3: q̄si instet dies dn̄i. Ne qs vos seducat vllo mō. Qm̄ nisi venerit + discessio pmū: et reuelat⁹ fuerit hō pctī filius pditionis: q aduersat et extollit sup oē qd dr̄: de⁹ aut qd colit: ita vt in tēplo dei sedeat: ostēdēs se tāq3 sit deus. Nō retinetis q cū adhuc essem apud vos: hec dicebā vobis? Et nūc qd detineat scitis vt reueletur in suo tpe. Nā mysteriū iā opa B tur iniqtatis: tm̄ vt q tenet: nūc teneat: donec de medio fiat. Et tūc reuelabit ille iniqu⁹ quē dn̄s iesus iterficiet spū oris sui: et destruet illustratiōe aduēt⁹ sui: eū cui⁹ C est aduēt⁹ s3 opationē sathane in oi vtute et signis et pdigijs mēdacib⁹: et in oi seductiōe iniqtatis his q pereūt eo q charitatē vitatis nō receperūt vt salui fierēt. Jō mittet ill' de⁹ opōnē erroris vt credāt mēdacio: vt iudicent oēs q nō crediderūt vitati: s3 gsenserūt iniquitati. D Nos aūt debem⁹ grās agere deo semp p vobis fr̄es dilecti a deo: q elegit nos de⁹ pmitias in salutē in sanctificatiōe spūs et fide vitatis: in q̄ et vocauit vos p euāgeliū nr̄m in acqsitiōe gl'ie dn̄i nr̄i iesu xp̄i. Itaq; fr̄es state et tenete traditiōes q̄s didicistis: siue p smonē siue p ep'lam nr̄am. Ipse aūt dn̄s nr̄ iesus xp̄s et de⁹ et pr̄ nr̄ q dilexit nos: et dedit gsolationem eternā et spem bonā in gr̄a exhortetur corda vestra: et cōfirmet in omni opere et sermone bono.

mat. 23.a
mar. 13.b
Luc. 21.b
Eph. 5.b.
27.q.1.ca. sciēdum
alś + dissensio
Esa. 11.a.

¶ Ca. Sū. ¶ Petit apl's thessalonicēsib⁹ oronem suffragij: atq; informat eos in regeneratione mali: atq; incitat ad labores manuum. Cap. iij.

A De cetero fratres orate p nobis vt sermo dei currat et clarificet sicut et apd vos: et vt liberemur ab importunis et malis hominib⁹. Nō.n. oium est fides fideles aūt de⁹ est q gfirmabit vos: et custodiet a malo. Cōfidim⁹ aūt de vobis fr̄es in dn̄o: qm̄ q̄cūq; pcipim⁹ et facitis et facietis. Dn̄s autē dirigat corda vr̄a in charitate dei: et patiētia xp̄i. B Denūciam⁹ aūt vobis fr̄es in noīe dn̄i nr̄i iesu xp̄i: vt subtrahatis vos ab oi fratre ambulāte inordinate: et nō s3 traditionē quā acceperūt a nobis. Ipsi.n. scitis quēadmodū oporteat imitari nos: qm̄ nō inqeti fuim⁹ inter vos: neq; gratis panem manducauimus ab aliquo: s3 in labore et fatigatiōe nocte et die opantes: ne quē vr̄m C grauaremus. Nō quasi nō habuerim⁹ potestatem: sed vt nosmetipsos formam daremus vobis ad imitādū nos. Nā et cū essemus apud vos: hoc denūciabamus vobis: qm̄ si qs nō vult opari: nec manducet. Audiuimus.n. inter vos quosdam ambulātes inqete: nihil opantes s3 curiose agentes. His aūt q eiusmodi sūt denūciauim⁹ et obsecram⁹ in dn̄o iesu xp̄o: vt cū silentio opantes suū panē manducēt. Uos aūt fratres nolite deficere bn̄facientes. D Qd si qs nō obedierit verbo nr̄o p ep'la3 hūc notate: et + nō cōmisceamini cū illo vt gfundat. Et nolite quasi inimicū existimare: s3 corripite vt frēm. Ipse aūt + de⁹ pacis det vobis pacē sempiternā in oi loco. + Dn̄s sit cu3 oibus vobis. Salutatio mea manu pauli qd est signū in oi ep'la. Ita scribo. Gr̄a dn̄i nr̄i iesu xp̄i cū omnibus vobis. Amen.

¶ Explicit epistola beati pauli apostoli ad Thessalonicenses secunda.

26.q.7.c. ergo.
1.cor.4.c.
Gal.6.b.
alś + ne
al + dn̄s
al + de⁹

¶ Incipit argumentum in epistolam ad timotheum primam.

Timotheū instruit & docet de ordinatione episcopatus & diaconij: & ois ecclesiastice discipline: scribēs ei a laodicia per tychicum diaconem.

¶ Explicit argumentum.

¶ Incipit epla. btī pau. apli ad Timo. pª.

¶ Ca. Sū. ¶ Timotheū cōmonet apsus vt nō attēdat genealogijs ac legalib⁹ obseruātijs: ac grās agit deo, p uocatiōe ad apostolatū: atq₃ inducit timotheū ad resistēdū doctorū' falsitatis. Cap. i.

Paulus apostolus iesu xpī sm imperiū dei saluatoris nrī: & xpī iesu spei nre: timotheo dilecto filio in fide. Grā & misericordia & pax a deo patre & xpo iesu domino nro. Sicut rogaui te vt remaneres ephesi cū irē in macedoniā: vt denūciares qbusdā ne aliter docerēt neq₃ intēderēt fabulis & genealogijs interminatis: q̄ qōnes p̄stāt magis q̄₃ edificationē dei q̄ est in fide. Finis aūt p̄cepti ē charitas: de corde puro: & cōsciā bona & fide nō ficta. A qb⁹ qdā aberrantes cōuersi sunt in vaniloquiū volētes esse legis doctores nō intelligētes: neq₃ q̄ loquunt: neq₃ de qb⁹ affirmant. Scim⁹ aūt q: bona est lex si qs ea legitime vtat: sciētes hoc q: lex iusto nō ē posita sʒ iniustis & nō subditis impijs & pctōrib⁹ sceleratis & cōtaminatis: patricidis & matricidis homi cidis: fornicarijs: masculoꝝ cōcubitorib⁹: + plagiarijs: mēdacib⁹ & piuris: & si qd aliud sane doctrine aduersaṫ q̄ ē sʒ euāgeliū glie beati dei qd creditū est mihi. Grās ago ei q me cōfortauit in xpo iesu dn̄o nr̄o: q: fidelē me existimauit ponēs in ministerio. Qui pri⁹ blasphemus fui & psecutor & cōtumeliosus: sʒ misericordiā dei cōsecut⁹ sum: q: ignorās feci in incredulitate. Supabundauit aūt grā dn̄i nr̄i cū fide & dilectiōe q̄ est in xpo iesu. Fidelis smo & omni acceptiōe dign⁹: q: xp̄s iesus venit in hūc mūdū pctōres saluos facere: quoꝝ pm⁹ ego sum. Sʒ ideo misericordiā cōsecut⁹ sum: vt in me pmū ostēderet xp̄s iesus oēm patiētiā ad informationē eoꝝ q credituri sunt illi in vitā eternā. Regi aūt seculoꝝ imortali inuisibili soli deo honor & glīa: in secula seculoꝝ. Amen. Hoc p̄ceptū cōmēdo tibi fili timothee sm p̄cedētes in te pphetias vt milites in illis bonā militiā hñs fidē & bonā cōsciam. Quā qdā repellētes circa fidē naufragauerūt: ex qb⁹ est hymene⁹ & alexander quos tradidi sathane vt discāt nō blasphemare.

¶ Ca. Sū. ¶ Instruit apsus timotheū de actu orandi & mō ac deinde de oratiōe loqͥ quo ad populū subiectū. Cap. ij.

Obsecro igiṫ pmo oīm fieri obsecrationes: orationes: postulatiōes: grāꝝ actiōes p omnib⁹ hoīb⁹: p regib⁹ & omnibus q in sublimitate cōstituti sunt: vt qetā & trāquillā vitā agam⁹ in omni pietate & castitate. Hoc. n. bonū est & acceptū corā saluatore nr̄o deo: q oēs hoīes vult saluos fieri: & ad agnitionē veritatis venire. Unus enim de⁹ vn⁹ & mediator dei & hoīnū hō xp̄s iesus: q dedit redēptionē semetipm p oīb⁹. Cui⁹ testimoniū tpib⁹ suis cōfirmatū est: in quo posit⁹ sum ego p̄dicator & apostolus. Ueritatē dico: nō mētior: doctor gētiū in fide & veritate. Uolo ergo viros orare in oī loco: leuātes puras man⁹ sine ira & disceptatiōe. Silr & mulieres in habitu ornato: cū verecūdia & sobrietate ornātes se: nō in tortis crinib⁹ aut auro aut margaritis vel veste p̄ciosa: sʒ qd decet mulieres pmittētes pietatē per opa bona. Mulier in silētio discat: cū omni subiectiōe. Docere aūt mulieri nō pmitto neq₃ dn̄ari in virū: sʒ eē in silētio. Adā. n. pm⁹ format⁹ est deinde eua: & adā nō est seductus mulier aūt seducta in preuaricatiōe fuit. Saluabiṫ aūt per filioꝝ generationē: si + permāserit in fide dilectione & sanctificatione cum sobrietate.

¶ Cap. Sū. ¶ Doceṫ timothe⁹ ordinare gradus ecclesie & que ad epīscopos q̄₃ quo ad diacones ac vxores eoꝝ: & ponitur ratio predictorum. Cap. iij.

Fidelis sermo. Siqs epatū desiderat bonū op⁹ desiderat. Opʒ. n. epm irreprehēsibilē eē: vni⁹ vxoris virū sobriū ornatū prudētē: pudicū: hospitalē: doctorē nō violentū: nō pcussorē: sed modestū nō litigiosum: nō cupidū: sue domui bene p̄positū: filios hñtes subditos cū omni castitate. Si qs aūt domui sue p̄eēe nescit:

Margin notes: B — Ro. 7. c. Gal. 4. f. Exo. 20. a 21. a. Leu. 18. a j. cor. 6. c. al. + plagarijs — C — D — Infra. 4. c — j. cor. 7. c. — 23. q. 4. c. q peccat: & c. qd crudele. — A — 24. q. 3. c. corripiatur. — B — infra. 5. a dist. 10. c. qm. di. 96. ca. cū aduēisset de pe. di. j. c. multiplex. 2. Timo. j. ca. — C — j. pe. 3. a. 1. Corin. 14. g. — D — al. + permāseris — A — Titū. j. b 2. q. 7. c. si. dist. 25. c. deinde. di. 35. §. i di. 47. §. i — B

quõo ecclesie dei diligẽtiã habebit? Nõ neophitũ ne in superbia elat⁹ in iudiciũ incidat diaboli. Op3 aũt ⁊ illũ testimoniũ habere bonũ ab his q foris sunt: vt nõ in opprobriũ incidat ⁊ in laqueũ diaboli. Diaconos simr pudicos: nõ bilingues: nõ multo vino deditos nõ turpe lucrũ sectantes: hñtes ministeriũ fidei in cõsciẽtia pura. Et hi aũt pbent̃ pmũ: ⁊ sic ministrẽt nullũ crimen hñtes. Mulieres simr pudicas: nõ detrahẽtes: sobrias fideles in oĩb⁹. Diacones sint vni⁹ vxoris viri: q filijs suis bñ psint ⁊ suis domib⁹. Qui.n. bñ ministrauerint: gradũ bonũ sibi acqrent: ⁊ multã fiduciã in fide que est in xpo iesu. Hec tibi scribo fili timothee: sperãs me venire ad te cito. Si aũt tardauero: vt scias quõo oporteat te in domo dei cõuersari que est ecclesia dei viui: colũna ⁊ firmamẽtũ veritatis. Et manifeste magnũ est pietatis sacr3 qđ manifestatũ est in carne: iustificatũ est in spũ: apparuit angelis: pdicatũ est gẽtib⁹: creditũ est in mũdo: assumptũ est in gloria.

¶ Ca. Sũ. ¶ Excludit apostolus modũ docendi erroneum: ac ponit verũ docendi modum. Cap. iiij.

Spirit⁹ aũt manifeste dicit: q2 in nouissim⁹ tẽporib⁹ discedẽt qdã a fide attendẽtes spiritib⁹ erroris ⁊ doctrinis demonioꝝ in hypocrisi: loquẽtiũ mẽdaciũ ⁊ cauteriatã hñtiũ suã cõsciã3 phibẽtium nubere: abstinere a cibis quos de⁹ creauit ad pcipiendũ cũ grãꝝ actione fidelibus ⁊ his q cognouerũt veritatẽ. Quia oĩs creatura dei bona est ⁊ nihil reijciendũ qđ cũ grãꝝ acti ne pcipit. Sanctificat̃.n p verbũ dei ⁊ oiones. Hec pponẽs fratrib⁹: bonus eris minister xpi iesu: enutrit⁹ verbis fidei ⁊ bone doctrine quã3 assecut⁹ es. Ineptas aũt ⁊ inanes fabulas deuita. Exerce aũt teipsum ad pietatem. Nã corporalis exercitatio ad modicũ3 vtilis est. Pietas aũt ad oĩa vtilis est: pmissionẽ habẽs vite que nunc est ⁊ future. Fidelis sermo ⁊ omni acceptione dign⁹. In hoc.n. laboramus ⁊ maledicimur: q2 sperãm⁹ in deũ3 viuũ q est saluator omniũ hominũ: maxime fidelium. Precipe hoc ⁊ doce. Nemo adolescentiã tuã cõtẽnat: sed exemplũ esto fideliũ: in verbo in cõuersatione in charitate in fide in castitate. Dũ venio attende lectioni exhortationi ⁊ doctrine. Noli negligere gratiã que in te est que data est tibi per pphetiã cũ impositiõe manuũ presbyterij. Hec meditare: in his esto: vt pfect⁹ tu⁹ manifest⁹ sit omnib⁹. Attẽde.n. tibi: ⁊ doctrine: insta in illis. Hoc.n faciẽs ⁊ teips3 saluũ facies: ⁊ eos q te audiũt.

¶ Ca. Sũ. ¶ Instruit apłus timotheũ de viduis: ⁊ dicit que vidẽtur vidue sunt docendo: ac loquitur de pvisione ministrorum ecclesie: deceus de actis iudicandi ⁊ puniendi subiectos. Cap. v.

Seniorẽ ne increpaueris: sed obsecra vt patrẽ. Iuuenes vt fratres: anus vt matres: iuuẽculas vt sorores in oĩ castitate. Uiduas honora: que vere vidue sũt. Si qua aũt vidua filios aut nepotes h3: discat primũ domũ suã regere: ⁊ mutuã vicem reddere parentib⁹. Hoc enim acceptũ est corã deo. Que aũt vere vidua est ⁊ desolata speret in deũ: ⁊ instet obsecrationib⁹ ⁊ orationib⁹ nocte ⁊ die. Nã que in delitijs est viuẽs: mortua est. Et hoc pcipe: vt irreprehẽsibiles sint. Si qs aũt suoꝝ ⁊ maxime domesticoꝝ curã nõ h3: fidẽ negauit: ⁊ est infideli deterior. Uidua eligat̃ nõ min⁹ sexaginta ãnoꝝ: q̃ fuerit vni⁹ viri vxor in opibus bonis testimoniũ hñs: si filios educauit: si hospitio recipit: si scõꝝ pedes lauit: si tribulatiões3 patiẽtib⁹ subministrauit: si oẽ op⁹ bonũ subsecuta est. Adolescẽtiores aũt viduas deuita. Cũ.n. luxuriate fuerint in xpo nubere volũt: hñtes dãnatiões3 q2 pmã fidẽ irritã fecerũt. Siml aũt ⁊ ociose discũt circuire domos: non solũ ociose: s3 ⁊ verbose ⁊ curiose: loqũtes q̃ nõ op3. Uolo aũt iuniores nubere: filios pcreare: mres familias eẽ: nullã occasiões3 dare aduersario maledicti grã. Iã.n. qdã cõuerse sũt retro post sathanã. Si qs fidel' h3 viduas subministret illis vt nõ grauet̃ ecclia: vt his q̃ vere vidue sũt sufficiat. Qui bñ psũt psbri: duplici honore digni habeant̃ maxie q laborãt in vbo ⁊ doctrina. Dic.n. scriptura. Non alligabis os boui trituranti. Et dign⁹ est opari⁹ mercede sua. Aduersus psbr3 accusatiões3 noli recipere: nisi sub duob⁹ aut trib⁹ testibus. Peccãtes corã oĩb⁹ argue: vt ⁊ ceteri timorẽ hẽant. Testor corã deo ⁊ xpo iesu ⁊ electis ãgelis vt hec custodias sine piudicio: nihil faciens in alterã ptẽ declinãdo. Manus cito nemini imposueris neq3 cõicaueris peccatis alienis. Teipsũ castũ custo-

MM ij

Marginalia (left): ...st. 82. c. ...posuisti ...i. 47. hẽ ...i. 3. ne. ...esse. ...q. i. c. 13 ...e cõsẽ. di. ...ca. iube. ...nus. C D A 2. Timo. 3. a. 2. pe. 3. a. Iudi. i. f. ...q. 7. c. di ...dici. B 2. Timo. 2. B. C Sup. 1. c. D

Marginalia (right): B 2. q. 7. ca. paul⁹ dič i. q. i. c. viduas ho. nora. Sup. 2. D. A C 36. q. 5. ca. epi. deu. 25. a. i. cor. 9. b. dist. 45. c. s3 illud. 2. q. i. c. si peccaue. rit. B deu. 19. dist. 24 ...ai.

di. Noli adhuc aquā bibere: sed modico vino vtere pp stomachū tuū: et freqntes tuas infirmitates. Quorūdā hoīuʒ pctā manifestata sūt pcedētia ad iudiciū: qrūdā āt subsequunt. Siłr et fcā bona maifesta sūt et que aīr se hñt abscōdi nō possunt.

Di.78. ca. pdem. de elec. ca. cū nobis. 8 q̄se. di. 5. ca. sint ti hi ō in te, iuras causa ⁊ si xp̄s.

¶ Ca. Sū. ¶ Inducit aplš ephm ad custodiam pauperū in seruitio dñoꝝ: ac deniq̄ inducit ad sectandā humilitatē: pietatem et ceteras virtutes. Cap. vi.

A Quicūq̄ sunt sub iugo serui dñōs suos oī, honore dignos arbitrent ne nomē dñi et doctrina blasphemet. Qui autē fideles hñt dños: nō ɔtēnāt: qꝛ fres sūt: sʒ magis seruiāt: qꝛ fideles sunt et dilecti: qꝛ bñficij pticipes sunt. Hec doce et exhortare. Si qs aīr docet: et nō acqescit sanis sermonib⁹ dñi nři iesu xp̄i: et ei q̄ scdm pietatē est doctrie supb⁹ nihil sciēs: sʒ languēs circa qōnes et pugnas verboꝝ ex qb⁹ oriūtur inuidie: ɔtētiones blasphemie: suspitiōes male ɔflictatiōes hoīuʒ mēte corruptoꝝ et q a vītate puati sunt existimātiuʒ qstū esse pietatē.

Di. 45. c. ō iudeis s su. Di. 45. ca. qualis.

B Est aūt quest⁹ magn⁹ pietas cum sufficiētia. Nihil. n. intulim⁹ in hunc mūdū: haud dubiū: qꝛ nec auferre qd possum⁹. Hñtes aūt alimēta et qb⁹ tegamur: his ɔtēti sim⁹. Nā q volunt diuites fieri: incidūt in tētatiōes et in laqueū diaboli et desideria multa inutilia et nociua q̄ mergūt hoīes in interitū et pditionē. Radix. n. oīuʒ maloꝝ est cupiditas. Quā qdā appetētes errauerūt a fide: et inseruerūt se dolorib⁹ multis. Tu aūt o hō dei hec fuge: sectare vō iustitiā: pietatē: fidē: charitatē: patiētiā: māsuetudinē. Certa bonū certamē fidei: apphēde vitā eternā: in qua vocat⁹ et ɔfessus bonā ɔfessiō: nē corā multis testib⁹.

Eccl. 5. c. Job. 1. d. 1o. q. 2. c. cp̄s. 13. q. j. ca. ecclias. Di. 49. c. j Eccl. 10. d Di. 47. ca. bonoꝝ de pe. di. 2. c. qꝛ radix.

C Precipio tibi corā deo q viuificat oīa et xp̄o iesu q testimoniū reddidit sub pōtio pilato bonā ɔfessionē vt serues mādatū sine macula irrephēsibile vsq̄ in aduētū dñi nři iesu xp̄i: quē suis tpib⁹ ostēdet beat⁹ et solus potēs: rex regū et dñs dominātiū q solus hʒ imortalitatē: et lucem habitat inaccessibilē: quē nullus hoīuʒ vidit: sʒ nec videre pt: cui honor et imperium sempiternū. Amē.

2. Timo. 2. d. Apo. 19. c Joh. 1. b. Joh. 4. c

D Diuitib⁹ hui⁹ seculi, pcipe nō sublime sapere: neq̄ spare in incerto diuitiaꝝ: sʒ in deo viuo q pstat nobis oīa abūde ad fruēdū: bñ agere: diuites fieri in bonis opib⁹ facile tribuere: ɔicare: thesaurizare sibi fundamētū bonū in futurū vt apphēdāt verā vitā. O timothee depositū custodi deuitās, pphanas vocū nouitates: et oppōnes falsi nominis scie: quā quidā ,pmittētes circa fidem exciderunt. Gratia tecum. Amen.

¶ Explicit argumentū in eplam secūdā.

¶ Incipit epistola beati Pauli apostoli ad timotheum prima.

Item timotheo scribit de exhortatiōe martyrij et omni regula veritatis: et qd futuꝝ sit tpib⁹ nouissimis: et de sua passione: scribēs ei ab vrbe roma.

¶ Explicit argumentum.

¶ Incipit epła bti pau. apli ad Timo. 2ª.

¶ Ca. Sū. ¶ Inducit aplš timotheuʒ ad ɔstāter pdicādū xp̄m ex potificali⁹ dignitate ac predicantiū paucitate. Ca. i.



A Aulus apostolus iesu xp̄i p voluntatē dei fm ,pmissionē vite q̄ est in xp̄o iesu: timotheo charissimo filio. Gr̄a mīa et pax a deo pře nostro et xp̄o iesu dño nostro.

Ro. 1. a.

Gr̄as ago deo meo cui fuio a ,pgenitorib⁹ meis in ɔſcia: + pura q̄ sine intermissiōe habeā tui memoriā in orōnib⁹ meis nocte ac die desiderans te videre.

B Memor lachrymaꝝ tuaꝝ: vt gaudio implear. Recordationē accipiēs ei⁹ fidei: que est in te nō ficta: q̄ et habitauit pmū i auia tua loide et mře tua eunice: cert⁹ sum aūt q̄ et in te. Propter q̄ cāʒ āmoneo te: vt resuscites grāʒ dei q̄ ē in te p impōnē manuū meaꝝ. Nō. n. dedit nobis de⁹ spm timoris: sʒ vtutis et dilectionis et sobrietatis.

C Noli itaq̄ erubescere testimonium dñi nři iesu xp̄i neq̄ me vinctū ei⁹: sʒ collabora euāgelio fm vtutē dei q nos liberauit et vocauit vocatiōe sua scā nō fm opa nřa: sʒ fm ,ppositū suū et grām q̄ data ē nobis in xp̄o iesu añ tpa secularia. Manifesta est āt nūc p illuminationē saluatoris nři iesu xp̄i: qui destruxit qdē morte illumiauit aūt vitā et icorruptiōeʒ p euāgeliū: in q̄ posit⁹ sū ego pdicator et aplš et magr̄ gētiū. Ob quā cāʒ et h̄ patior: sʒ nō ɔfundor. Scio. n. cui credidi et cert⁹ sū qꝛ potēs est depositū meū seruare in illū diē. Formā habe sanoꝝ verboꝝ q̄

Ro. 8. c. Ad titum 3. b. j. Timo. 2. b.

a me audisti in fide ⁊ in dilectione in xpo iesu. Bonuȝ depositū custodi p spm̄ sctm̄ q habitat in nobis. Scis n. hoc q auersi sūt a me oēs q in asia sunt ex qb⁹ est phigelus ⁊ hermogenes. Det mīaȝ dn̄s onesifori domui: q: sepe me refrigeravit ⁊ cathenā me am nō erubuit: sȝ cū romā venisse sollicite me qsivit ⁊ invenit. Det illis dn̄s invenire mīam a deo in illa die. Et quāta ephesi ministravit mihi tu meli⁹ nosti.

¶ Cap. Sū. ¶ Sollicitat apls timotheū ad exequēdū pdicationis offm̄: ac monet ipm̄ iuuenilia desideria fugere. Ca. ij.

Tu ergo fili mi cōfortare in grā q est in xpo iesu: ⁊ q audisti a me p multos testes hec cōmēda fidelib⁹ hoībus: q idonei erūt ⁊ alios docere. Labora sic bon⁹ miles xpi iesu. Nemo militās deo īplicat negocijs secularib⁹: vt ei placeat cui se pbauit. Nā ⁊ q certat in agone nō coronabit̄ nisi q legitime certauerit. Laborātē agricolā opȝ pmū de fructib⁹ accipe. Intellige que dico. Dabit. n. tibi dn̄s in oīb⁹ intellectū. Memor esto dn̄ȝ iesum xpm̄ resurrexisse a mortuis ex semine dauid fȝ euāgeliū meuȝ in q laboro vsqȝ ad vincula q̄si male operās: sȝ vbū dei nō ē alligatū. Jō oīa sustineo pp electos: vt ⁊ ipsi salutē cōseqn̄t: q est in xpo iesu cū glīa celesti. Fidel sermo. Naȝ si cōmortui sum⁹: ⁊ cōuiuem⁹: si sustinebimus ⁊ cōregnabim⁹: si negauerim⁹ ⁊ ille negabit nos: si nō credim⁹ ille fidel pmanet negare seipȝ nō pt. Hec cōmoē testificās corā deo. Noli cōtēdere vbis: ad nihil eniȝ vtile ē nisi ad subuersionē audiētiū. Sollicite aūt cura teipȝ pbabilē exhibere deo. opariū icōfusibilē: recte tractātē vbū vitatis. Prophana āt ⁊ vaniloqa deuita. Multū. n. pficiūt ad ipietatē: ⁊ sermo eoꝝ vt cancer sp̄it. Ex qb⁹ ē hymene⁹ ⁊ philet⁹: q a vitate exciderūt dicētes resurrectionē iā factā ⁊ subuerterūt qrūdā fidē. Sed firmū fundamētū dei stat: hn̄s signaculū hoc. Cognouit dn̄s q sūt ei⁹: ⁊ discedat ab iniqtate oīs q inuocat nomē dn̄i. In magna āt domo nō solū sūt vasa aurea ⁊ argētea: sȝ ⁊ lignea ⁊ fictilia: ⁊ qdā qdē in honorē: qdā āt in cōtumeliā. Si qs ergo emūdauerit se ab istis: erit vas in honorē sctificatū ⁊ vtile dn̄o ad oē op⁹ bonū patū. Juuenilia aūt desideria fuge: sectare vo iustitiā: fidē: charitatē: ⁊ pacē: cū his q iuocāt dn̄ȝ de corde puro. Stultas āt ⁊ sine disciplina qōes deuita. Sciēs q: generāt lites. Seruū autē dn̄i nō opȝ litigare: sȝ mansuetū eē ad oēs docibilē patiētē cū modestia corripiētem eos q resistūt vitati: ne qn̄ de⁹ det illis pniaȝ ad cognoscēdā vitatē ⁊ resipiscāt a diaboli laqis a q captiui tenent̄ ad ipsi⁹ volūtatē.

¶ Ca. Sū. ¶ Hortat̄ apls timotheū ad pdicādū: pp falsoꝝ pdicatoꝝ multiplicatione futurā ⁊ inchoatam: ac ponit̄ timothei monitio de firmitate. Cap. iij.

Hoc aūt scito q: in nouissimis dieb⁹ istabūt tpa piculosa: ⁊ erūt hoīes seipsos amātes cupidi: elati: supbi: blasphemi parētib⁹ nō obediētes: ingrati: scelesti: sine affectiōe sine pace: crīmiatores: icōtinētes imites sine benignitate: pditores: pterui: tumidi: ⁊ voluptatū amatores magis quā dei: hn̄tes spēȝ qdē pietatis vtutē āt ei⁹ abnegātes. Et hos deuita. Ex his. n. sūt q penetrāt domos ⁊ captiuas ducūt mulierculas oneratas pctīs q seducūt̄ varijs desiderijs sp discētes ⁊ nūqȝ ad sciaȝ vitatis puenientes. Quēadmodū aūt iānes ⁊ mābres restiterūt moysi ita ⁊ hi resistūt vitati: hoīes corrupti mēte: reprobi circa fideȝ sȝ vltra nō pficiēt. Insipiētia. n. eoꝝ maīfesta erit oīb⁹: sic ⁊ illoꝝ fuit. Tu āt assecut⁹ es meā doctrinā: istōnē: ppositū: fidē: lōganimitatē: dilectionē patiētiā: psecutiōes: passiōes: q̄lia mihi fca sūt antiochie iconio: listris: q̄les psecutiōes sustinui: ⁊ ex oīb⁹ eripuit me dn̄s. Et oēs q pie volūt viuere i xpo iesu: psecutionē patient̄. Mali āt hoīes ⁊ seductores pficiēt in dei⁹ errātes ⁊ in errorē mittētes. Tu vo pmane in his q didicisti ⁊ credita sūt tibi: sciēs a q didiceris. Et q: ab isantia sacras lr̄as nosti: q te pnt istruere ad salutē p fidē q est in xpo iesu. Oīs. n. scriptura diuinit⁹ ispirata vtil̄ est ad docēdū ad arguēdū: ad corripiēdū ad erudiendū in iustitia vt pfect⁹ sit hō dei ad oē opus bonum instructus.

¶ Ca. Sū. ¶ Predicat apls multiplicatiōeȝ maloꝝ auditoꝝ cū denūciatiōe sui martyrij ⁊ aduentum timothei ad se flagitat: ⁊ amicos salutat. Ca. iiij.

Testificor corā deo ⁊ iesu xpo q iudicatur⁹ ē viuos ⁊ mortuos ⁊ p aduētū ipsi⁹ ⁊ regnū ei⁹. Predica vbū insta opportune: iportune. Argue: obsecra: increpa i oī patiētia ⁊ doctrina. Erit. n. tps cū sanā do-

ad tit. 3. c. 2. q. 7. c. sicut sacerdotes.

B

A i. Timo. 4 a. 2. Pe. 2. a Jude. i. f. de cōse. di. 4. c. cōuiuis de here. c. excōmunicam⁹. §. ad. vtri tatem

B Exo. 7. f. 26. q. 5. c. nec mir.

C

7. q. i. c. suggestū

D

2. pe. i. d.

A di. 43. c. i. in fi. di. 45. c. i.

ctrinā nō sustinebūt: sʒ ad sua desideria coa
ceruabūt sibi magr̄os: prurientes aurib⁹. Et
a ṽitate qdē auditū auertēt: ad fabulas āt
ↄuertent. Tu ṽo vigila i oib⁹ labora. Op⁹
fac euāgeliste ministeriū tuū iple: sobri⁹
esto. Ego. n. iaʒ delibor: ⁊ tps resolutionis
mee istat. Bonū certamē certaui: cursū cō
sumaui: fidē suaui. In reliq̄ reposita ē mi
hi corona iustitie: quā reddet mihi dn̄s i
illa die iust⁹ iudex. Nō solū aūt mihi: sʒ ⁊
his q diligūt aduētū ei⁹. Festina ad me ve
nire cito. Demas. n. me reliqͭ diligens hoc
sclʒ: ⁊ abijt thessalonicā: crescēs i galatiā: ti
t⁹ in dalmatiā: lucas ē mecū sol⁹. Marcū
assume ⁊ adduc tecū. Est. n. mihi vtilis in
misterio. Tichicū āt misi ephesū. Penulaʒ
quā reliqͭ troade apō carpū veniēs affer te
cū: ⁊ libros maxīe āt mēbranas. Alexander
erari⁹ multa mala mihi osēdit: reddet illi
dn̄s sʒ opa ei⁹ quē ⁊ tu deuita. Ualde. n. re
stitit ṽbis nr̄is. In p̄ma mea defēsiōe ne
mo mihi affuit: sʒ oēs me dereliqrūt: non
illis iputet. Dn̄s aūt mihi astitit ⁊ ↄforta
uit me vt p me p̄dicatio ipleat: ⁊ audiant
oēs gētes: ⁊ liberat⁹ suʒ de ore leonis. Libe
rauit me dn̄s ab oī ope malo: ⁊ saluū faci
et in regnū suū celeste: cui glīa i secla secloꝝ.
Amen. Saluta priscaʒ ⁊ aqlam ⁊ onesifori
domū. Erastus remansit corinthi trophi
mū aūt reliq infirmuʒ mileti. Festina an
hyemē venire. Salutāt te eubol⁹ ⁊ pudēs
⁊ linus ⁊ claudia: ⁊ fratres oēs. Dn̄s iesus
xp̄s cum spū tuo. Gratia vobiscū. Amen.
¶ Explicit epistola beati Pauli apostoli ad
Timotheum secunda.

¶ Incipit argumentū in eplaʒ ad Tituʒ.

Titus cōmonefacit ⁊ instruit de con-
stitutione p̄sbri ⁊ de spūali conuersa
tione ⁊ hereticis vitandis q traditionib⁹
iudaicis credūt scribens ei a nicopoli.

¶ Incipit epl̄a beati pauli apl̄i ad Titum.
¶ C. S. Titū istruit apl̄s q̄les debeat ep̄os
ordinare: ⁊ qūo malisitit' ic repandi. Cap. j.

Paulus seru⁹ dei ap̄s autē iesu xp̄i sm fidē electoꝝ dei ⁊ agnitionem veritatis: q̄ sʒ pietatem est in spē vite eterne: quā p̄misit q non mentit deus ante tpa secularia manifestauit autem tpibus suis ṽbum suuʒ in p̄dicatione q̄ credita est mihi sm p̄ceptū saluatoris nr̄i dei: tito dilecto filio sm cōem fides. Gra ⁊ pax a deo p̄re ⁊ xp̄o Jesu saluatore nostro. Huius rei gratia reliq te crete: vt ea q̄ de-
sunt corrigas ⁊ constituas p ciuitates pre-
sbiteros sicut ⁊ ego disposui tibi si qs sine cri-
mine est vnius vxoris vir: filios hn̄s fide-
les: nō in accusatione luxurie aut nō sub-
ditos. Opʒ. n. ep̄ʒ sine crimine esse sicut dei
dispensatorem: nō supbuʒ: nō iracunduʒ:
non vinolentū: non p̄cussoreʒ: nō turpis
lucri cupidum: sed hospitalē: benignū: so-
brīuʒ: iustum: sanctuʒ: cōtinentē: ample-
ctentem eum q sm doctrinaʒ est fidelem ser
moneʒ: vt potens sit exhortari in doctrina
sana: ⁊ eos q ↄ̄dicunt arguere. Sūt. n. mul
ti ⁊ inobediētes: vaniloq ⁊ seductores ma
xime q de circūcisione: sup quos opʒ redar
gui: q vniuersas domos subuertūt: docen-
tes q̄ nō opʒ turpis lucri gr̄a. Dixit qdam
ex illis p̄prius ipsoꝝ p̄pheta. Cretēses sp
mendaces: male bestie ventris pigri. Testi
moniū hoc verū est. Quaʒ ob cām increpa
illos dure: vt sani sint in fide: nō intenden
tes iudaicis fabulis ⁊ mandatis hoīum ✝
auersantium se a veritate. Oīa mūda mū-
dis: coinqnatis aūt ⁊ infidelibus nihil est
mundū: sʒ inqnate sunt eoꝝ ⁊ mens ⁊ cō
scientia. Confitenē se nosse deuʒ: factis aūt
negāt cum sint ✝ abhominati ⁊ incredibi-
les ⁊ ad omne opus bonum reprobi.

¶ Ca. Sū. ¶ Apostolus tituʒ instruit ad
informandum existentem in statu senili:
iuuenili ac seruili. Cap. ij.

Tu āt loq̄re q̄ decēt sanaʒ doctrinā. Se
nes vt sobrij sint: pudici: prudentes
sani in fide: in dilectiōe: in patiētia. Anus
sir in habitu sancto: non criminatrices:
nō multo vino seruiētes: bn̄ docentes vt
prudentiaʒ doceant. Adolescentulas vt vi
ros suos ament: filios suos diligant: pruden
tes: castas: sobrias: domus curam hn̄tes: be
nignas: subditas viris suis: vt nō blasphe
metur verbum dei. Juuenes similiter hor
tare vt sobrij sint. In oībus teipsum prebe
exemplū bonoꝝ operuʒ: in doctrina: in in
tegritate: in grauitate. Uerbum sanuʒ ir-
rep̄hensibile: vt is qui ex aduerso est ve-
reatur: nihil habens malum dicere de no-
bis. Seruos dominis suis subditos esse: in
omnibus placentes non contradicentes:
non fraudantes: sed in omnibus fideʒ bo-

[Margin notes: 26. q. 6. c. nec mir; B; Col. 4. b; C; D; A; B; di. 93. c. gimus; j. Tio. 3; di. 25. c. vnum. 9. nē ā; C; di. 43. c. i.; di. 45. c. fi.; j. q. j. c. dominus; D; a⁹. ✝ auertentium; Ro. 14. d; di. 82. c. posuisti; a⁹ ✝ aboia biles; j. q. j. c. dominus; ij. q. 3 ca. cum manent; A; 28. q. j. ca. j. in fi.; B; C; Ephe. 6. a; Col. 3. d.]

nã ostendentes vt doctrinam saluatoris nostri dei ornent in oibus. Apparuit.n.gratia dei & saluatoris nostri oibus hoibus erudiens nos: vt abnegantes impietatẽ & secularia desideria: sobrie & iuste & pie viuamus in hoc seculo: expectantes beatam spem & aduentum glorie magni dei & saluatoris nostri iesu xpi q dedit semetipsum pro nobis vt nos redimeret ab oi iniquitate & mundaret sibi ppłm acceptabilem sectatorẽ bonorum operum. Hec loquere & exhortare: & argue cum omni imperio. Nemo te contemnat.

(Margin: J.pr.2.c. 23.q.j.c.si apud. de ose.di. 4.c.pond sterrogas. D de ose.di. 5.c.ieiunium)

℄ L. Sũ. ℄ Ostendit apłs quo pple debeat se hẽre erga pncipes cũ rõne dictã: atq; erga hereticos: & annectit salutationem. Cap.iij.

A Admone illos pncipibus & ptatibus subditos esse: dicto obedire: ad oẽ opus bonũ paratos esse: nemini blasphemare non litigiosos esse: sed modestos: oẽm ostẽdẽtes mãsuetudinem ad oẽs hoies. Eramus.n.aliqñ & nos insipiẽtes: increduli: errãtes: suiẽtes desiderijs & voluptatibus varijs i malitia & inuidia agẽtes odibiles: odientes inuicẽ. B Cũ aũt benignitas & humanitas apparuit saluatoris nostri dei: nõ ex opibus iustitie q fecimus nos: sed fm miãm suã saluos nos fecit p lauachrũ regñatiõis & renouatõis spũs sancti q effudit in nos abunde p iesum xpm saluatorẽ nrm: vt iustificati gratia ipsius heredes simus fm spem vite eterne. C Fidelis sermo est. Et de his volo te cõfirmare: vt curẽt bonis opibus pesse q credũt deo. Hec sunt bona & vtilia hoibus. Stultas aũt questiones & genealogias & cõtẽtiones & pugnas legis deuita. Sunt.n.inutiles & vane. Hereticũ hoiem post vnam & scdam correptionẽ deuita: sciens q subuersus est qui eiusmodi est. Et delinqt cũ sit pprio iudicio cõdemnatus. D Cum misero ad te artemã aut tychicũ: festina ad me venire nicopoli. Ibi enim statui hyemare. Zenam legisperitum et apollo sollicite pmitte: vt nihil illis desit. Discant aũt & nri bonis opibus pesse ad vsus necessarios: vt nõ sint infructuosi. Salutãt te q mecũ sũt oẽs. Saluta eos q nos amant in fide. Gratia dei cum oibus vobis Amen.

(Margin: bi.46.d. j.2.q.7.c. sicut sacdotem. 3.Tito.3.c 2.Ti.3.b 24.q.i.ca. q digni. 02.1.q.3. ca.dixit apłs)

℄ Explicit epła beati pauli apłi ad Titum.

℄ Incipit argũm in epłas ad philemonem.

Philemoni familiares lfas facit p onesimo suo eius scribens ei ab vrbe roma de carcere p supraścriptum onesimum.

℄ Explicit argumentum.

℄ Incipit epła bti pauli apłi ad philemonẽ.

℄ L. S. ℄ Apłs scribit philemõi formão ad eũ p titionẽ de recipiẽdo onesimo: & adiungit salutationem. Capitulum vnicum.

A Paulus vinctus xpi iesu & timotheus frater: philemõi dilecto adiutori nostro & Appie sorori carissime: & archippo cõmilitoni nostro: & ecclie q in domo tua est. Gratia vobis & pax a deo patre nostro & domino iesu christo. Gratias ago meo semp memoriam tui faciens in orationibus meis: audiens charitatem tuam & fidem quam habes in domino iesu & in omnes sanctos vt communicatio fidei tue euidens fiat in agnitione omnis operis boni in Christo iesu. Gaudium enim magnum habui et consolationem in charitate tua: q viscera sanctorũ requieuerunt pr te frater. B Propter quod multam fiduciam habens in christo iesu imperandi tibi quod ad rem pertinet: propter charitatem magis obsecro cum sis talis vt paulus senex: nunc autem & vinctus iesu christi: obsecro te pro meo filio quẽ genui in vinculis onesimo qui tibi aliquãdo inutilis fuit: nunc autẽ mihi & tibi vtilis quem remisi tibi. Tu autem illũ vt mea viscera suscipe. Quem ego volueram mecum detinere: vt pro te mihi ministraret in vinculis euãgelij. Sine cõsilio aũt tuo nihil volui facere: vti ne velut ex necessitate bonũ tuũ esset: sed voluntariũ. Forsitan enim ideo discessit ad horam a te: vt in eternum illum reciperes: C Iã non vt seruũ: sed pro seruo charissimum fratrem maxime mihi. Quanto aũt magis tibi: & in carne & in domino. Si ergo hẽs me sociũ: suscipe illum sicut me. Si aũt aliqd nocuit tibi aut debet: hoc mihi imputa. Ego D Paulus scripsi manu mea. Ego reddã: vt nõ dicã tibi q & teipsum mihi debes. Ita frater ego te fruar in dñõ: refice viscera mea in chrõ. Confidens in obedientia tua scripsi tibi: sciens qm & super id quod dico facies. Simul & para mihi hospitiũ. Nã spero p orones vestras donari me vobis. Salutat te epaphras concaptiuus meus in christo iesu: marcus: aristarchus: demas:

et lucas adiutores mei. Gratia dñi nostri iesu christi cum spiritu vestro. Amen.

¶ Explicit epla bti pau. apli ad philemõez.

Incipit argumentum in eplam ad hebreos.

In primis dicendum est cur apls paulus i hac epla scribeda nõ seruauerit morẽ suuz: vt vel vocabulũ nois sui vel ordinis describeret dignitatem. hec causa est: quod ad eos scribẽs qui ex circũcisione crediderat quasi gẽtiũ apls et nõ hebreoz: sciẽs quoqz eoz superbiã suãqz hũilitatẽ ipe demõstrãs: meritũ officij sui noluit auferre. Nã similiter modo et ioannes apls pp humilitatẽ in epla sua nomẽ suũ eadẽ rõne nõ ptulit. hanc ergo eplam ferẽ apls ad hebreos cõscriptã hebraica lingua misisse: cuius sensũ et ordinẽ retinẽs lucas euãgelista post excessum apli pauli greco sermone cõposuit. ¶ Explicit argumẽtũ.

¶ Incipit epla bti Pauli apli ad hebreos.

¶ C. S. ¶ Ponit excellẽtiã xpi q ẽ dator noue legis: qr est pri coeternus et cõsubstãtialis equalis in potestate et dignitate: et q in ipsis christus preferetur angelis. Capitulum .j.

Multifarie multisqz modis olim deus loquẽs patribus in pphis: nouissime + diebus istis locutus ẽ nobis in filio: quẽ cõstituit heredẽ vniuersoz p quẽ fecit et secula. Qui cũ sit splẽdor glie: et figura sbe eius portãsqz oia vbo virtutis sue purgationẽ pctoz faciẽs: sedet ad dexterã maiestatis i excelsis: tãto melior angelis effectus: quãto differẽtius pre illis nomẽ hereditauit. Cui. n. dixit aliqñ angeloz filius meus es tu: ego hodie genui te? Et rursuz. Ego ero illi i prez et ipse erit mihi in filiũ. Et cũ iterz itroducit primogenitũ in orbez tre dicit. Et adorẽt eũ oẽs angeli dei. Et ad angelos qdẽ dic. Qui facit angelos suos spũs et ministros suos flãmã ignis. Ad filiũ aũt. Thronus tuus deus in seculũ seculi: virga eqtatis virga regni tui. Dilexisti iustitiã et odisti iniqtatez: propterea vnxit te deus: deus tuus oleo + exultationis pre participibus tuis. Et tu i pncipio dñe terrã fundasti: et opa manuũ tuaz sũt celi. Ipsi peribũt tu aũt pmanebis: et oẽs vt vestimẽtũ veterascẽt. Et velut amictũ mutabis eos et mutabunt: tu aũt idẽ ipse es et anni tui nõ deficient. Ad quẽ aũt angeloz dixit aliqñ sede a dextris meis: + quoadusqz ponam inimicos tuos scabellũ peduz tuoz. Nõne oẽs sũt amministratorij spiritus in ministerium missi propter eos qui hereditatem capiunt salutis?

¶ C. S. ¶ Ostendit apostolus noue legi esse obediendũ dato a christo: et q non obstet humilitas passionis eius. Cap. ij.

Propterea abũdantius opz obseruare nos ea q audiuimus. ne forte pereffluamus. Si. n. qui per angelos dictus est sermo factus est firmus: et oĩs puaricatio inobediẽtia accepit iustam mercedis retributionẽ: qũo nos effugiemus si tantã neglexerimus salutez? Que cũ initiũ accepisset + enarrari p dñm ab eis q audierũt i nos cõfirmata est: cõtestante deo signis et portẽtis varijs et virtutibus et spũs sci distributionibus scdm suã volũtatez. Non. n. angelis subiecit deus orbez terre futurũ: de quo loquimur. Testatus est aũt in quodaz loco quis dicẽs. Quid est hõ q memor es eius: aut filius hois q visitas eũ: Minuisti eum paulominus ab angelis: gloria et honore coronasti eũ: et cõstituisti eũ super opa manuũ tuaz. Oia subiecisti sub pedibus eius. In eo. n. q oia ei subiecit nihil dimisit nõ subiectũ ei. Nunc aũt necdũ videmus oia subiecta ei. Eũ aũt q modico quã angeli minoratus est videmus iesuz pp passionẽ mortis glia et honore coronatũ: vt gra dei, p oibus gustaret mortẽ. Decebat. n. eũ pp quẽ oia et p quẽ oia: q multos filios in gliaz adduxerat auctorẽ salutis eoz p passionem cõsumari. Qui. n. sanctificat et q sanctificãtur ex vno oẽs. Propter quã cãm nõ confundit fres oẽs vocare dicens. Nũciabo nomen tuũ fribus meis in medio ecclie laudabo te. Et iterz ero fidẽs in eũ. Et iterz. Ecce ego et pueri mei quos dedit mihi deus. Qr ergo pueri cõicauerũt carni et sanguini: et ipse siĩr participauit eisdez vt p mortez destrueret eũ q habebat mortis impiũ: desit diabolũ: et liberaret eos q timore mortis p totã vitã obnoxij erãt seruituti. Nusqz. n. angelos apprehendit: sed semen abrahe apprehendit. Unde debuit p oia fratribus similari: vt misericors fieret et fidelis pontifex ad deuz vt repropitiaret delicta populi. In eo enĩz in quo passus est ipse et tentatus: potens est et eis qui tentantur auxiliari.

¶ C. S. ¶ Ostẽdit q moysen excedit christus cui firmiter est obediendum. Cap. iij.

Unde fres sancti vocationis celestis participes cõsiderate aplm et põtificem cõfessionis nre iesum q fidelis est ei q fecit il

A
al's + mul
tifariam
Al's + in
de pr. di. 2
ca. illa aia
B
psal. 2.
Act. 13.
2. Reg. 7.
C
psal. 96.
psal. 103.
Ps. 44.
al's + leti
tie.
Ps. 101.
D
ps. 109.
Al's + do
nec.
A
al's + enarrandi.
ps. 8.
B
j. co. 15. b
phil. 2.
C
ps. 21.
Esa. 8. d
D
Ose. 13. b
j. co. 15. g
A

lus:sicut ⁊ moyses in oi domo eius. Am-
plioris.n.glie iste p̄re moyse dignus habi
tus est:quāto ampliorē honorē hȝ domus
q fabricauit illā. Omnis nāqȝ dom⁹ fabri
cat ab aliquo. Qui aūt oia creauit: de⁹ est.
Et moyses qdeȝ fidelis erat in tota domo
Nu.12.b.
eius:tanqȝ famulus in testimoniū eorū
q dicenda erat xp̄s vero tanqȝ filius in do
B
mo sua. Que domus sumus nos si fiduciā
⁊ gloriā spei vsqȝ ad finē firmā retinea
mus. Quapropter sicut dicit spūs sanct⁹.
Hodie si voces eius audieritis nolite ob-
ps.94.
Infra.4.b
durare corda v̄ra:sicut in exacerbatione se
cūdū diē tentationis in deserto:vbi tēta-
uerūt me p̄res vestri,probauerūt ⁊ viderūt
opa mea q̄draginta annis. Propter qd ✠
al.✠ isti sio.
offensus fui ḡnationi huic:⁊ dixi semper hi
C
errāt corde. Ipsi aūt nō cognouerūt vias
meas qb⁹ iuraui in ira mea si introibūt
ps.94.
in reqem meam. Uidete frēs ne forte sit in
aliquo vestrū cor malū incredulitatis di-
scedendi a deo viuo. Sed adhortamini vos
metipsos per singulos dies donec hodie co
gnominat:vt ne obduret q̄s ex vobis fal
lacia peccati. Participes.n.xp̄i effecti sum⁹:
si tñ initiū substātie ei⁹ vsqȝ ad finē firmū
retineamus:dū dr̄ hodie si voces ei⁹ audie
ritis nolite obdurare corda vestra quēad
modū in illa exacerbatione. Quidā.n.au
D
dientes exacerbauerūt:sȝ nō vniuersi q pfe
De pe.di.3 §.auctoritates.
cti sunt ab egypto p moysen. Quib⁹ aūt of
fensus est q̄draginta annis? Nonne illis q
peccauerūt quoȝ cadauera pstrata sunt in
deserto? Quib⁹ aūt iurauit ✠ nō introire
al.✠ vt nō introirēt
in reqem ipsius nisi illis q increduli fue-
rūt. Et videm⁹ q nō potuerūt introire in
requiem ipsius ppter incredulitatem.

¶ C.S. ¶ Ondit aplūs nobis iminere sol
licitudinē intrandi in reqeȝ celestē ⁊ 9clu
dit q est festinādū ad ipsā pp excellentias
diuinitatis ⁊ hūanitatis xp̄i. Cap.iiij.

A
Timeam⁹ ergo ne forte relicta pollici
tatiōe introeūdi in reqeȝ eius existi
met aliq̄s ex nobis deesse. Etenim ⁊ nobis
nūciatū est quēadmodū ⁊ illis. Sed non
pfuit illis sermo auditus nō admixt⁹ fi
dei ex his q̄ audierūt. Ingrediemur.n.in
reqem q credidimus: quēadmodū dixit.
Sicut iuraui in ira mea:si introibunt in
requiē meā. Et qdē opib⁹ ab institutione
B
mūdi pfectis: dixit.n.in quodam loco de
Gen.2.a
die septima sic. Et reqeuit de⁹ die septima
ab oib⁹ opib⁹ suis. Et in isto rursus. Si in
troibūt in reqeȝ meā. Qm̄ ergo supest in-
ps.94.
troire quosdā in illā:⁊ hi qb⁹ prib⁹ an-
nūciatū est:nō introierūt pp incredulita
tē:iteȝ terminat diē q̄ndā hodie in dauid
sup.3.b
dicendo:post tm̄ tpis sicut sup̄ dictū ē. Ho
die si vocē eius audieritis nolite obdura-
re corda v̄ra. Nam si eis iesus p̄stitisset:nū
q̄ȝ de alia loqueret post hac die. Itaqȝ relin
quitur sabbatismus ppło dei. Qui.n.in
C
gressus est in reqem eius: et ipse reqeuit
ab opibus suis:sicut ⁊ a suis deus. Festine
mus ergo ingredi in illā reqem vt ne in
idipsū q̄s incidat incredulitatis exēplū.
Uiuus est.n. sermo dei ⁊ efficax ⁊ penetra-
bilior oī gladio ancipiti ⁊ ptingens vsqȝ
ad diuisionē aīe ac spūs cōpagū q̄ȝ ac me
dullarū:⁊ discretor cogitationū ⁊ intētio
D
nū cordis. Et nō est vlla creatura inuisibi
2.q.i.c.De omnia
lis in cōspectu ei⁹. Oia aūt nuda ⁊ apta sūt
oculis ei⁹ ad quē nobis sermo. Hūtes ergo
Eccl.15.d
pōtificē magnū q penetrauit celos iesū fi-
ps.37.
liū dei teneam⁹ spei nr̄e 9fessionē. Non.n.
infra.8.
hēmus pōtificē q nō possit cōpati infirmi
tatib⁹ nostris:tētatū aūt p oia p similitudine
absqȝ pctō. Adeamus ergo cū fiducia ad
thronū gr̄e ei⁹:vt mīaȝ consequamur:⁊ gra
tiā inueniamus in auxilio oportuno.

¶ C.S. ¶ Declarat aplūs qd in pōtifice req
rit:ac eo chr̄o cōuenire:insinuādo dicen-
dorū de christo difficultatem. Cap.v.

A
Omnis nāqȝ pōtifex ex hoīb⁹ assumpt⁹
p hoīb⁹ cōstituit in his q̄ sunt ad deū
di.15.c.N §.qb⁹ ⁊ pauca.
vt offerat dona ⁊ sacrificia p pctis. Qui con
dolere possit his q ignorāt ⁊ errāt qm̄ ⁊ ip
se circūdat⁹ ē infirmitate ⁊ ppea d3 quēad
modū p ppło ita ēt ⁊ p semetipso offerre
B
p pctis. Nec q̄s̄qȝ sumit sibi honorē:sȝ q vo
al.✠ N
cat a deo tāqȝ aarō. ✠ Sic ⁊ xp̄s nō semetip
8.q.i.cap scriptu
sū clarificauit vt pōtifex fieret:sȝ q locut⁹
de elec.c qualiter
est ad eū. Fili⁹ me⁹ es tu:ego hodie genui
ps.2.
te. Quēadmodū ⁊ i alio loco dic. Tu es sa
sup.1.b
cerdos i eternū sm ordinē melchisedech.
ps.109.
Qui i dieb⁹ carnis sue p̄ces supplicatiōesqȝ
al.✠ posse
ad eū q ✠ possit illū saluū facere a morte cū
C
clamore valido ⁊ lachrymis offerēs:exau-
dit⁹ ē p sua reuerētia. Et qdē cū eēt fili⁹ dei
didicit ex his q̄ passus ē obediētiā:⁊ consu
mat⁹ fact⁹ ē oib⁹ obtēpantib⁹ sibi cā salutis
eterne:appellatus a deo pōtifex iux ordinē
melchisedech. De q̄ nob grādis sermo ⁊ in
terptabilis ad dicēdū qm̄ imbeciles facti estis

D ad audiēdū. Etenī cū d̄beretis magri eē pp tps rursū indigetis vt vos doceamini q̄ sint elemēta exordij s̄monū dei: fcī estis qb⁹ lacte op⁹ sit: nō solido cibo. Ois n. q lactis est pticeps: exps est s̄monis iustitie. Paruulus. n. est. Perfectoꝝ aūt est solidus cib⁹ eoꝝ qui p̄ consuetudinē exercitatos hñt sensus ad discretionē boni ac mali.

¶ C. S. ¶ Apls addit ea q̄ vult dimittere: de qb⁹ acceptio sue doctrine est ipsis s̄bilis ⁊ quibus sit conueniens ⁊ vtilis. Cap. vi.

A
De pe. di. 4 Intermittentes infra. 10. d.

Quapropt̄ intermittētes inchoationis xp̄i s̄monē: ad pfectionē feramur: nō rursū iacientes fūdamētū pnie ab opibus mortuis: ⁊ fidei ad deū baptismatū doctrine: īpositiōis q̄z manuū: ac resurrectionis mortuoꝝ ⁊ iudicij eterni. Et h̄ faciem⁹: si q̄dez pmiserit de⁹. Impossibile. n. ē eos q semel sūt illuminati: gustauerunt ēt donum celeste: ⁊ pticipes f̄cī sūt sp̄us scī: gustauerūt nihilominus bonū dei ṽbū ṽtutesq̄ sc̄li ventu ri: ⁊ plapsi sūt: rursus renouari ad pniaz: rursū crucifigētes sibimetipsis filiuz dei ⁊ ostētui hñtes. Terra. n. sepe venientē sup se bibens ymbrē ⁊ germinās herbaz oportunā illis a qb⁹ colit̄ accipit bñdictiōez a deo: pferēs āt spinas ac tribulos reproba est ⁊ maledicto pxima: cui⁹ ɔsumatio i cōbustione. Cōfidim⁹ aūt de vobis dilectissimi meliora ⁊ viciniora saluti: tāetsi ita loquimur. Nō. n. iniustus de⁹ vt obliuiscat̄ opis vr̄i ⁊ dilectiōis quā ostēdistis in noie ipsi⁹: q ministrastis scīs ⁊ ministratis. Cupim⁹ aūt vnūquēq̄z vr̄z eādez ostētare sollicitudinē ad expletionē spei vsq̄ in finē vt nō segnes efficiamini: deꝝ imitatores eoꝝ q fide ⁊ patiētia hereditabūt pmissiones. Abrahe nāq̄z pmittēs de⁹: qm̄ neminē habuit p quē iuraret maiorem iurauit p semetipsū dicēs. Nisi bñdicens bñdicaz te: ⁊ multiplicās mltiplicabo te: ⁊ sic lōganimit̄ ferēs adept⁹ ē repmissionē. Hoies. n. per maiorē sui iurāt: ⁊ oīs cōtrouersia eoꝝ finis ad ɔfirmationē ē iuramētū. In quo abūdanti⁹ volēs de⁹ ostēdere pollicitatōis heredib⁹ imobilitatez consilij sui interposuit iusiurandū: vt p duas res immobiles: qb⁹ impossibile est mētiri deū: fortissimū solatiū habeamus q cōfugim⁹ ad tenendaz ppositaz spez: quam sicut anchoram habemus anime tutā ac firmam ⁊ incedentez vsq̄ ad interioꝛa velaminis: vbi pcursor pro nobis introiuit iesus sm̄ ordinem melchisedech pontifex fact⁹ in eternum.

B
als + generant.

De pe. di. 2 c. si enim ṽ. si paul⁹

De pe. di. 2 c. si enim ṽ. confidimus

De pe. dis. 2. c. nō iā iustus

C
Gen. 22. e

De iureiurā. ca. ⁊ si christus.

D

¶ Ca. Sū. ¶ Ondit̄ excellentia sacerdotij xp̄i cōparādo ip̄z ad melchisedech: cui⁹ sacerdotiū ondit̄ excellēti⁹ esse sacerdotio leuitico: cū eiusdez necessitate. Ca. vij.

A
Ge. 14. b.

Hic. n. melchisedech rex sale sacerdos dei summi q obuiauit abrahe regresso a cede regnuz: ⁊ bñdixit ei: cui ⁊ decimas oīuz diuisit abrahā: Primū qdē q īterptat̄ rex iustitie: deinde āt ⁊ rex sale: qd̄ est rex pacis: sine patre: sine mr̄e: sine genealogia: neq̄z initiū dieꝝ neq̄z finem vite hñs assimilat⁹ aūt filio dei manet sacerdos in ppetuū. Intuemini aūt q̄ntus sit hic cui ⁊ decias dedit de pcipuis abrahā pi̇archa. Et qdē de filijs leui sacerdotiū accipiētes mādatū hñt decias sumere a pplo s̄z legē idest a fr̄ib⁹ suis: q̄q̄ ⁊ ipsi exierint de lūbis abrahe. Cui⁹ āt gñō nō ānumerat̄ in eis decimas sumpsit ab abrahā: ⁊ hūc q hebat repromissiōes bñdixit. Sine vlla aūt ɔdicione qd̄ min⁹ est a meliore bñdicit̄. Et hic qdez decimas morientes hoies accipiūt: ibi aūt ɔtestat̄ q̄ viuit. Et vt ita dicā sit p abrahā ⁊ leui q decimas accepit: decimat⁹ est. Adhuc. n. in lūbis pris erat: qñ obuiauit ei melchisedech. Si ergo consumatio p sacerdotiū leuiticū erat ppls. n. sb ipo legē accepit: qd adhuc necīu fuit s̄z ordinē melchisedech alium surgere sacerdotē ⁊ nō s̄z ordinē aarō dici? Trāslato. n. sacerdotio necē ē vt legis trāslatio fiat. In q̄ .n. hec dicūt: de alia tribu est: de q̄ null⁹ altario psto fuit. Manifestū ē. n. q ē iuda ort⁹ sit dñs nr̄ i q̄ tribu nihil d̄ sacerdotib⁹ moyses locut⁹ ē. Et āpli⁹ adhuc manifestū ē: si s̄z similitudinē melchisedech exurgat ali⁹ sacerdos q nō s̄z legē mādati carnal̄ fact⁹ ē: s̄z s̄z ṽtutē vite isolubil̄. Cōtestat̄. n. qm̄ tu es sacerdos i etnū s̄z ordinē melchisedech. Reprobatio qdē fit pcedētis mādati pp infirmitatē ei⁹ ⁊ inutilitatē. Nihil. n. ad pfcm̄ adduxit lex. Introductio ṽo melioris spei p quā pximam⁹ ad deū. Et q̄ntū ē: nō sine iure iurādo. Alij qdē sine iureiurādo sacerdotes facti sūt. Hic aūt cū iureiurando: p eū qui dixit ad illū. Iurauit dñs ⁊ nō penitebit eū tu es sacerdos in etnū. In tm̄ melioris testi spōsor fact⁹ est iesus. Et alij qdē plēs facti sūt sacerdotes s̄z leges idcirco q̄ morte pphiberent̄ pmanere. Hic aūt eo q

B

De ɔsti. c. trāslato.

C

Ps. 109.

Ps. 109.
D

maneat in eternũ sempiternũ hʒ sacerdotiũ. Unde ⁊ saluare in ppetuũ pt accedẽtes p semetipsũ ad deũ semp viuẽs ad interpellãdũ p nobis. Talis. n. decebat vt nobis esset põtifex: sanct⁹: innocẽs: impollut⁹: segregat⁹ a pctõib⁹: ⁊ excelsior celis fact⁹. Qui nõ hʒ necẽitatẽ quotidie quẽadmodũ sacerdotes pri⁹ p suis delictis hostias offerre: deinde p ppli. hoc. n. fecit sẽl se offerendo. Lex. n. ɔstituit hoĩes sacerdotes infirmitatẽ hñtes: sermo aũt iurisiurãdi q post legẽ est: filiũ in eternũ pfectum.

¶ Ca. Sũ. ¶ Ondit xpz ẽ melior sacrorũ ministrũ ministri veteris testi. Ca. viij.

A Apitulũ aũt sup ea q dicunt. Talẽ habem⁹ põtificẽ q ɔsedit in dextera sedis magnitudinis in celis sctõr minister ⁊ tabernaculi veri: qd fixit de⁹ ⁊ nõ hõ. Ois enim põtifex ad offerendũ munera ⁊ hostias ɔstituit. Unde necẽ est ⁊ hũc hẽre aliqd qd offerat. Si ergo eẽt sup terrã nec esset sacerdos cũ essent q offerrẽt sm legẽ munera: q exẽplari ⁊ vmbre deseruiũt celestiũ: sicut rñsũ est moysi cũ ɔsumaret tabnaculũ. Uide inqt oia facito sʒ exẽplar: qd tibi õnsũ est in mõte. Nũc aũt meli⁹ sortit⁹ est ministeriũ: quãto ⁊ melioris testi mediator ẽ: qd i meliorib⁹ repromissiõib⁹ sancitũ ẽ. Nã si illud pri⁹ culpa vacasset nõ vtiq secũdi loc⁹ inquireret. Uituperãs. n. eos dic. Ecce dies veniẽt dicit dñs: ⁊ ɔsũmabo super domũ isrl ⁊ sup domũ iudã testm̃ nouũ: nõ sm testm̃ qd eoꝝ feci prib⁹ eoꝝ in die q apphẽdi manũ eoꝝ: vt adducerẽ illos de terra egypti: qm̃ ipsi nõ pmanserũt in testõ meo ego neglexi eos dic dñs. Quia hoc ẽ testm̃ qd disponã domui isrl post dies illos dic dñs: dando leges meas in mentẽ eoꝝ ⁊ in corda eoꝝ supscribã eas: ⁊ ero eis in deũ: ⁊ ipsi erũt mihi in pplz. Et nõ docebit vnusqsq pximũ suũ: ⁊ vnusqsq frẽ suũ: dicẽs: cognosce dñz: qm̃ oẽs scient me a minori vsq ad maiorẽ: qz ppiti⁹ ero iniqtatib⁹ eoꝝ ⁊ pcõꝝ eoꝝ iã nõ mẽorabor. Dicẽdo aũt nouũ veterauit prius. Qd aũt antiquat ⁊ senescit: ppe interitũ ẽ.

¶ Ca. Sũ. ¶ Tangit aplš ea q fuerũt i ministerio veteris testamẽti. Et ex hoc arguit dignitatem xpi ac noue legis. Cap. ix.

